LATINI SERMONIS OBSERUATIONES PER ORDINEM ALPHABETICUM DIGESTAE, IOANNE...

Jean Godschalk




BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUEL
6
3 G
42

LATINI SERMONIS OBSERVATIONES

per ordinem Alphabeticum digeſtæ, Ioanne Godſcalco collectore.



VENETIIS M. D. L.

IOANNES GODSCALCVS Candido lectori, S.



Abes hic optime Lector intimam veræ latinitatis medullam, quippe quæ ex probatissimis duntaxat autoribus decerpta est: Habes inquam ipsum verborum splendorem, qui me quidem iudicio in hoc studii genere spectandus. Quin ausim sanctissimè iurare redituum ad nos quoq; perfectum illud & fœlix Ciceronis sæculum, si hic docendi modus singulis in scholis obseruetur. His igitur & similibus dicendi formulis, quas ex ipsis eloquentiæ fontibus inter legendum decerpturi sunt, discipulos exercitent pædagogi, assidue iis instantes, donec eò prouexerint, vt iam non modo solœcismos & barbarismos euitent, sed & vernaculam Romanæ loquutioni miscere (Id quod minimum à barbarismis interest) desuescant. Edocendum etiam quid oratorium, quid Comicum, quid Historicum, quid Tragicum, quid Poëticum: Inter hæc quæ Heroicis, quæ Lyricis, quæ Elegiacis quæ Satyricis loquutio Germana. Rursus quid proprium, quid metaphoricum, quid vsitatum & familiare, quid deniq; exoletum. Præterea quanta pro temporum diuersitate facta sit styli mutatio, quemadmodum pulcherrime enarrat Hadrianus Cardinalis. Sic vtiq; mea sententia præceptoribus elaborandum, sic infantia formanda & excolenda ad huiusmodi formularum imitationem, dum vniuscuiusqne dictionis phrasim ac elegantiam teneat. Vbi hoc pacto puerorum linguæ expolitæ fuerint. ita vt per se quæuis apte & ornatè eloqui queant, ad maiora, accedente ætate paratiores venient, nulloq; negocio Rhetorum



præcepta necnon Dialectices vsum consequentur, & tandem altiores disciplinas fœlicius multò multaq; cum laude tractabunt. Si quid alii melius sentiant tantum abest vt iis refragari velim, vt etiam manibus pedibusq; in eorundem sententiam iturus sim. Cæterum ne videamur alieni labris gloriam nobis vendicare, quibus viris multò ante nos tempore hac in re vigilantissime sudantibus id quod congessimus hic, acceptum referamus, explicare consultius visum est. Petrum Artopœum in primis verbatim per omnia sequuti sumus: Adiecimus autē huic quā potuimus breuissime, quicquid haberet Valla, quicquid Hadrianus Cardinalis, quicquid in Apparatu suo Bartholomæus Riccius, quicquid deniq; contineret ingens illud volumen Latinæ linguæ Thesaurus appellatum. Nec item hunc eò sumpsimus laborem, vt hoc vno libello, cæteri iam dicti vilescerent, sed vt iuuentutis duntaxat commodo optime consuleretur, quæ amplam illam librorum suppellectilem hoc enchyridio comprehensam quouis locorum secum apte circunferre, & ad manum semper habere queat. Neq; adeò clam me est futuros complures, qui curiosius selecta quędam, multaq; inepta magis quam elegantia inserta esse occinent: quibus ego meo nomine responsum cupio, non quod volui sed quod potui præstitisse me. At quod ipse pro virili tractare conatus sum, maiore fortassę studio quam eruditione aut iudicio, idem illis summa cum gloria retractantibus gratulabor ex animo, ne dum temere irascar. Vt equidem eiusmodi obloquiis occurrerem, suum cuiq. formulæ & exemplum & autorem addere cœperam, sed quem paruulis paruulum dicere libellum statueram, is singularum autoritatum capax non erat. Quocirca relictis exemplis solum autoris nomen singulis loquutionibus apposui. In

fine

fine verò formulas solas congessi, iis verbum quo gaudent vel semel posuisse contentus. Porrò quia non omnibus quod quæritarent in priori editione obuium esset, neque ibidem (quod satis esse putauimus) alphabeticus index sufficeret, vniuersum libellum præscribentes in ordinem hunc simplicia redegimus, eodemque ordine composita ipsa suis primo geniis subiecimus, vt cuiuis vel infanti noster hic labor vsui esse possit. Finximus quoque, studiosè, ne quid lectorem remoretur aut offendat, compositis quibusdam, tanquam filiis patrem vtique incognitum magno cum desiderio quæritantibus, nonnulla primitiua, minus quidem vsitata illa, ac domi nostræ recens nata, quæ ideo addidimus, vt composita quædam promptius per hæc inueniri possent. Rursus eadem pari cum cæteris honore indigna, his ( ) veluti semicirculis exclusimus, vt a Germanis a scititia dignoscerentur. Altius autem exquisitiusq; verborum originem perscrutari non erat præsentis negocii. Quin etiam loquutiones ipsas hunc in modum distinximus, primo ordine verba cum nominibus puris constructa, proximo hæc ipsa cum impuris, hoc est, quibus additur propositio, tertio eadem cum aduerbiis, quarto quam habent iam dicta sine adiuncto significatorum diuersitatem, separatim suo quæque loco collocauimus, seruato in singulis ipsius alphabeti progressu, quamuis principio omnia confusius paulò posita sint. Postremò quum primum in lucem libellus hic emitteretur, proprium nomen multorum exemplo popularem auram contemnentium suppressimus, non modò falsam hæreditatem alienæ gloriæ cernere non appetentes sed & alienam operam sibi asciscere maxime indecorum existimantes. At nunc Bibliopolis librum fine autoris nomine excusum minus vendibilem esse

confirmantibus, eoq; diligentius deautore multos emptores sciscitare, quia operis frōti inscriptum eius nomen non haberetur, tandē nostrum non vtiq; aucupandæ famæ gratia, imò cum timore maximo addidimus, vt qui tam variis ingeniis, tot hominum cēsuræ subiici perpetuo veriti sumus. Nimirum ex tāta multitudine paucissimorum gratiam consequentes, at plurimorū dicacitati expositi, vtq; verbo dicam apud nasotulos istos pro ridiculo putati, egregiam verò laudem & dignam (si diis placet) pro labore nostro mercedem pretiumq; ferentes. Vale. Antuerpiæ Anno ab orbe redempto. M. D. XXXVI. Nonis Iuniis.

LATINI SERMONIS OBSERVATIONES.

ACEO.


CEO, es, acidum ſaporem habeo.
Acet vinum, ceruiſia.
Aceſco, inchoatiuum. Horat. Sincerum eſt niſi vas quodcunq; infundis aceſcit.
Aceſcit alicui. Celſus. Cui vero cibus aceſcit.
Aceſcere in ſtomacho aliquid. Celſus Aliæ in ſtomacho facile aceſcunt.

ACVO.

Acuo elegantiam colligit ex adiunctis.
Acuere ferrum, eſt ita concinnare, vt acie bene incidat, non ſolum cæſim, ſed etiam punctim.
Acuere bipennem, cultellum, falcem, gladium, telum.
Acuit ætas hominem, exercitatum reddit. In Adelph. Illos ſad acuet ætas.
Acuere cotem, lapides molares, fuſtem.
Acuere dentes, eſt ſe ad comeſtionem & mordendum parare.
Acuere calamum, ſtylum, eſt ſtringere calamum, in aliquem inuehere.
Acuere furorem. Vergil. 7. Poſtquam viſa ſatis patrios acuiſſe furores.
Acuere ingenium, indnſtriam. Cicer.
Acuere iras, odium. Vergil. 9. Variiſq; acuunt mortalibus iras.
Acuere linguam, eſt amarulentè conuiciari.
Acuere Martem. Vergil. 12. Aeneas acuit Martem.
Acuebant illum otium & ſolitudo. In Offic.
Acuere pharmacum eſt præſentaneum conficere & cito iuuans.

Acuere venenum est præsens & pestiferum reddere.

Acuere visum est perspicaciorem reddere.

Acuere aliquem scommatibus dictis exhortationibus, in bonam & malam partem. Vergil.7. Quam Iuno acuit dicto.

Acuere iuuentutem ad dicendum. Cicer. in Orat.

Acuere aliquem ad crudelitatem. Cice.

Acuere aliquem in pugnas, est prouocare.

Acuit prudentiam intelligendi consuetudo exercitatioq;. Cice.

Acuere aliquem, incendere. Cicer. In excitando & acuendo plurimum valet. Verg 1. Georg. Curis acuens mortalia corda.

EXACVO. Cic. Solicitudines meas quotidiè magis tua merita exacuunt.

PERACVO. Plin. Ita mihi pectus peracuit.

ADIPISCOR.

Adipisci, consequi, obtinere.

Adipisci, cibum æternum. In Capt. Spero me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.

Adipisci diuitias, gloriam, laudem. in Epid. In Sti.

Adipisci iudicium. In Phor. Soli licet de eadem caussa cis iudicium adipiscier.

Adipisci magistratum, ordinem senatorium. Cice.

adipisci nuptias. In And. Nuptias effugere ego istas malo tu adipiscier.

Adipisci senectutem, ad eam peruenire. Cicero de Senectute.

Adipisci vitam deorum In Heaut. Deorum vitam adepti sumus, id est, dii & per quàm fœlices.

Adipisci aliquem, assequi. Cice. Medio itinere eum adeptus, amplexus sum.

Adipisci passiuè. In Trin. Non ætate verum ingenio adipiscitur sapientia, in est, paratur. In Off. abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt.

ADVLOR.

Adulamur seruiliter etiam gestu, quod nobiscum commune est, canibus. ab aula deductum volunt, quod hoc aulicis, peculiare sit.

Adulari passiue apud Cice. In Offic. teste Erasmo. Nec adulari nos sinamus in quo falli facile est.

ADVLO as. Cice. 2. Tusc. quæst. Nostrum adulat sanguinem.

ADVLTERO.

Adulterare ab alterare, alienum maritum vel vxorem cognoscere, & tunc absolutum est. Non enim dicimus adulterare mulierem. Cato. Illa te si adulterasses, digito ne auderet contingere.

Adulterare, vitiare, corrumpere, barb. falsaficare. Plin. Iuuat ipsa adulterare adulteria naturæ.

Adulterare iudicium. Cice. Tollit enim iudicium veri, idq; adulterat.

Adulterare tabulas. Cicer. adulterasse sese negat.

AEGROTO.

Aegrotare, male se habere.

Aegrotat animus. Cice. Ea res ex qua animus ægrotat, oriatur.

Aegrotant animi arte, quum doli deficiunt.

AEMVLOR.

Aemulari ab amo, per antiphrahsin significat inuidere vel imitari. Hinc æmulus, æmulatio, amussis.

AEQVO.

Aequare, explanare.

Aequare muros solo.

Aequare, æquale facere. Verg. Operumq; laborem partibus æquabat iustis.

Aequare periculum. Cæsar.

Aequato omnium periculo spem fugæ tolleret.

Aequare cum. Cicer. Vix cum huius parua parte equari conferriq; posse.

Adequare

Adequare nunc absolutè, nunc cum accusatiuo reperitur. Cicer. Vrna equitum adæquauit, id est, eiusdem sententiæ equites fuerunt. Cæsar: Vt propè summam muri aggerisq́. aceruí armorum adæquarent.

COæquare. Salust. Coæquare gratiam omnium difficile est.

Coæquare montes. Salust.

Exæquo. Salust. Exæquato periculo animus amplior.

Exæquare se plebi, est humilem se gerere & plebi obsequi. Cice.

Exæquare aliquem cum aliquo. Cæsar: Pompeius neminem dignitate secum exæquari volebat.

AESTIMO.

Aestimare iungitur venuste genitiuis tanti quanti &c. quemadmodum facio, pendo. Alias in ablatiuo precium postulat.

Aestimare est putare. Existimare, iudicare.

Aestimo te magni. Existimo te magnum.

Aestimare, diem, pretium diei supputare. Sene.

Aestimare aliquem certis nummis, Vel absolutè de mãcipiis aut captiuis dicitur. Plautus: Scis te minis viginti æstimatum. Cogitato hinc te mea fide mitti domum æstimatum, hoc est, te domum ire, sed meam fidem hic pro te positam pignori.

Aestimare frumentum. Cic. Eodem tempore Antonius tribus denariis æstimauit post messem, id est, certum pretium statuit quod pro frumento dissolueretur.

Aestimare litem, taxare quanti esset de quo lis agebatur, quod præsenti pecunia dissolui solebat. Cice. De litibus æstimatis Cn. Dolabellæ, pecuniæ redactæ. Idem: Quibus dannatis de pecuniis repetundis lites essent æstimatæ.

Aestimare nomina. Cic. Illa sunt nomina quæ Dolobellæ necessario sint æstimata.

Aestimare pecunia aliquid. Cice. Hæc expendite atque æstimate

æſtimate pecunia, id eſt, quanti ſint, ſi ad pecuniam re uocentur.

Aeſtimare pretium. Cice. Aeſtimare harum rerũ omnia pretia.

AESTVO.

Aeſtuo, flagro, ablatiuo gaudet.

Aeſtuare deſiderio, magnopere cupere. Cic. Vt deſiderio noſtri te æſtuare putarem.

Aeſtuare dubitatione, multum dubitare. Idem: æſtuabat dubitatione, verſabat ſe vtranque in partem, non ſolum mente, verum etiam corpore.

Aeſtuare inuidia. Sal. Pleraque nobilitas inuidia æſtuabat.

Aeſtuare imbecillitate animi. Cic.

AGO.

Ago variæ conſtructionis & elegantiæ verbum.

Agere, de iis tantum rebus quæ materia carent dicitur.

Agere nominibus propriis alicuius præcellentiæ additum in accuſatiuo eſt repræſentare: vt.

Agere adoleſcentem.

Agere amicum, Catonem, Conſulem, conuiuam, Crœſum Cretenſem, Chriſtianum, Demeam, Diogenem diſcipulum, Ducem, Epicurum, filium Gnatonem, Harpocratem, Herculem, Linceum, lenonem, Mecœnatem, Midam.

Agere Mitionem, agere magiſtrum.

Agere, patrem, principem, Regem, Sycophantũ, Sardanapalũ, Therſiten, Thraſonem, & ſic in infinitũ vſq;.

Agere aſinos, equos, ducere. Vergil. Et potum paſtas age Tytere.

Agere animam, mori. Cice.

Agere ambages, eſt rem circumire. Plaut.

Agere adoleſcentiam eſt inſtruere. Cice. pro Arch.

Agere apologum, recitare. Plaut.

Agere ætatem, æuum, viuere. Terent. Vna inter nos ætatem

ætatem agere liceat. Ci. In cœlo cum diis agit æuum.
Agere ætatem extremam, vel ætate extrema.
Agere ætatem in excelso. Salust.
Agere annum vndeuigesimum, octuagesimum. Cic. In Offic.
Agere aliquem fuste gladio, lapidibus, telis.
Agere aliud seu alias res, est præsentibus non esse attentum. Plaut. Hoc vide sis, vt alias res agunt.
Agere ad præscriptum, id est, secundum leges & mandata. Hadria.
Agere ad populum. Cice. ad Att Eodem tempore ageret, prætor ad populum.
Agere actum, frustra agere. Ter. Actum ne agas. Idem in Adelph. Actum agam, id est, nihil.
Agere artes. Cicer. Has artes lenitatis & misericordiæ semper egi. i. semper lenis & misericors fui.
Agere augurium. In Offic. Cum in arce augurium augures acturi essent.
Agere apud aliquem. Cic. Apud quod agas. Salust. Marius apud primos agebat.
Agere agmen.
Agere bellum. Salust.
Agere currum, celocem, classem, nauem, gubernare.
Agere ceruum, aprum, vrsam venari. Vergil. 7.
Agere charta dentata, calamo in aliquem inuehere.
Agere caussam. Terent. Te suam rogauit rursum vt ageres caussam.
Agere caussas, ius, persequi, Martial.
Agere cum animo, est reuoluere. Plaut.
Agere curam rei, curare.
Agere Comœdiam, recitare.
Agere contagium Ouid 7. Mores mali agunt contagia latè.
Agere cum aliquo contendere aliquid ab aliquo. Cice. de Offic.

Agere

Agere cum aliquo precibus. At Att.
Agere cum aliquo literis, scribere ad aliquem.
Agere cum aliquo silentio, silere.
Agere cũ aliquo benè vel malè, tractare aliquem. Cice. Cogita quemadmodum fortuna nobiscum egere, id est, vti nos tractarit. Agere censum.
Agere cuniculos, est subterraneas fossas suffodere. Historicum est fere Cic. 3. Offic.
Agere conuẽtum. Cic. In quibus prætores conuentum agere solent. Agere conuiuia. Cic.
Agere crimen. Cic. Hoc crimen agam hostiatim.
Agere cum populo. Cæs. Nõ cum populo agi cœptũ.
Agere cum plebe. Cic. Te cũ plebe iure agere potuisse.
Agere cum Repub. Cic. Nihil agens cum Repub.
Agere de pace ad Att.
Agere de sella, de loco superiore, id est ex.
Agere diem festum. Cicer. Syracusani festos dies anniuersarios agunt, id est, celebrant.
Agere diem natalem. Cice. Det quod satis sit ad agendum natalem suum.
Agere diem, est dicere, constituere.
Agere diuersa, dispergere. Vergil. 1. Subuersasq; obrue puppes, aut age diuersas.
Agere delectum, deligere.
Agere ex animo. Cice. vt res ex animo agi videatur.
Agere ex fide bona. De Offic. In quibus ex fide bona agitur.
Agere ex insidiis. In Offic. Nihil ex insidiis agendum putant.
Agere ex sponso. Cic. Te iudicem C. aquila sumpsit, ex sponso egit.
Agere ex syngrapha cum aliquo, in ius vocare.
Agere ex argumento est ad rem loqui.
Agere excubias, est curam habere, aut vigilias agere.
Agere fabulam. Terent. acta ludis Megalensibus.

Agere

Agere forum, ius dicere. Ad Attic.

Agere furti aliquem vel cum aliquo. Cic. Quum te furti ageret. Idem. Cum seruo furti habiti egit.

Agere ferias.

Agere flumen. Vergil. 9. Et piceum flumen agit. Verecundius vsurpatur pro reddere vrinam.

Agere gratias, rarissimè gratiam, est verbis.

Agere gratias apud aliquem. Cic. Mirificas apud me tibi gratias egit, prorsus incredibiles.

Agere gratias de. Cic. Cum antea tibi de Lentulo gratias egissem.

Agere gratias in. Cic. In quo ei Pompeius gratias agere. i. qua de re. In epist. Fa. Facere non possum quin in singulas res, meritaq; tua tibi gratias agam.

Agere gratias pro Cæs. Gratias pro eorum studio erga se egit.

Agere gratias incredibiles, ingentes, magnas, maximas, singulares, singularibus. verbis.

Agere grates, poëticum magis quá oratorium. in Offi. Grates tibi ago summe sol, vobisq; reliqui cœlites.

Agere gestũ, Cic. Qui p̃sente eo gestũ agere conaret.

Agere grauiter.

Agere hoc. In Adelph. Tamen hoc ages, id est, debitum exiges.

Agere impensam. Cice. Neq; tantorum officiorum impensam egisti in patriam, id est, non compensasti.

Agere, iniuriarum. In Ora. Agit is, cui præcisa manus est iniuriarum.

Agere iniuriam.

Agere iocos. Ouid. 3.

Agere iure summo, mediocri, ęquo, transuerso, sinistro, tollerabili.

Agere iter, viam, limitem. Poëticum. Ouid. Altius egit iter.

Agere in crucem, in cruciatum, est suspendere. Salu. in Iugurth.

Agere

Agere in occulto.
Agere in hæreditatem. Cic. Egissetq; lege in hæreditatem paternam.
Agere inter. Terent. Quæ inter se ipsi egerint.
Agere iuuentam, iuuenem esse.
Agere, impellere. Verg. Idem omnes simul ardor agit. Idem. 7. Præcipites metus acer agit. Vel sic: Agit nos amor, desiderium, cupido.
Agere lege. Terent. Lege agito ergo.
Agere laudes, laudare.
Agere, loqui. Terent. Est' ne hic ipsus de quo agebam?
Agere legationem, legatum esse.
Agere ludos, ludum.
Agere leui brachio?
Agere Medæam, Tragœdiam illam intellige.
Agere morē. Salu. Omittendū morem hunc quē agitis.
Agere mandata.
Agere negotium. In Offi. Sunt qui suum negotium agere dicant.
Agere nugas, nugari, ridere. Plau. Nō ego nūc nugas (ago.
Agere Nestoris annos, diu viuere.
Agere nihil, est rebus friuolis, & nullius frugi operam dare.
Agere orationem. Cic. de Senect.
Agere otium, est vacuum, esse à curis. Ouidi. I. Metam.
Agere orco aliquem, interficere. Poëticum est. Hora.
Agere olus, pultem, mouere.
Agere pecora, abigere. Historicum est. Salu. in Iugur.
Agere, proficere. Terent. Quid tu hic agas, vbi si quid benè præcipias, nemo obtemperat. Idem: Plus agas.
Agere priscè.
Agere pestem.
Agere pingui Minerua, est crassius & clarius de re disserere
Agere pro viribus.
Agere partes suas aut alterius, Christus nostras egit partes, In Phorm. Vicissim partes acturus est, id est, operam eandem tibi redet.

Agere pro suo iure. In Adelph. Necesse habeo omnia pro meo iure agere.

Agere prædas, prædari, Salust. in Iugurth.

Agere præluida.

Agere personatum, vt solent actores ludorũ, aut aleatores diebus genialibus agere.

Agere pacem. Salust. Liceat ne tum pacem agere.

Agere primas partes. Terent. Primas partes qui aget, is erit Phormio parasitus.

Agere primas. In Orat. Primas agebat in caussis Hortẽsius, id est, principatum obtinebat.

Agere priores. Cic. Priores tamen agere partes Hortensium.

Agere per silentium. Terent. Agere vt liceat per silentium, id est, vt sileatur me agente.

Agere præcipitem aliquem. Cice. Agunt eum præcipitem pœna ciuium Romanorum, id est, impellunt.

Agere prouinciam. Cicer. In primis satietas actæ prouinciæ.

Agere pro aliquo. Salust. Pro victoribus agere, id est, vti victores.

Agere quæsturam.

Agere quid, Plaut. Scio quid agam.

Agere quietem, Poëticum, pro dormire.

Agere radices. De offic. Vera gloria radices agit.

Agere reum, est accusare.

Agere rem actam.

Agere rem vsu, verbis, factis. Terent. Licet hæc res.

Agere rem negligenter. Andria. Hic agitur.

Agere rem suam, est vtilitati suæ studere.

Agere rem alterius. Cicero.

Agere rem tam, pro id. Cicer. Tantum a te petimus, vt agas eam rem.

Agere rem seriam. Terent.

Agere rem, opus facere. Res age tutus eris.

Agere res alias, supra patet.

Agere rimas. Ouid. Io. Arbor agit rimas.

Agere seuere.

Agere senectam, senectutem. Cice. Arbitror malle te quietam senectutem & honorificam potius agere, q̄ sollicitam.
Agere silentium, silere. Ouid. I. Metamorpho.
Agere spectaculum. Agere sub dio. Hor. lib. 3. Od. 2.
Agere se, ire, Terent. Quo hinc te agis?
Agere sese, pedetentim ire. Verg. 6.
Agere se matutinum, mane surgere. Verg. 8.
Agere spumas. Cice. Nam quum spumas ageret in ore.
Agere stimulis, scommatibus aliquem, est prouocare.
Agere transuersum aliquem, est corrumpere aut a sententia remouere. Salust. in Iugurth.
Agere triumphum de aliquo, vel ex aliqua re. Cice.
Agere turbas, est concitare tumultum.
Agere tragœdias, idem, quasi res tragœdis dignas.
Agere testudinem.
Agere, viuere. Ouidius: Septem egerat annos.
Agere vitam. Horat. Agere vitam in ocio. In Adel.
Agere vitam ruri. In Adelph.
Agere vitam silentio, gloria, celebritate.
Agere vitam parce, pudice, duriter, in obscuro, in excelso. Salust. Terent. in Adelph.
Agere vtrunq;. Eras. in Colloq.
Agere votum suum, est persequi cœptum, Ouid. Metamorpho.
Agere vigilias. Cice. Vt noctu vigilias agerent ad ædes sacras.
Agere verbis pluribus.

AGI.

Agi passiue vtimur, quum in periculo versari rem significamus.
Aguntur bona multorum ciuium. Cic.
Agitur bene pro noxia. Plaut. Actum cum iis pessime. Cic.
Agitur de capite, de fama, de salute, res capitis pecuniæ vel pecunia, de pecunia, de vectigalibus. Vel per nominatiuum: Agitur salus, aguntur vectigalia.

Agitur existimatio. In Orat. Quum agitur non solum ingenii nostri existimatio.

Aguntur fortunæ. Cicero: Quum fortunas agi eius municipii intelligas.

Agitur in Cic. Cum iis in quibus præclare agitur, id est, qui præclare agunt.

Aguntur iniuriæ sociorum. In Orat.

Agitur Officium. Cice. Cuius præcipuum officium agitur hoc tempore.

Agitur periculum commune.

Agitur mensis septimus. In Hecyra.

Agitur res apud iudicem, pro in lite posita est.

Ea res nunc agitur ipsa, id est, tractatur.

Agi diris malis, pro male audire vel cruciari.

Agi erroribus, errare. Agi furiis.

Agi in tedium. Ouid. Agiturq; in tædia vitæ.

Agi in facinus, id est, furibundè peccare. Ouid. 5.

Agitur res mea, tua, sua, id est, refert. Horatius: Tunc tua res agitur, paries quum proximus ardet.

Agi perfici. Ouid. 6. Ast vbi blanditiis agitur nihil.

Agi præceps, id est, in præcipitium. Salust.

Agi vento & fluctibus, nauticum est. Verg. I.

Vento huc vastis & fluctibus acti.

Actum est, desperantium adagium. Terentius:

Actum agere, diximus.

Actum reddere, est factum curare.

AGITare cœtus. Salust. Ne quis in vrbe cœtus nocturnos agitarit, id est, ductarit.

Agitare conuiuia. Teren. Antiqua in consuetudine agitarem inter vos libere conuiuia, id est, exercerem.

Agitare dionysia. Terentius. Apud eum miles dionysia agitat.

Agitare diuersum. Salust. Primo commotus metu atq; libidine diuersus agitabatur.

Agitare gaudium. Salust. Gaudium atq; lætitiam agitabant,

bant,id est,pacate & læte viuebant.
Agitare imperium. Saluſt. Beneficiis magis quàm metu imperium agitabant.
Agere iniuriis aliquem. Cic. Vt multis iniuriis iactatam atq; agitatam æquitatem.
Agitare legem. Cice. Agraria lex a Flauio Tr. Pl. vehementer agitabatur. i. in eam valde incumbebat.
Agitare malis frugibus. Saluſt. Et nunc malis frugibus ipſa vix agitat.
Agitare moras. Saluſt. Ne moras agitando aliud quàm bellum mallet.
Agitare noctem. Saluſt. Syllam cum equitibus noctem agitare iubet, id eſt, vigilare.
Agitare præcepta. Sal. Quæ pręcepta patris mei quum agitarem.
Agitare Rempublicam. Saluſt. Quicunq; Rempub. agitauere, id eſt, adminiſtrauere.
Agitare pacem. Sal Læti pacem agitabamus.
Agitare vitam. Sal. Tum vita hominum ſine cupiditate agitabatur.
Actitare cauſſas. Cic. Municeps noſter multas priuatas cauſſas actitauit.
CO agitare, clarum.
COgitare, eſt dubitare. Transfertur ad alia.
Cogitare curas. Plautus: Aſtitit ſeuera fronte, curas cogitans.
Cogitare cum animo. Cice. Vos tamen id poteſtis cum animis veſtris cogitare, id eſt, deliberare.
Cogitare dictaturas. Cic. Sed eos hoc moneo deſinant furere, & proſcriptiones & dictaturas cogitare.
Cogitare de re aliqua Cæſar: Sed de ſua ſalute die ſeptimo cogitare coguntur, id eſt, ſperare.
Cogitare in animo. Terent. Omnia hæc ſi voles in animo vere cogitare, id eſt, deliberare.
Cogitare aliquo, ſubaudi ire. Cice. Inde in Tuſculanum

cogito.i.habeo in animo ire. Cogitare Romam.

Cogitare,proficisci.Cice. Quia scripseras te proficisci cogitare.

Cogitare absolute,pro eodem. Cic.Lepidus,quo cum diem cōterere solebā,cras cogitat,supple discedere.

Cogitare secum.Cice.Siue quid mecum ipse cogito.

Cogitare secum animo. Teren.in Adelph.Facito tecum animo cogites.

EXagitare, vehemētem & crebram rei commotionem significat.

Exagitare mœrorem.Cic.Ne & meum mœrorem exagitem,id est,commoueam.

Exagitare rem rumoribus.Salust. Rem ad senatum refert iam antea vulgi rumoribus exagitatam,id est,de qua rumores iampridem increbuerant.

Exagitare aliquid. Cice. Reprehendit Aeschines quædam & exagitat,id est,diuexat.

Exagitare exercitationem dicendi.In Orat. Hanc dicendi exercitationem exagitarent.Item ; Huius disputationibus exagitatus maxime est.

FAtigare aliquem.Sal.Fatigatus a fratre.Idem: Quos ego audio summa spe niti,ambire,fatigare vos singulos,id est,instare apud vos,a uobis contendere vehementer.

Fatigare animum.Sal. Dieq; noctuq; fatigare animum, id est,exercere.

DEfatigare animum alicuius. Ad Heren. Atque animi defatigati ab aduersariis.

Defatigare in labore.Cæs.Per causam munitionum tyrones in labore defatigare non intermittit.

SVBagitare,inire,vel id tentare,tantumq; de scorto vsurpatur.

Subagitare amicam alicuius.Terent. Isthac quidem contumelia est,hominem amicum recipere ad se, atque eius amicam subagitare.

Subagi-

Subagitare meretricem, scortum. Plautus: Dum ille meretricem subagitat.
INDAgare, est diligenter inquirere, proprium venatorum est, qui quæuis loca ad feras captandas inuestigant. Cic. ad Atti. Tu quicquid indagaris de Rep.
ABIGIMVS, quæ vbi accesserint expellimus, & est proprie pecudum.
Abigere pecus, aues, equos, sues, boues, gregem, muscas, &c.
Abigere aliquem a se, ab ædibus, ex ædibus, ad mercatum, in aliquem locum.
Abigere anseres de frumento. In Trucul.
Abigere curas. Horat. Vinum curas abigit.
Abigere delatores. Plin.
Abigere edentem a cibo. In Curc.
Abigere a se lassitudinem. In Merc. Abigi abs te lassitudinem.
Abigere partum medicamentis, est abortum facere, fœtum corrumpere. Cice.
ADIGERE, compellere.
Adigere aliquem ad insaniam. In Adelph.
Adigere aliquem ad vel in iusiurandum, vel iureiurando, est cogere ad iurandum. Cęsar: Ad idem iusiurandum adegit Afranium, Asc. Curionem id facturum esse iureiurando adegit.
Adigere arbitrũ aliquem. De Off. Arbitrũ illum adegit.
Adigere cuneum inter ligna, inserere.
Adigere sacramento, idem quod iureiurando. Liui. lib. 7. Omnes iuniores sacramento adegit.
AMBigere & ambiguus, nota. Cicer. ex contrariis si quid ambigitur. Idem: De quo nihil ambigitur. Cice. Quæ propter scriptum ambiguntur.
CIRcumago, circumduco. Apud Nudumq; hominem circumagens, omnibus ostendebat.
Circumagere, persequi. Curt. Nec vulneratum & ferè semineceni circumagere destiterunt.

COGO venit a con & ago, estq́; diuersa in vnum colligere vel vim facere.

Cogere agmen. Cic. Assentior, vt ne duces simus, nec agmen cogamus.

Cogere ad In Bacchid. Ad lachrymas coegi hominem. In Heaut. Quasi talenta ad quindecim coegi, est, congessi, coadunaui.

Cogere consilium, equitatum. homines, auxilia copias, milites manum, &c. Vergil. Vndiq; cogunt auxilia. Historica & bellica vox est.

Cogere densare. Vergil. Frigore mella Cogit hyems, eademq́; calor liquefacta remittit.

Cogere in stabula oues, congregare. In Bacch.

Cogere in fœdera, in concordiam. Ouid. 5. Et dabit fidem, cogamq́; in fœdera testes Esse deos.

Cogere in prælia milites. Ver. 9. Aeratasq́; acies in prælia cogit.

Cogere in angustum copias, in arctum. Terent. Ita hac re in angustum oppido nunc meæ coguntur copiæ. i. in summam difficultatem adducos vel vrgeor.

Cogitius. in Adel. Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

Cogere in ordinem. Plin. Cogi in senatum. Cæsar.

Cogere in cruciatum In Persa: Quem pol ego vt non in cruciatum atq; in compedes cogam.

Cogere iudices. Cic.

Cogere latrones, est colligere. In Mil. Rex Seleucus me opere orauit maximo, vt sibi latrones cogerem & conscriberem.

Cogere medicos. Cic. Rogaret vt cogerem medicos.

Cogere operas, Cice. Nauem onerariam maximam publice coactis operis ædificatam.

Cogere pecuniam. Cic. Innumerabiles pecuniæ ex oratorum bonis nouo nefarioq; instituto coactæ.

Cogere pecus. Vergil. Tityre coge pecus. Idem 7. Ad

iuga cogit equos.
Cogere pro premere, mulgere. Vergilius. Cogite oues pueri.
Cogere senatum Cic.
Cogere res, suppellectilem, est in pretium redigere, vt Menedc. Terentianus.
Cogere stipendium. Cicero. Quum stipendium cogerem.
Cogere vt aliquem. In Hec. Vt cœpi cogere vt rediret.
Coactio argentaria quæstura.
Coactionem argentariam factitare, est exercere quæstoris officium. Sueton.
Coactus legibus. In And. Coactis legibus eam uxorem ducet.
Coactus malo. In Adel. Malo coactus qui suum officium facit, dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Coactus ui, lege, iudicio. In Phor. Vi coactum te esse, inuitum lege iudicio.
Coactus voluntate. In Andr. Coactus tua voluntate es.
DEGO, idem quod ago.
Degere aurum, ornamenta, pallam alicui, vel ad aliquē, id est, deferre.
Degere corium de tergo, demere, detrahere. Plaut. in Epid.
Degere diem. In Adelph. Hunc diem misere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.
Degere ætatem, uiuere. In Phorm. Vt cum vno ætatem degeret.
Degere ætatis tempus. De Senect. Cui qui pareat, omne tempus ætatis sine molestia possit degere.
Degere laborem alicui, demere. In Aulu. Nunc ego istū soror laborem degam, & diminuam tibi.
Degere uitam. Cic Vitam in egestate degere.
Degitur uita. Cic. Beatam uitam eam, quæ cum virtu-

 te

te degatur.

EXIGO abſolutionem & reiectionem ſiue excluſionem rei alicuius & debiti receptionem ſignificat.

Exigere ætatem, annos, æuum, ſecula, uitam, eſt uiuere. in Heaut.

Exigere æſtatem, menſem, tempus, eſt tranſire.

Exigere à ſe hoſtem, depellere.

Exigere aliquem balneis. Gel.

Exigere aliquem, domo, ex domo, ex agro.

Exigere Comœdiam, fabulam, explodere cum diſplicet. Terent.

Exigere laſſitudinem. Plaut. Vbi labore laſſitudo eſt omnis exigunda, id eſt, eiiciunda.

Exigere maculas mœroris. Plaut. Iam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.

Exigere uxorem. In Hecy. Veſtro etiam impulſu eaſdem exigunt, id eſt repudiant.

Exigere, poſtulare, vt: ſtudia otium exigunt.

Exigere aurum, cenſum, conſilium, columnas, calculum, debitum, gratiam, lucrum, mercedem, nummos, nomina, numerum militum, pecuniam, penſionem, quæſtum, tributa, uectigalia, ueritatem, uoluptatem &c.

Exigere ærumnam, pati. Plaut. Et tu, cuius cauſſa hanc ærumnam exigo.

Exigere, perquirere. Ver. Sociiſq; exacta referre.

Exigere ſupplicium ab aliquo, eſt ſumere.

Exacta æſtas. Exacta ætate, Exactæ ætatis, Exacto menſe.

PR Odigere eſt conſumere, abſumere per luxũ. Plau. Feſtŏ die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat.

PER Agere, eſt perficere. Cic. propoſitum nihilo ſecius peregerat, id eſt, quod propoſuerat effecit.

Peragere animo omnia ſecum. Verg. Omnia percurri, atq; animo mecum ante peregi.

Peragere aliquem reum id eſt, condemnare. Plin. Multiq;

tiq; priuati reum peregerunt.
Peragere noctem. Apu. Multas noctes peregi insom-
Peregit nauem in portum, id est, perduxit. (nes.
Peragere partes suas. Pli. Dispice num peractas putes partes nostra, id est, meo nomine functum officio.
Peragere volumine. Plin. Hanc intentione tot ista uolumina peregi.
REDigere ad insaniam. Redigere ad nihilum.
Redigere aliquem ad inopiam, ad inscitiam, ad miseriã, ad tuniculam. Terent. Per flagitium ad inopiam redigat patrem.
Redigere ad paucos. Cic. Nobilissimamq; familiam ad paucos redactam penè ab interitu uindicasti.
Redigere ad numerum, numerare.
Redigere in concordiam Cicero.
Redigere in potestatem, in ditionem, in deditionem, in seruitutem, in seruitiũ, in prouinciã, est subiicere. Cic.
Redire in memoriam aliquid, est in animum reducere.
Redigerem in quadrum aliquid. (Terent.
Redigere in rationes.
Redigere in summam. Ascon. Pecunia in summam redacta.
Redigere in pretium opes, res, est pecunia commutare. Asco. In pretium redactis omnium furtis, id est, æstimare quanti fuerint furta.
Redigere in gratiam, reconciliare. Teren. Ego redigam uos in gratiam.
Redigere in publicum facultates ex condemnatione, pro confiscare.
Redigere in vnum, colligere. Cice. Hoc genus in unum redigatur.
Redigere in ordinem. Cic. Dispositio est, per quam illa quæ inuenimus, in ordinem redigimus.
Redigere in fumum & cinerem est abligurire.
Redigere pecuniam. Ci. Bona uẽdidit, pecuniã redegit.

Redigere

Redigere pecuniam ex Cic. Cum omnem pecuniam ex vectigalibus redegissetis.
Redigere pecuniam ad. Idem: Cum ad HS. X X D. quinquies redegisse constaret, id est, exegisse.
R E D E G I, est perduci. Terent. In id redactus sum loci, vt quid agam nescio. Idem: Eo redigis me. Idem: Quò redactus sum?
Redigere sub imperium, subiicere. Cæs. Ardere Galliam tot contumeliis acceptis sub Pop. Ro. imperiũ redactam.
S A T Agere est curiosum & anxium esse rerum suarum. Teren. Is, suarum rerum satagit: Donatus cum accusatiuò posuit. (cat.
S V B Igere, cogere, donare, exercere, exarare signifi-
Subigere animum. Salust. non aduersa res, ingentem eorum animum subegit, id est, domuit.
Subigere fieri. Salust. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, id est, coegit.
Subigere ingenium. Cic. Subacto mihi ingenio opus est, id est, exercitato.
Subigere nationes feras, populum aliquem, patriam alicuius domare.
Subigere nauem, sursum agere. Vergil. Flumine lembum Remigiis subigit.
Subigere arua, humum, segetes, terram aut locum aliquem, arare, exercere. Cic. Segetes agricolæ subigunt aratris.
Subigere securim, id est, acuere. Ver. 7. Subiguntq; in cote secures.
Subigere mulierem, subagitare. Cic. Gallam subigo.
T R A Nsigere ætatem, annos, diem.
Transigere vitam silentio. Sal in Catil.
Transigere Comœdiam. Plaut. Ne hanc inchoatam transigamus Comœdiam, id est, absoluamus.
Transigere, pro concordare, componere. Ter. Inter se

transfigant ipsi vt lubet.

Transigere cum aliquo. Cic. Roscium pro sua parte cum Flauio transegisse.

Transigere de aliquo. Cice. Nos hic incredibili ac singulari Pompeii voluntate de C. Marco transegimus, id est, confecimus.

(AGRARE.)

Peragrare, est circuire, diligenter perlustrare.

Peragrare hortos, uillas, agros, nemora, insulas, terras, orbem terrarum &c. Cic.

Peragrare latebras omnes suspicionum dicendo, id est, percurrere. Cic.

Peragrare per animos. Cice. Sed ita peragrat per animos hominum, ita sensus mentesq; pertractat.

ALO.

Alere, est victu temporali vitam sustinere.

Alere equos, canes. Terent. in And. Item: Vna domus non alit duos canes. id est, inter eiusdem rei æmulos non bene conuenit.

Alere corpus corpore. Plau. Quæ alat corpus suum corpore, quod proprium meretricum est.

Alere exercitum, equitatum, familiam.

Alit ager aliquem Cicero: Cum agellus eum non satis aleret. Transfertur ad incorporea plerunq;.

Alere bellum. Cic. Et mea patientia etiam alere bellum.

Alere controuersiam. Cæs.

Alere furorem, gloriam, ingenium. Cic.

Alere spem alicui. Cice. Qui spem Catilinæ cum mollibus sententiis aluerunt.

Alere copiam uerborum, eloquentiam, orationem.

Alere artes. Studia alunt artes. Cicero. Honos alit artes.

Artem quæuis alit terra, id est, certissimum uiaticum est eruditio vel artificium.

Alere studia, Puerile studium laudibus alitur, id est, augescit.

Alere

Alere mentē studiis. Ci. Hominis mens discendo alitur.
Alere ignem. Ligna alunt ignem.
Alere cæcos ignes, est amore capi.
Alere flammas. Ouid. Lenis alit flammas, grandior aura necat.
Alere vulnus in crure, in pectore, in manibus &c. vulnere laborare Verg. Vulnus alit venis.
Alere morbum, morbo affici.
Alere monstrum, est insidias struere, aut rem fœdam sub fuco occultare. Ind And.
Alere canes, non seipsum, est minus necessaria curare.
Alere pro nutrire. Aeglo. 3. Binos alit vbere fœtus.

ALIENO.

Alienare, distrahare, alienum a nobis facere.
Alienare aliquid. Cic. Vectigalibus alienátis.
Alienare aliquid ab aliquo.
Alienare bona, est sua paruo vendere. Cic.
Alienare vrbem. Salust. Vrbs maxime alienata.
Alienare aliquem ab aliquo. Cice. Et te nonnunq̄ a me (alienarunt.
Alienare a senatu. Cice.
Alienare voluntatem. Cic. Conabantur alienare a te voluntatem meam.
Alienare mentem. Cæs. Sic vt penè alienata mente.
ABALIEnare, quod nostrum erat alienum fieri.
Abalienare aliquem. Cic. Qui nos inuidendo abalienauerunt. Terent. Ita nos abalienauit.
Abalienare aliquem ab aliquo. Cic. Totum se a te abalienauit. Plaut. Isthuc crucior a viro me tali abalienarier.
Abalienare beneuolentiam. Cic. Valde beneuolentiam conciliant, abalienantq; ab iis, quibus hæc non sunt.

AMO.

Amare plus est q̄ diligere. Non modo te diligo, verum etiā amo. Ter. Amo te plusq̄ hosce oculos. in Adel.
Amat victoria curam Ama tanquam osurus.

Amamus

Amamus nos mutuo. Amamus nos inuicem.
Amamus nos pariter.
Amamus inter nos, idem significant.
Amare de re aliqua. Cice.
Amo te omnibus eqdem de maximis caussis, verũ etiã. propter hanc. Ter. Ecquid nos amas de fidicina hac?
Amare, cum maxime. Teren. Hanc Bacchidem amabat vt cum maxime tum Pamphilus, id est, quanto magis eam amare poterat.
Amare aliquem miserè, valdè, multum, rectè, benè, perditè, tenerè.
Amare pro suo. Terent. Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo. In Adelph.
Amare, fieri aliquid. Salust. Terrebat eum clamore, vultu, sæpe impetu, atq; aliis omnibus quę ira fieri ama, id est, cupit.
Amare amorem alicuius. Cic. Delectauerunt me literæ tuæ, in qnibus primum amaui amorem tuum.
Amare voluntatem. Cic. Sensi ex literis tuis valde te laborasse: amo igitur voluntatem. i. animum isti debeo.
Amare corde inter se. Plaut. Videas corde amare inter se.
Amare corde & animo. Plaut. Neminem hodie mage amat corde, atq; animo suo.
Amare in aliqua re aliquem. Cice. Et si in Attilii negocio te amaui, id est, tibi debui.
Amare merito aliquem. Terent. Merito te amo.
Amare locum. Ci. Si me amas, hunc locum ama. i. cura.
Amare manum alicuius. Cic. ad Attic. Alexidis manum amabã, quod prope accedebat ad similitudinem tuæ literæ, id est, delectabat.
Amare ex animo aliquem. Cice.
Amare testibus præsentibus. Quod amas, ama testibus præsentibus.
Amo absolute. Terent. Omnes qui amant, grauiter sibi

dari

dari vxorem ferunt. In And.

Amare iusiurandi loco vsurpat. Terent. Ita me dii bene ament.

Amare obtestantis. Cic. Si me amas.

AD Amare est amatorie amare. Val. Quinti. Omnes matres amant liberos suos tanquam adamarent.

Adamare pro placere & concupere posuit. Cic. in Ora. Et si illam præclaram & eximiam speciem oratoris perfecti & pulchritudinem adamasti. In Epist. Quarum laudum gloriam adamaris.

DEAMAre est valde amare. Terent. Deamo te Syre. Plautus: Quam heius deamat tuus.

REdamo est amo amantem.

AMbulare, spaciari.

Ambulare foro, id est, per forum. Cicer. Manlium nos etiam vidimus transuerso ambulantem foro.

Ambulare in littore, in sole, in publico.

Ambulare pro ire longius. Cic. Neminem esse, qui posset biduo, ad summum triduo septingenta millia passuum ambulare.

Ambulare transitiue. Cicero. Si Xerxes maria ambulasset.

INambulare in. Cicero. Disputabant inambulantes in licio.

DEambulo. OBambulo. expositione non egent.

AMPLO.

Ampliare est iudicium differre. Cice. Et potestas esset ampliandi.

Ampliare aliquem. Cice. Aut istum nefarium hominem ampliaueritis?

AMPLIFICO.

Amplificare autoritatem, amplitudinem, dolorem, gloriam, pecuniam, rem familiarem, Rempub. pretium, urbem &c. dicimus.

ANGO.

Angere

Angere aliquem. Ad Att. Multa sunt quæ me solicitant anguntq́.

Angere animum. Terent. At non quotidiana cura hæc angeret animum.

Angere animi se. Terentius. Animi sese angebat facti pœnitens.

Angi animo, intimis sensibus, desiderio, dolore, expectatione, & aliis rebus.

Angi de. Cice. Non possum sine dolore accusare eum, de quo angor & crucior.

Angere aliquem incommodis. Plaut. Ego illum incommodis agam.

ANIMO.

Animare aliquem in aliquem. Cice. Ita in te animatum esse videmus, & est in bonam partem.

EXANImare metu, sæpius dicimus, & si exanimatio ex metu nascitur. Terentius. Oratio hæc me miseram exanimauit metu. Idem, Scio esse exanimatam metu.

ANTIQVO.

Antiquare est in morem pristinum reducere.

Antiquare leges, rogationes, est abrogare.

APPELlare inter composita Pello habebis.

ARO.

Arare frumentum. Cic. Arare terram, littus &c.

EXARARE pro scribere capi semper cum paucis agitur. apud Ciceronem indicant voces huic adiunctæ, proficiscens, nescio quid, accubueram, & iis similes.

Exarare epistolam, exemplum literarum. Cice. Tantum labore suo frumenti exarabant &c.

Exarare sepulchra. Cic. Sed quum multa sepulchra fuissent, exarata sunt, id est, ad frugem exculta.

ARCEO.

Arcemus, quæ prohibemus ne accedant. Valla.

Arcere

Arcere vim, hostes, hostium copias. Cic. Ille tenet & scit vt hostium copiæ, tu ut aquæ pluuiæ arceantur.

Arcere canes, muscas, fucos. Vergil.

Ignauum fucos pecus a presepibus arcent.

Arcere ignauiam, ignorantiam.

Arcere aquas, flumina. Cic. Nos flumina arcemus, dirigimus.

Arcere uinculis, custodia. Cic. Vt famulos uinculis ac custodia arceamus.

Arcere finibus. Cic. Videbam non posse arceri otii finibus, id est, contineri.

Arcere testibus aliquē. Plau. Si posthac te reprehendero hic arcebo testibus. i. p testes cōprehēsum tenebo.

Arcere a. De Of. Maxime autem hæc ętas a libidinibus arcenda est. Hinc Ars, arcus, arx.

Coercere aliquid aliqua re. De Off. Eos mortę, exilio, uinculis, damno coercent.

Coercere ab. Cic. Et progressu coercuit.

EXERcere singularis elegantiæ verbum.

Exercere aliquem. Terent. Ego te exercebo hodie, ut dignus es silicernium. i. tractabo, defatigabo.

Exercere aliquem odiis odio prosequi. Verg. 4.

Excerere aliquem curis.

Exercere artes medicas, musicas, liberales, mechanicas, ludricas, ueneficas, chiromanticas, nigromanticas. Oui. 2. Nititur & medicas exercet inaniter artes.

Exercere physicam.

Exercere auaritiam, ambitionem, inuidiam, temperantiā fortitudinem, taciturnitatem, virtutes, uitia &c. Salu. in Catil.

Exercere aliquem ad rem, exercitatum reddere. Terent.

Exercere ætatem, uiuere. Plaut.

Exercere arma. Ver. 4. Non arma iuuentus exercet.

Exercere animū. Sal. Primo magis ambitio quā auaritia animos hominum exercebat. i. solicitabat, uexabat.

Exercere

Exercere animam. De Offi. Animam tu exerce in optimis moribus.

Exercere aliquem ad Cice. Aristoteles adolescentes ad copiam rhetorum in vtranq; exercuit.

Exercere abactus hospitum, est abigere hospites. Plin.

Exercere bachanalia, est potu se obruere. Plautus: Bacchanal te exercuisse oportuit senex.

Exercere agros, campos, rura. Horat.

Exercere choros. Verg. I. Exercet Diana choros.

Exercere clamores multos.

Exercere cauponam, illepidè, tenere hospitium.

Exercere comœdiam, tragœdiam.

Exercere discipulos. Suetonius.

Exercere diem, est in vsum conferre. Verg. 10.

Exercere discordias.

Exercere dominium, potestatem.

Exercere equos, tauros, est agere. Vergi. 7.

Exercere ferrum. Cato. Ferrum si exerceas, conteritur.

Exercere famulos, ancillas, seruos. Vergil. Famulasq; ad lumina longo, Exercet penso.

Exercere iuuẽtutem, est ab otio ad virtutes pertrahere.

Exercere ingenium. Salu. Neq; ingenium ad male faciendum exercui. Ci. Et magis ingeniũ nostrũ exercebim⁹

Exercere ingenium corpore, est quod qs didicit, re ipsa exhibere. Sal. Ingeniũ nemo sine corpore exercebat.

Exercere inimicitias, iracundiam Cice.

Exercere iurgia. simultates cum hostibus. Salust.

Exercere iudicia vel iudiciũ, est iudices ad iudicium congregare. Cic. Iudicium in prætura publicum exercuit.

Exercere iustitiam. Plin. Exercere ius in aliquem.

Exercere libidinem suam in aliquem. Exercere ludos.

Exercere labores, est laborare.

Exercere malitiam, memoriam. Cic.

Exercere misericordiam in aliquem.

Exercere manus in parietem. Manus prius in parietem

 exerceas,

exerceas, quàm mihi infligas.
Exercere membra laboribus, cursu, palæstra. Vergil. 5. Pars ingramineis exercet membra palæstris.
Exercere mercaturam.
Exercere nuptias, Hymenæos. Vergil. Quin potius pacem, pactosq; Hymenæos. Exercemus.
Exercere nomen patris, fungi officio patris. Plin.
Exercere odium, est odisse. Ouid. 5. &. 9. Sed inexorabile durus Exerces odium.
Exercere palæstram. Verg. Exercent patrias oleo labente palæstras.
Exercere pacem. Verg. Exercere physicam.
Exercere pyraticam. Exercere pilam, globum, Ver. 7.
Exercere pœnas in aliquem. Vergil. 6.
Exercere pugnos. Plautus. Pugnos si in me exerciturus, quæso in parietem vt primum domes.
Exercere vel exerceri pœnis, plagis, curis, iurgiis, iniuria inædia, inertia, litibus, odiis, suppliciis, tormentis, vi, vana spe. Hor. Strennua nos exercet inertia.
Exercere quæstionem. Cicer. Cum prætor quæstionem inter sicarios exercuisset.
Exercere fatis, est infortunia pati.
Exercere se ad cursuram Plaut.
Exercere se in agris. Terent.
Exercere se in sua arte, prouerbium sapit. Cicer. Quam quisq; norit artem, in hac se exerceat.
Exercere sumptum, lucrifacere. Terent. Qui opere rustico faciundo facile sumptum exerceant suum.
Exercere stylum, calamum, manum calamo, est subinde scribere.
Exercere stupra. Ascon. Et in quibus stupra exercita legibus vindicantur.
Exercere se alicui. Ci. Subduc cibũ vnum in diem Athletæ, Iouem Olympium, cui se exercebat, implorabit.
Exercere turbinem, trochum.

Exercere

Exercere terram, tellurem, vomere, aratro. Vergil. II.
Exercere velitationem, contendere, rixari. Plaut.
Exercere vocem, vociferari. Plaut.
Exercere vices. Vergi. 9. Excubat exercetq; vices.

ARCESSO.

Arcesso, vide accerso. Cic. Si erit necesse, arcessemus, id est, vocabimus.
Arcessere ad societatē. Habes apud accerso exemplum.
Arcessere capitis aliquem. Cicer. Non arcessere vitam, non capitis arcessere.
Arcessere in iudicium capitis. De Off. Neq; vnquam innocentem in iudicium capitis arcessas.
Arcessere iudicio. Cic. Vt hunc hoc iudicio arcesseret.

ARDEO.

Ardere, vri. Vergil. 2. Ardet apex capiti.
Ardere, ferè amoris. aut vehementis affectus verbum est. In Bucol. 2. Corydon ardebat Alexim, id est, impatienter amabat. Horat. Donec non aliam magis ar sisti, pro amasti.
Ardere aliqua re & in aliqua re dicimus.
Ardere, amore, auaritia. Salust. Cæteri ex licentia, aut odio, aut auaritia in tempus arsere.
Ardere absolute, pro amore flagrare. Vergil. 4. Ardet amans Dido.
Ardere bello. Cicer. Orbem terrarum distributis imperiis ardere bello.
Ardere cupiditate incredibili Pro eodē absolute. Vergil. Patriæq; mori pro mœnibus ardent. i. cupiunt.
Ardere in cupiditatibus. Salu. Ardens in cupiditatibus.
Ardere desiderio, consumi.
Ardere dolore. Ci. Is cum arderet podagrę doloribus.
Ardentes equi, animosi, flammiuomi dicuntur. Vergi.
Ardere flagitio maximo, infamem reddi. Plin.
Ardere, festinare. Vergi. Instant ardentes Tyrii.
Ardere, fulgere. Verg. Ardebat murice lana.

Ardere icēdio. Ci. Vna Gallia cōmuni nō ardet icēdio.
Ardere inuidia. Cice. Res ardet inuidia.
Ardere iracundia, Vel absolute. Verg. Latumq; per agmen Ardens limen agit.
Ardentes literę. Cic. Ardentes in eū literas ad me misit.
Ardere odio diximus.
Ardentes oculi. Cic. Ardebant oculi.
Ardens oratio. Ci. Nisi ardens ad eū perueniret oratio.
EXARdere aliquid alicui & aliqua re dicitur.
Exardere amorem. Cice. de Off. Ex quo eorum exardescit amor siue amicitia.
Exardere aliquem. Ci. Non tulit ille, sed grauiter exarsit.
Exardere aliqua re aliquem. Cice. Nunc vero sibilis vulgi, sermonibus honestorum, fremitu Italiæ vereor ne exarserint, id est, iracundiores facti sint.
Exardere bellum. Cic. Bellum subito exarsit.
Exardere desiderio alicuius. Cice. Tota Italia desiderio libertatis exarsit.
Exardere dolorem. Cice. Exarsit dolor.
Exardere fremitu: diximus.
Exardere importunitatem. Cice. Repente ista tanta importunitas inauditi sceleris exarsit.
Exardere iniuriam. De Offic. Nisi quædam intolerabilis iniuria exarserit, id est, exorta sit.
Exardere sermonibus, sibilis, supra patet.
Exardere in amplificatione. Cice. In omni genere amplificationis exarsimus.
Exardere aut exardescere in iras, est excandere. Vergil. 7. de Alecto.
AREO aresco, exareo exaresco satis notæ significationis sunt.
Arent amnes, fontes, lachrymæ, rationes, vrbanitas. Admittit etiam ablatiuum.

ARGVO.

Arguere aliquem alicuius rei, aliqua re, & in aliqua re dicimus

cimus, pro accuſo.

Arguere aliquem auaritiæ, dedecoris, furti, pecuniæ interuerſæ, probri, ſtupri, id eſt, incuſare.

Arguere aliquem crimine. Cic. Nunc non modo hoc te crimine arguo.

Arguo, oſtēdo, deſigno, palam facio, detego, increpo. Ver. 4. & Auſoni⁹. Degeneres animos timor arguit.

Arguit magiſtratus virum.

Arguere ex audito, eſt audita loqui. Plaut. Vidi, non ex audito arguo. Arguere ſolœciſmum. Sueton.

ARGVtari, verbis ſeducere.

COARguo iure. Cicer. Omnibus rebus coarguitur à me. Idem Coarguitur criminibus.

REDARguo, eſt arguentem arguo. Cato: Quæ culpare ſoles, ea tu ne feceris ipſe. Turpe eſt doctori, quum culpa redarguit ipſum.

ARMO.

Armare, idem quod munire eſt.

Armare aliquem ad aliquid. Cice. in epiſt. Quod te ad omnia ſummum atq; excellens ingenium armauit.

Armare animis aliquē. Ci. Armati animis iā eē debem⁹.

Armare autoritate publica aliquid. Cice. Temeritatem concitatæ multitudinis autoritate publica armare.

Armare calamos veneno. Verg.

Armare copias. Saluſt. Iugurtha quàm maximas poteſt copias armat.

Armare muris vrbem. Cice. Carthago ſuccincta portubus, armata muris.

Armare paſtores, ſeruos. Cęſar. Seruos, paſtores armat.

Armare naues. Cæſar: Ea quę ſunt vſui ad armandas naues, ex Hiſpania apportari iubet.

Armare in hoſtem. Verg. 10. Mixtus dolor & pudor armat in hoſtem.

Armare in fata. Oui. 7. Quis vos in fata parētis armat?

Armare ſe armis, artubus, clypeo, ebrietate, furore, ga-

lea, gladio, lancea, lingua, scuto, scômatibus, temeritate, thorace, venẽo &c. Ver. 7. Hic torre armat⁹ adusto
AVERE, cupere. Hinc auidus, auiditas.
Aue, aduenientis salutatio.

AVDIO.

Audire ab auere fit, estq́. auribus percipere, gaudet itẽ accusatiuo, datiuo, multis prępositionibus, & quibusdam aduerbiis.
Audire Aeneida, Cice. Officia, Horatium, &c. est discere præceptore legente.
Audire præceptorem, est se suæ doctrinæ & disciplinæ dedere, atq; discipulum esse. Inde auditor, pro discipulo. Quintil. Gorgiæ auditor Socrates.
Audire attente. Cicer. Vos oro atq. obsecro, vt attente bonaq́; cum venia verba mea audiatis.
Audire bene, est laudari. In pro. Phor. Benedictis si certasset, audisset bene: Cice. Bene audire a parentibus, a propinquis, a bonis etiam viris.
Audire bona cum venia. Vide. attente.
Audire a Cice in episto. A maioribus natu audiui. In Orato. legitur de.
Audire ad. Cic. Audiui igitur ad omnes, scilicet, literas.
Audire de. Cic. Audiui hoc de parente meo puer. Idẽ: Delectabaſ mirifice lectiõe librorũ, de qb⁹ audiebat.
Audire è Cice. Addebat è prædonibus se audisse.
Audire ex Cic. Existis sæpe audiui. Idem: Et si hoc te ex aliis audire malo. Teren. Caue post hac (si me amas) vnquam isthuc verbum ex te audiam.
Audire ex contraria parte. Cice.
Audire pro exaudire. Verg Audiat & genitor, &c.
Audire dicto, obsequi. Plaut. Dicto haud audiebat.
Audire pro credere, parere præcipiẽti, cum datiuo, nisi in participiali voce, rarius reperitur. Cæs. Dicto audientes non fuerũt. Cum accusatiuo verò sæpissime, idq́; cum negatione vel sine ea. Cic. Nunquam labere si te

ſſ te audies. Idem: Nec Homerum audio. Item: Si fabulas audire volumus. Idem: Te audi, tibi obtēpera.
Audire ſine verbo poſitum. Quinti. Nec audiendi quidam, id eſt, non credendi.
Audire habeo, id eſt, audiendum eſt mihi.
Audire pro fateri. Aliquando vtrunq; ſimul, audio & fateor inuenimus.
Audire lites, eſt criminari. Terent. in Phorm. Tu iam lites audies.
Audire male, eſt vituperari. In Phor. Si herum inſimulabis auaritiæ, male audies.
Audire nuntium. Cice. Vix ter in anno audire nuntium poſſunt, vulgo, habuere vlla noua.
Audire ſe vel alium, eſt ſuam vel alterius voluntatē ſeq.
Audiens imperii, obtemperans. Plaut.
EXAVdire, eſt clare audire: eorumq; proprium eſt, q longe audiunt. Ci. Quantum potero, uoce contendam, vt hoc Po. Ro. exaudiat. Cæſ. Et id clariore voce, vt magna pars militum exaudiret.
Exaudire pro dare & cōcedere veniā negant qdam dici.
Exaudire aliquando ſignificat idem quod ſimplex. Vergi. Hinc exaudiri gemitus iræq; leonum.
INAVdire, perfecte audire. In Moſtel. Metuo ne de hac re quippiam inaudiuerit. Cic. Quæ te video inaudiſſe, id eſt, percepiſſe. Idem: De qua ego ex te primum inaudiueram.
Inaudita criminatio, id eſt, non cognita.
Inauditum damnare, & capite punire, dicimus.
OBAV dire & Obedire, modo contraria ſunt, modo pro eodem capiuntur, & gaudent datiuo.
Obaudio, eſt ſubſanno. SVBaudio, ſubintelligo.

AVGEO.

Augere, eſt ad id quod ante erat addere, exigitq; nunc accuſatiuum per ſe, nunc accuſatiuum cum ablatiuo.
Augere animos inimicorum. In Aſin.

Augere auxilia, est militarem gregem copiosiorem facere. In Cist. Augere auxilia vestris victis legionibus.
Augere beneuolentiam. De Off. Auxit beneuolentiam consuetudo.
Augere ciuitatem, est plures ciues addere. Plaut.
Augere culpam suam. Plin.
Augere dolorem. Cic. Oculi augent dolorem.
Augere exercitationes. Cic. Exercitationes animi etiam augendæ videntur.
Augere furorem. Cice. Auget tuus amicus furorem indies magis.
Augere gloriam. Cice. Quod ad Cn. Pompei gloriam augendam tanto studio te dedisti.
Augere iracundiam alterius. Terent. in Adelph.
Augere industriam alicuius. In Adelph.
Augere memoriam. Cice. Posteritatis immortalem memoriam augebit.
Augere molestiam, metum. Salu. Cęteris metus augeri.
Augere nomen. Cice. Ad meum nomen augendum.
Augere numerum, dicũtur nullius frugi homines. Plau. Metuo ne numerum augeam illum.
Augere opes, peculium, accumulare.
Augere pacem. Ci. Vt possit pacem humanitas augere.
Augere Rempublicam. De Of. Quibuscunq; rebus vel belli vel domi poterunt, Rempub. augeant.
Augere suspitionem, studium, timorem, vectigalia, &c.
Augere aliquem bonis conditionibus, beneficiis. Deus tandem nos summis auxit beneficiis.
Augere aliquem honoribus, imperio, magistratu, noua dignitate, officiis.
Augere cumulo aliquid. Cic. in epist. Ita magnum tuum beneficium magno cumulo auxeris.
Augere verbis aliquid. De Offi. Neq; enim verbis augere suum munus, si quo forte fungitur.
AVGEri dãno. In Heau. Ergo herus dãno auctus est.

Augeri filiolo aut filiola, liberis, noua prole, ſobole. Cice. Filiola me auctum ſcito ſalua Terentia.
Augeri honore. Cice.
Augeri lętitia. Cicero. Tanta lætitia auctus ſum, vt mihi non conſtem.
Augeri ſpiritu. Cice. Et hoc cœleſti ſpiritu augemur.
Augeri aliquem. Cice. Hircius auctus fore videbitur.
AVGEScere idem quod augeri. In Heaut. Mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Plin. Augeſcunt corpora dulcibus atq; pinguibus, minuuntur ſiccis & aridis & ſiti.
Augeſcunt animi. id eſt, magis & magis augentur.
AVCTARE aliquem lucro, lucrifacere. In Amph. Bono atq; amplo auctare perpetuo lucro.
ADAVgeo. Cic. Vocem quoq; adaugere oportebit. In Heau. Timet ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta ſit. In Stich. Decumam adauctam tibi gratulor.
COAVGmentare verbis. Cicer. Verba verbis quaſi coaugmentare negligat, id eſt, nimiam ne adhibeat in coniungendis verbis diligentiam.
Coaugmentare pacem. Cic. Docebo ne coaugmentari quidem poſſe pacem, id eſt, componi.
EXAVgeo. In Sticho: Benefacta maiorum tuorum exauge. In Heau. Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant.

AVGVROR.

Augurari vel augurare, quod apud veteres vſitatius eſt.
Augurari coniectura. Cicer. Quantum coniectura auguramur.
Augurari opinione. Ci. Quātū ego opinione auguror.
Augurari de. Ci. Sed de illo quid augurer, libet dicere.

AVSCVLTO.

Auſcultare pro audio, accuſatiuum vult. Plaut. Hic auſcultet, quæ loquar.
Auſculto cum datiuo, idem quod obtempero. Plau. Ti

bi

bi ausculto. Mihi ausculta. Auscultato filio.

AVTORO.

Autorare, est obstringere, obligare, præsertim de milite: quia militiæ sacramento obstringi milites solebant. Cic. Quia quum depressus in ludum, bis græcis depugnasset, autorari sese nolebat.

EXAVtorare, liberare. Infamia tamen militem exautoratum sequebatur.

AVTVMO.

Autumare, credere, cogitare, iudicare. Plaut. Nisi hoc ita factum est, per inde vt factum esse autumo.

Autumare, dicere. Plaut. Quum illæc illum autumare audio.

BIBO.

Bibere uinum, ceruisiam, aquam.

Bibere ad æquales haustus.

Bibat Helleborum, Strychnum bibit, id est, insanit, insaniæ remedium sumat.

Bibere mandragoram, est in officio cessare, dormitare.

Aut bibat, aut abeat, hoc est, hominum consuetudini te accommoda, vel totum subducito.

Dare bibere, dare potū, miscere. In And. Quod iussi, ei date bibere.

Bibere metaphorice captum. Verg. Bibit hasta cruorē. Idem: Longumq; bibebat amorem. Idem: Sat prata biberunt, pro Satis iocatum est, poetis relinquimus.

Bibere extrema aut suprema.

Bibere pro discere. Eras. Nō facile dediscitur quod pueriilibus bibitur annis.

Bibere auribus, pro animaduertere, Poeticum. Hora. Densum humeris bibit aure vulgus.

Bibere mandatum. Plau. Quanquam ego vinum bibo, at mandata non consueui bibere.

ADBIBO pro simplici. Teren. Is mihi vbi adbibit plus paulò, sua quæ narrat facinora?

COMbibo

COMbibo. Cice. Infici iam debet his artibus, quas si dum est tener cōbiberit, ad maiora veniet paratior.

Combibit os maculas. Ouid. 5. Inde Combibo, onis, compotor. Cic.

EBIbere plenos cyathos, amphorā, cyrneā vini meri.

Ebibere imperium heri sui, est bibendo negligere. In Amph. Nō ego cū vino simul ebibi imperium tuum.

Ebibere sanguinem alicuius, exugere. In Curc. Mihi mi sero amanti ebibit sanguinem.

IMBIbere aliquid animo. Cicer. Nisi de vobis malam opinionem imbibisset, id est, male sibi persuasum de vobis haberet.

PERBIbere medullam. Plaut. At ego perii, cui medullam lassitudo perbibit.

PRAEBIBO REDIBO nota sunt.

BACCHOR.

Bacchari, Bacchanalia celebrare.

Bacchari, bacchantium more furere. Ver 4. Aeneid. Totamq; incensa per vrbem Bacchatur.

DEBACchari, idem. Si satis iam debacchat⁹ es leno, audi si vis nunc iam. In Adelph.

Debacchari in aliquē. In Adel. Egon debacchatus sum in te, an tu in me?

Debacchari mentem. Salust. Mentem debacchantem inaudita feritate.

BLANDIOR.

Blandimur quoquo modo, dum placare studemus magis quam bene dicere.

Blandiri vitiis nostris dicimur, dum ea excusamus aut attenuamus.

EBLANdiri, blanditiis obtinere. Colum. Quibus solicitudines ruris eblandiantur. Cice. Eblandire, effice vt Plancus, quem spero optimum esse, sit etiam melior opera tua.

Eblandiri suffragia. Cice. Eblandita illa, non enucleata esse

ta esse suffragia.

SVBBLANdiri. In Casin. Non matronarum est officium, sed meretricum mi vir, sublanditier.

BVLLO.

Bullare, bullas, facere. Cato: Vbi bullabit vinum, ignem subducito.

EBVLlire, feruerscere. Cic. Qui si virtutes ebullire volent & sapientias, nihil aliud dicent, id est, diligenter animaduertere & considerare.

CADO.

Cadere variat pro elegantia significationem, nunc mori nunc euenire, conuenire significat.

Cadere animus aut mens dicitur, quum quis expauescit, est Germanissimus. Oui. 7. Cecidere illi animiq; manusq;.

Cadere animo, est spem abiicere. Cic. Non debemus ita cadere animis.

Cadere autoritatem. Cic. Autoritas principum cecidit.

Cadere ciuitatem. Cic. Vt si tanta ciuitas cadat, quod dii omen obruant.

Cadere aliquid alicui. Cic. Valde optanti vtriq; nostrum cecidit, id est, successit.

Cadere caussa caussam amittere, litem perdere, succumbere. Cic. Vt ei quem defendebat caussa cadere liceret. Idē: Minus multi iam te aduocato caussa cadent.

Cadere formula, idem Quintil.

Cadunt folia arborum. Idem.

Cadunt lachrimæ, Terent. Homini ilico lachrymæ cadunt quasi puero. in Adel.

Cadere laudem alicuius. Cic. Tua laus pariter cum Repub. cecidit.

Cadere sydera dicuntur, quum occidunt. Verg. Sic sol, dies, vmbra cadit, quum vergit ad occasum. Ouid. 4. Iamq; cadente die veritus se credere nocti. Verg. Maioresq; cadunt altis de montibus vmbræ.

Cadere

Cadere rorem. Plau. Suo ſibi ſucco uiuunt, ſi ros non ca (dit.

Cadere verba, vultum, oculos alicui Cic. Sed tibi tum oculi, vultus, verba cecidiſſent.

Cadere bene, belle, cõmode, percõmode, opportune, optate, ita vt, quemadmodũ volumus, aliter. atq;, male, incaſſum, quorſum, &c. pro ſuccedere accidere. Cic. Cecidit belle. Idem: Hoc adhuc percommode cadit. Idem: Verebar quorſum id caſurum eſſet.

Cadere alte, pro exalto. Cic.

Cadere numeroſe aliquid. Cicero: Cadere tantum numeroſe oportere.

Cadere grauiter. Cicero: Tam grauiter cadere non poſſunt, id eſt, errare.

Cadere ab aliquo. Cic. A te mihi omnia ſemper honeſta & iucunda ceciderunt, id eſt, euenerunt, bene mecum egiſti optime de me meritus es.

Cadere a cauſſa. Ci. Vt a cauſſa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit. Vide Cadere cauſſa.

Cadere ab hoſte, eſt occidi. Sueton.

Cadere ad numerum aliquid. Cic. Nulle argutiæ digitorum, non ad numerum articulus cadens.

Cadere ex equo. Cic. Cecidiſſe ex equo dicitur.

Cadere ex bona fortuna. Cic. Si bona ex fortuna quis cadat.

Cadere in iudicio. Noluerunt ſapientiſſimi homines quenquam cadere in iudicio.

Cadere in ſyllabas. Cic. Quod verba melius in ſyllabas longiores cadunt.

Cadere in ſpondæos. Cic. Et in ſpondæos cadi, id eſt, terminatur.

Cadere in perniciem. Salu. Ne miſericordia in perniciem caſura eſſet.

Cadere in cogitationem. Cic. Quod ne in cogitationem quidem cadit.

Cadere in conſuetudinem. Cic. Sed in conſuetudinem

noſtram

nostram non caderet.

Cadere in deliberationē aliquid, in disceptationē, in disputationem, in dubium, in diuersum, in quęstionē dicimus, vbi de ea apud nos nō satisfacit. Cice. I. Offic.

Cadere in ætatē. Cic. Quæ non cadit in hanc ætatem.

Cadere in formam vnam. Idem: Neq; in vnam formam cadunt omnia.

Cadere in fortunam. Cice. Quod non in nostram fortunam cadere possit.

Cadere in intelligentiam. Idem. Quod non in nostram intelligentiam cadit.

Cadere ī maiestatē. Ci. Minime cadit ī maiestatē deorū.

Cadere in naturam. Idem: Minus cadere iu eiusmodi naturam possit.

Cadere in suspitionem. Cic. Multi etiam pertimentes in suspitionem caderent, id est, venirent.

Cadere suspitionem in aliquem. Idem: In quem, ne si insidiis quidē ille interfectus esset, caderet ulla suspitio.

Cadere in virum bonum. Cicero. Cadit ergo in virum bonum mentiri emolumenti sui caussa?

Cadere in potestatem alicuius. Idem. Cadendum est in vnius potestatem, id est, veni endum.

Cadere numeros in orationem. Cic. Vt qui maxime cadunt in orationem, id est, conueniant.

Cadere in offensionem. Idem. Ne in offensionē Atheniensium caderent, id est, inciderent.

Cadere in principia aliquid. Cicero. Quibus hi tres heroi pedes in principia continuandorum verborum satis decorè cadunt, id est, conueniunt.

Cadere in bello, dicuntur qui mortui desiderantur. Ver. 10. Vos etiam gemini Rutuli cecidistis in aruis.

Cadere in plano, subaudi loco, Ouid.

Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipsum.

Cadere inter os & offam. Multa cadunt inter calicem supremaq; labra, id est, Nihil tam certum quod non

mutari

mutari possit. Adag.
Cadere sub oculos. Cic. Quæ sub oculos non cadunt.
Cadere sub sensum. Idē: Vt sub sensū cadere nō posset.
Cadere sub mensuram aurium. Cic. Quicquid est enim quod sub aurium mensuram aliquam cadit.
Cadere sub imperium alicuius. Idem: Sub populi Romani imperium ditionemq́; ceciderunt.
Cadere sub potestatem. Cicer. Nunquam sub legum & iudiciorum potestatem casurum esse putasti?
Cadere absolute, pro occidi. Plau. Crebri hostes cadūt.
Cadere, pro mori. Ouid. 3. Suoq́;. Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres.
Cadere pro destrui, aut pessum ire. Verg. 2. Aeneid.
Cecidit Ilium. Cecidit Babylon.
Cadere pro disperire, negligi. Verg. 2. Aeglo.
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.
Cadere ꝑ euēire. In Adel. Si illud qd est maxīe opus, ia ctu nō cadit: illud qđ cecidit fortè, id arte vt corrigas.
ACCIdere tam de secundis quam aduersis rebus dicitur. Vsitatius tamen de aduersis.
Accidere aliquid alicui, ad aliquem, & in aliquē dicimus.
Accidere boni aliquid. Ter. Interea aliqd acciderit boni.
Accidere calamitatem alicui, Cic. Mihi crede singulares huic municipio calamitates accidisse.
Accidit clamor auribus nostris. Plin.
Accidere dolorem alicui. Cic. Mirum quendam dolorem accidere illius.
Accidere dubitationem. Cic. Credo si quādo dubitatio (accidit.
Accidit fortuitum, id est, fortè euenit, Plin.
Accidere facultatē alicuius rei. Cæsar. Hæc cogitāti accidere visa est facultas bene rei gerendæ.
Accidere gratissimum aliquid alicui. Cic. Intelligo quæ a me profecta sunt in te, tibi accidisse gratissima.
Accidere iucundissimum aliquid alicui. Idem: Minime mihi miranda, & maxime iucunda acciderunt.
Accider

Accidet nihil quicquam horum. Terent.

Accidere tela. Cæsar: Vt neq; ex inferiore loco satis cõmode tella adiici possent, & missa a Gallis grauius acciderent, id est, caderent.

Accidere diuinitus. Cic. Si id diuinitus accidisse potuerit videri.

Accidere quorsum. Terent. Timeo hoc incertum quorsum accidat, id est, cadet vel euadet.

Accidere ad genua alicuius, pro genicularí. In Hec. Vt limen exirem, ad genua accidit.

Accidere ad animum aliquid. Ci. Quod me vetas quicquam suspicari accidisse ad animum tuum.

Accidit ad aures meas sonitus. i. vocem audiui. Plau.

Accidere in aliquem aliquid. Terent. Isthuc verbum vere in te accidit, id est, in te quadrat.

Accidere præter opinionem. Cice. Quod nihil tam præter opinionem meam accidere potuit.

Accidere præter spem, idem.

Accidunt nec opinanti, id est, præter opinionem eueniunt. Terent.

CONCIdere, est simul aut penitus cadere, vt concidit domus. ciuitas. Concidunt poma, flores, folia.

Concidere fidem. Cic. Scimus Romæ solutione impedita fidem. concidisse, id est, non præstari.

Concidere mente. Cic. Allato nuncio de legione quarta, mente concidit.

Concidere mentem alicui. Idem: Mente debilitatam metu concidisse.

Concidere mortuum aliquem. Idem: Et eo poto mortuum concidisse.

Concidere, mori. Colu. Capellæ quamuis opimæ atq; hilares, subito concidunt.

DECIdere spe. Terent. Quanta spe decidi.

Decidit ouibus omnis fructus, id est, periit. Plaut.

Decidit ab archetypo. i. aberrauit ab exemplari. Plin.

Decidere

Decidere de spe. Terent. Quanta de spe decidi.

Decidere de Tegulis. In Phor. Anguis per impluuium decidit de tegulis.

Decidere ex astris. Cic. Quia deciderat ex astris, lapsus potius quam progressus videbatur.

Decidit in pedes animus, de timido dicitur.

Decidunt in talos femina. Plaut.

EXCIdere animo, excidere memoria, est elabi ex animo. Plin. Vergil.

Excidere aliquid alicui. Cic. Quæ pueris aut adolescentulis nobis ex commentariolis nostris inchoata atq; rudia exciderant.

Excidere cogitationem. Idem: Quæ cogitatio quum mihi nõ omnino excidisset, etenim penitus insederat.

Excidit numero ciuium, id est, non est de numero. Pli.

Excidere orationem. Cic. Isti color immutatus est, vultus, oratio, mens, deniq; excidit, id est, hæc omnia eum defecerunt.

Excidit ore vox, quæ præter industriã effertur. Ver. 6.

Excidere sorte, est fortunam aut occasionẽ deperdere.

Excidere sortem manibus, Germanissimus.

Excidere spe, spem amittere.

Excidere vxore. In And. Herus quantum audio vxore excidit, id est, vxorem amisit.

Excidit ab vxore, legunt quidam.

Excidere a gratia. Plaut. A gratia excidistis.

Excidere ab aliquo, est dissentire.

Excidere è manibus aliquid. Cic. Ita multa peccata vt quodam modo victoria excideret è manibus.

Excideret ex ore. Idem: Verbum quod vnquam ex ore huius excidit.

Excidere in via aliquid. Cice. Confessi sunt se accepisse, sed excidisse in via, literas scilicet.

INCIdere multas dicendi figuras admittit. Incidis aliud ex alio, id est, sequitur. Terent. in Heaut.

Incidere bellum. Cæsar.
Incidere calamitatem alicui. Terent. Vt nunquam ulla amori vestro incidere possit calamitas.
Incidere casum alicui. Cic. Multis fortissimis atque optimis viris iniustis iudiciis tales casus incidisse.
Incidere caussas. Idem: Sed incidunt sępe caussæ, quum repugnare vtilitas honestati videtur.
Incidit ceruicibus iugum. Colum.
Incidere ætatem in aliquem. Ci. In magnos oratores inciderat eius ætas.
Incidere malum alicui. Idem: Vt nihil incidisset postea ciuitati mali.
Incidere morbum alicui. Plaut. Ecce de repente tantus morbus incidit.
Incidere oculos aliquò. Cice. Hæc noui iudicii noua forma terret oculos, qui quocunq. inciderint, id est, quo quo oculos forte conuerto.
Incidere Remp. in aliquem. Idem: Vides ne in quem hominem inciderit Respublica? quam acutum & quã vigilantem, quam paratum?
Incidere suspicionem alicui. Teren. in An. Qui isthæc incidit suspicio? Alii legunt suspectio.
Incidere sermonem de aliquo. Plin. Incidit sermo de Catullo.
Incidere terrorẽ alicui. Cæs. Terror incidit ei' exercitui.
Incidere de aliquo suspicionem. In Adelph. Nunc suspicio de me incidit.
Incidere ex aliquo suspicionem. Terẽ. Redeunti interea ex ipsa re mihi incidit suspicio. i. suspicatus sum.
Incidere in amicitiam alicuius. Salust. Si quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat.
Incide in aliquem. Cice. vt ex libellis suis animaduerti, qui in me inciderunt. Incidere in bellum. Cæsar.
Incidere in calamitatem, in ærumnam. Cic. Scio nostris multis peccatis in hanc ærumnam incidisse.
Incidere

Incidere in contentionem, in cupiditatem. Ci. Quum in imperioru, honoru, gloriæ vt cupiditatem inciderint.

Incidere in cõgerrones, consocios, commilitones suos.

Incidere in diem aliquem. Cic. Faciesq; me in quem diẽ Romana incidunt mysteria certiorem, id est, quo die eo anno mysteria Romana fierent: Sic optime dicemus: Primus ieiuniorum dies anno a Christo nato 1536. incidit in Calendas Martias. Ci. Sic recte ambulauit is qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit, id est, quam anæ tuæ die peruenit.

Incidere in discessum alicuius. Cice. Tuum in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas.

Incidere in æruginem. Cic. Ingeniosi, vt æs Corinthum in æruginem, sic illi in morbum & inciderũt tardius, & recreantur ocyus. i. æruginem contrahunt.

Incidere in febrem. Ci. Ex labore in febriculam incidit.

Incidere in fraudem. Ter. Cuius ego spe in hanc fraudẽ (incidi.

Incidere in foueam, in puteum.

Incidere in fortunam, sortem, bonam aut malam, est fortuitò & præter opinionem interuenire.

Incidere in homines bonos aut malos, vt Nescio quo fato in hoc hominum genus inciderim.

Incidere in hyemem. Ci. Petebas vt eos, ne in hyemem inciderent, ad facultatem ædificandi liberarem.

Incidere in insaniam. Cic. Incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias.

Incidere in luctum. De offic. Quo impetrato in maximos luctus incidit, id est, deuenit.

Incidere in locum. Terent. Ego in eum incidi infœlix locum, id est, statum.

Incidere in morbum. Cic. In morbum grauem & periculosum incidit.

Incidere in morbum de integro, est recidiuare. Idem: Grauius ægrotant ii, qui quum leuati morbo videntur, in eum de integro inciderunt.

Incidere in malum. Terent. Iocularium in malum nesciens penè incidi.
Incidere in mentẽ aliquid. Terent. Quodcunq; inciderit in mentẽ, volet. Incidere in manus hostium. Cice.
Incidere in manus aliquid. Idem: Nunquam enim libri illi in manus inciderunt.
Incidere in morositatem. De Offi. Ne si irascamur aut intempestiue accedentibus, aut imprudenter rogantibus, in morositatẽ inutilem & odiosam incidamus.
Incidere in opinionem. Cic. Ne possum quidẽ in vllam aliam incidere opinionem, nisi in eam, id est, aliter arbitrari non possum. actiue nunc est opinio.
Incidere in orbem aliquid. Cic. In hunc orbem quẽ circunscripsimus, incidere non possunt.
Incidere in petulantiam. Cice. Cauendum est ne in petulantiam incidas. id est, ne petulans fias.
Incidere in perturbationem. Idem: Aetate incidimus in ipsam perturbationem disciplinæ veteris.
Incidere in sermonem. Cic. In varios sermones incidebam. Idem: Fortuito in sermonem vestrum incidisse.
Incidere in salebras. Cice. Nunquam in tantas salebras incidisset.
Incidere in suspitionem. Idem: In suspitionem incidit regni appetendi: passiuè nunc est suspitio.
Incidere in tarditatem. Cic. Hoc veritus in hanc tarditatem incidi: sed assequar omnia, si propero: si cunctor, amitto.
Incidere in tempora. Cic. Quod in id Reipublicæ tempus non incideris, sed veneris.
INTERCIDO, notum.
OCCIDO penult. breui est mori, interire: vt Priusquam occidit, multos occidit. Plau. Spatium hoc occidit, id est confectus est cursus.
Occidere beneficium. Cice. Vestra beneficia quæ in me contulistis, aut in huius salutem augeatis, aut in eius
exitio

exitio occasura esse, iubeatis, id, est interitura.

Occidere dies, luna, sol, signa, sydera dicuntur, vbi ad occasum vergunt.

Occidunt herbæ, id est, intereunt. Vergil.

Occidit recordatio harum rerum. Cic.

Occidere Remp. Cic. Profecto aliquid opis occidenti Reipub. tulissemus. Occidit spes nostra. Plau.

Occidi interiectio Terentio frequens, properii.

PROCIdere ingenua, & procidere ad pedes, germanismum olent.

RECIDIT quod semel erectum est.

Recidere aliquid ad aliquem. Cæs. Hunc casum ad ipsos recidere posse demonstrant, id est, accidere idem sibi posse.

Recidere aliquid iu aliquem. Cic. Quæ in ipsum dupliciter recidunt. Plaut. Recident in te hæ contumeliæ, id est, transferentur.

Recidere formidinē ad aliquē. Sal. Neq; quēquā in multis metuēdū esse, quin ad eū ex multis formido recidat, id est: multos metuat oportet, quē metuūt multi.

Recidere suspitionem in aliquem. Cic. Omnem suspitionem in vosmetipsos recidere intelligas.

Recidere ad paucos rem dicimus, cuius vsus rarus est. In Prol. Hecy. Nolite sinere per vos artem musicam recidere ad paucos. Labor cōcionandi verbum Dei, breui recidit ad paucos, præceptorum officium recidet ad paucos, id est, pauci cōcionabuntur, docebūt.

Recidere in memoriam alicuius rei. Cice. Ignoras quæcunq; falso diceret in sanctissimum adolescentem, cauerè recidere in memoriam pueritiæ suæ.

CAECO.

Cæcare, est lumen adimere, sed ab oculis ad animum rectè transfertur.

Cæcare animos. Cicero: Spes rapiendi atq; prædandi cæcat animos eorum.

Cæcare mentes. Idem. Qui largitione cæcarunt mentes imperitorum.
EX Cæco, O C Cæco cum primitiuo communem elegantiam sortiuntur.

CAEDO.

Cædere, est ferire, verberare, flagellare, vt cædere flagro, flagello, fuste, funda, loris, pugnis, reste virgis, verberibus. M. Cato. Iussit vestiméta detrahi, atq; flagro cędi. Cic. Deligatus in foro virgis cædebatur.
Cædere calcibus, est vngula ferire. Plau.
Cædere ianuam saxis, est rumpere. Cice.
Cædere pro interficere. Vergi.
Cædere, pro scindere. Cice. Eius partes quasi membra quædam cædenda.
Cædere, sacrificare. Vergil. Cædunt lectas de more bidentes.
Cædimur, inq; vicem præbemus crura sagittis, id est, vicissim carpimus & carpimur. Persius.
Cædere sermones, consumere. Ter. Interea dum sermones cædimus. Cædi testibus, est premi, vrgeri.
CO Ncidere, ad stragem maxime accommodatur. Cic. Concisos equites nostros a Barbaris nunciabant.
Concidere aliquem. Ci. Decretis vestris cum cócidistis.
DEC Idere, est litem consensu mutuo dirimere, vel finem imponere liti vel alii rei.
Decidere aliquid & de aliqua re dicimus. Cice. Decidis statuisq; tu quid iis ad denarium solueretur.
Decidere de re. Cice. De tota re inquit, decidisti.
Decidere partem, pro defalcare, decurtare. Idem: Tuã partem dimidiam, quemadmodum vis, decide.
INC Idere cannas, frondes, lupulum, vites, est putare.
Incidere carmen sepulchro. Cice. Epigramma pernobile incisum habuit in basi.
Incidere ludum, studia, est intermittere.
Incidere linguam. Cicero: Lingua inciditur ad deplorandam

randam calamitatem.
Incidere marmori, vel in marmore.
Incidere mediũ. Cice. Incidamus oportet media, ne nimis sero ad extrema veniamus. i. medium abiicere.
Incidere neruos virtutis. Idem: Qui vt Theophrastus, neruos virtutis inciderit.
Incidere neruos legionum. Cice. Legionum nostrarum neruos nonne his consiliis incidimus.
Incidere pennas. Idem: Qui mihi pennas inciderũt, nolunt easdem renasci. Incidere saxis.
Incidere sanguinem, emittere. Cicero:
Incidere venam, secare. Ouid. I.
Incidere in æs vel in ære, contra Vallam. Cic. Falsa decreta in æs incidenda, & in Capitolio figenda curauit. Idem: Id non modo tum scripserunt, verum etiã in ære incisum nobis tradiderunt.
OCCIdere est interficere. Plaut. Deierauit hac eum nocte occisurum, qui cum cubaret.
Occidere de inanimatis dictũ. Plau. Occisa est hæc res.
Occidere, pro cruciare. Terentius. Occidisti me tuis fallaciis.
Occidit me pugnis. i. vehementer cæcidit. Terent.
PRAECIdere, ante vel valde cædere.
Præcidere caussas. In Hecy. Omnes caussas præcidam omnibus.
Præcidere defensionem. Cic. Illa quidem certe tibi præcisa defensio est, id est, prorsus adempta.
Præcidere libertatem licentiam. Cice. Nunq̃ ipsimet nobis pręcideremus hanc licentiã, libertatemq; viuendi.
Præcidere linguam. Plau. Dum te obruetur, linguã oculi præciderũt, id est, aspectus eius te mutum reddidit.
Præcidere potestatem. Cic. Oppressa ab impiis ciuitas, opitulandi potestate præcisa. i. penitus intercepta.
Præcidere spem. Idem: Spem iudicii corrumpendi præciderem.

Præcidere ex aliqua re aliquid. Cic. Quidnam sua ui & autoritate mihi ex hac oratione præciderit, id est, dempserit, amputarit, abiecerit.

Præcidere sine exceptione. Cicero: Planè sine vlla exceptione præcidit, id est, præcisè respondit. Idem. Quod quia planè præciderat, id est, liberè sine vlla excusatione negarat.

RECidere. Cic. Ita ab eodem partim recisas, partim repressas, id est, cæsas.

SVCCidere arborem, amputare subtus.

Succidere pro metere. Verg. At Rubiconda Ceres medio succiditur æstu.

TRVcidare, est crudeliter & quasi frustratim aliqud cędere. A ferro ad fœnus transtulit. Cic. Parcat iuuentus pudicitiæ suæ, ne spoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.

CAELO.

Cælare est abscondere.

Cælare aliquem. Cic. Si omnes deos, hominesq́; cælare possimus.

Cælare aliquid. Plaut. Cur hæc vbi tu resciuisti ilico cælata ne sunt.

Cælari partum. Ter. Demiror quid sit quam ob rem tantopere hunc omnes nos cęlatum esse volueris partū.

Cælare de re. Cic. Non est profectò de illo veneno cælata mater.

CALCO.

Calcare est premere, deducitur a calce pedis parte. Cato: Quæ calcatæ vuæ erint.

CONculcare, INCVLcare, est infercire.

Inculcare se auribus alicuius. Cice. Qui se inculcant auribus nostris.

Inculcare alicui. Cice. Inculcatum est Metello.

Inculcare librum. Idem: Mihi ad te retractatius & qd ē archetypum ipsum crebris locis inculcatū & refectū.

Inculcare libertatem. Cice. Quæ ne traditam quidem atque

atque inculcatam libertatem recuperare possit, id est, prorsus restitutam.

CALEO.

Calere, est calidum fieri. Transfertur ad quamuis rei vehementiam.

Calent aures alicuius. Calet crimen re recentiore.

Calent iudicia, id est, agitantur, quum plures rei fiunt.

Calet res. Calent rumores.

CAlefacio, calidum facio. Transfertur ad animum. Cic. Animum vehementissimè calefecit auditoris. i. commouit.

CALLEO.

Callere est callidè scire. Terent. Ego illius sensum pulchrè calleo.

OCCALlescere. Ci. Nõnullis aliis rebus angor equidem, sed iam prorsus occalui, id est, obdurui.

CALVMNIOR.

Calumniari, est falsum crimen in alium intendere. Cice. Quod te calumniatus sum indicabo malitiam meã.

CANDO.

Candere inusitatum, est vrere. Cice. Candente carbone adurebat capillum.

CANdeo, ardeo. Cãdẽt carbo, ferrũ, æra liquefacta, sol.

Candere, candidum esse. Albedine linum candet.

ACCENdere lumen. Deus ipse solem quasi lumen accendit.

Accendere sitim. Celsus. Hæc enim sitim accendit.

Accendere, iratum reddere. Salust. Quæ res Marium præ honore quem affectabat, contra Metellum vehementer accenderat.

EXCANdescere aliquid re aliqua. Cic. Ita excanduit fortitudo.

INCENdere, inflammare, vt facem, cedrum.

Incendere aliquem, commouere, In Phor. Hisce ego dictis illam tibi incensam dabo.

Incendere animum alicuius. Teren. Vt illius animum cupidum

oppidum inopia incenderet.
Incendere amentiam alicuius. Cicero. Incendebat eius amentiam infesta atq; inimica mater filio.
Incendi amore. Ci. Qui ab ineunte ætate incẽsus essem studio vtriusq. vestrum, Crassi vero etiam amore.
Incendere cupiditatem. Ci. Quæ cupiditatẽ & arrogantiã incendere possunt. Idẽ: illa nos cupiditas incẽdit.
Incendere ira. In Asina. Sine me hunc perdere, qui semper me ira incendit. In Hecy. Incendor ira.
Incendere libidinem. In Andr. Quo magis libido frustra incendatur tua, id est, ardentior fiat.
Incendere odores, est igne odores suscitare. Plau.
Incendi studio, vide amore.
SVCcendo Cæs. Omnibus vicis ædificiisq. incensis, frumentisq; succensis, id est, combustis, concrematis.

CANO.

Cano ablatiuum instrumẽti musici familiarem habet, vt Cãere cithara, cornu, fidib⁹, lyra, tibia, tuba, tympão.
Canere bellicum. Cicero. De bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum.
Canere classicum, est animare atque exhortari Cæsar. Classicumq; apud eum cani, & alterum illi iubet prætorium tendi.
Canere cantilenam. Terent. Cantilenam eandem canis, id est, millies dicta repetis.
Canere carmen, cautionem. Ver. Carmina nulla canam.
Canere carmen auxiliare. Canere cuculi carmen.
Canere Euangelium S. Ioannis, Lucæ, Marci, Matthæi, est legere. Ouid. 7. de Iasone.
Canit fama, rumor est. Martial. Quicquid fama canit, donat arena tibi.
Canere Hymenæum. Oui. 12. Verg. 7. Terent. in Adel.
Canere ludibrio aliquem, ridiculam de aliquo cantiunculam dictare. In Hesiodo Nicolaus de Valle.
Canere nuptialia festa. Ouid. 5.

Canere

Canere polinodiam, est diuersum ab his quæ prius dixeris, dicere. Adag.
Canere poetæ dicuntur, cum carmina condunt.
Canere receptui, est signum dare militibus tuba aut tympano, vt recipiant ex prælio in castra, id est, locum vbi exercitus manet.
Canere signum militare, pro congredi. Vergilius. Signa canunt. Salust.
Canere signum belli, cœnæ, prandii, pacis. Vergi. 7. Pastorale canit signum. i. cornu inflat pastorale.
Canere sibi, est suis commodis consulere.
Canere sibi & musis, est sibi scribere & doctis, nõ vulgo.
Canere surdis, frustrà precari, loqui. Adag.
Canere symphoniam. Cicero. Cum conuiuiis symphonia caneret.
Canere tibias, tubas. Plaut. Postquam id actum est, tubæ vtrinq; canunt.
Canere versus alternis vicibus, alternatim, vicissim.
Canere vota, est mouere. Ver. 3. Iunoni cane vota libẽs.
Canere foris. Asconius: Dextero plectro vtitur, & hoc est foris canere.
Canere intus. Adag. Idem cum canere sibi & musis. Cice. Quem omnia intus canere dicebant.
Canere ad auras, germanismus est. Vergi. 1. Aeglo. Canet frondatur ad auras.
Canere ad colum, ad focũ, ad plenos cyathos, ad stiuã.
Canere ad harmoniam mundum. Cice.
Canere ad myrtum, est velut indoctum & eruditorum colloquio indignum reiici.
Canere ad tibiam. Ci. Vt deinceps qui accubarent canerent ad tibiam clarorum virorũ laudes atq; virtutes.
Canere ad tibicinem. Cice. Est in originibus solitos esse in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus.
Canere ante victoriam, est præpropere gloriari.

Canere

Canere pro deſcribere. Ver. I. Arma virúq; cano. Idem in Buc. Cum canerem reges & prælia.

Canere, pro incantare, aut facinare. Ver. Aegl. 8. Ducite ab vrbe domú mea carmina, ducite Daphnym. Inde carmen pro incantatione. Horat. in Epo. 17.

Canere pro laudare. Horat. Progeniem Veneris canemus.

Canere pro recenſere. Vergil. 4. Quæ bella exhauſta canebat.

Canere pro vaticinari. Vergil. 3. Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.

CANtare, laudibus celebrare, tollere. Cic. Iampridem iſtum canto cæſarem.

Cantare augurium. Cic. Non decantandi augurii, ſed diuinandi tenuit diſciplinam.

Cantare mores alicuius. Teren. Qui harum mores cantabat mihi, id eſt, frequenter dicebat.

ACCINO, CONcino, OCcino, REcino, SVCcino nota.

PRAEcinere fides epulis. Cice. Epulis magiſtratuum fide præcinunt.

CAPIO.

Capere auem, aprum, feram, piſcem, leporem. Vno ſaltu duos lepores capere. Adag.

Capere aduerſarium, fallere. Capillus & in capiendo aduerſario verſutus.

Capere aſtu, dolo, aliquem decipere.

Capere animum alicuius, induere, Ci. Patrium animum virtutemq; capiamus.

Capere arbitrum aliquem. Teren. Me cepere arbitrum. In Heaut.

Capere arma. Cæſ. Communis libertatis cauſſa arma capiant. Ouid. 2 Arma aſſueta capit.

Capere acrimoniam. Cice. Si patris vim & acrimoniam ceperis ad reſiſtendum hominibus audaciſſimis.

Capere

Capere auribus, audire.
Capere aures rem dicimus, si quando oblectat. Ouidi. Et factum mirabile ceperat aures.
Capiunt aures facetiæ, sales.
Capere arcem, verbum, est deuastare, occupare, suo imperio subiicere. Ouid.
Capere bellum. Salust. Rursus tamen bellum cepi.
Capere bládit iis aliquem, fuco, illecebris, promissis, est (decipere.
Capire carcer aliquẽ. Ci. Vt eos capere carcer non posset.
Capere ciuitatem. Cic. Inuite cepi Capuam, id est, ęgre Capuæ custodiam accepi.
Capere caussam. Terent. Si libitum fuerit, caussam ceperit, id est, adinuenerit.
Capere cibum. Idem: Cibum nonnunquã capiet cũ ea.
Capere commodum. Terent. Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.
Capere conditionem. Plaut. Quin vos capitis conditionem ex pessima primariam?
Capere coniecturam. Terent. Quantum ex ipsa re coniecturam capimus.
Capere consilium, deliberare. Terent. Cæs. Se sibi consilium capturum.
Capere consuetudinem. Cic. Et consuetudo exercitatio capienda.
Capere coronam in caput. Plaut. Capiã coronam mihi in caput, assimilabo me esse ebrium.
Capere corde consilium. Plaut.
Capere corde dolorem, dolore, Idem in Trucul.
Capere conuictum.
Capit ciuitas nos, si quando ingredimur.
Capere consilio, eligere.
Capere damnum, dedecus.
Capere desiderium. Cice. Lenientem desiderium quod capiebat è filio. Terent. Te desiderium Athenarum

arbitror

arbitror cepisse sæpe.

Capere detrimentum. Salust. Ne quid Respu. detrimenti caperet.

Capere documentum. Cic. Ex quo nimirum documentum nos capere fortuna voluit.

Capere dolorem ex aliquo. In And.

Capere dolorem. Cicero.

Cepi delectationem, & captus sum delectatione, vtrunque dicimus, actiuè, passiuè. At quando non significatur delectatio quędã, ferè actiuè vtimur, non passiuè.

Capere delectationem. Cicer. I. Offic.

Capere decrementum, incrementum.

Capere dicta, pro animaduertere. Vergi. 6.

Capit nos domus, quum eam intramus.

Capere disciplinam alicuius, est discere ex alio.

Capere ædes dicuntur eos quos continere possunt. Terent. Aedes nostræ vix capient scio. Id vasculum semiunciam capit.

Capere exemplum de vel ex aliquo. Teren. De te exemplum capit.

Capere exordium. Cice. Hinc capiamus exordium.

Capere faciem, formam alicuius. Plau. Formam cepi huius in me, id est, repræsentaui.

Capere fructum. Cice. Fructum ex tuis literis vel maximũ cepi. Idem: Magnorũ meorũ laborum multarũq; vigiliarum fructum cepi maximum, id est, vtilitatem.

Capere generũ aliquẽ. In Hecy. Illum generũ cepimus.

Capere gratiam. Cice. Cum præsertim considerem nullam esse gratiã, quam vel capere animus meus, vel accipiẽdo, remunerãdo, cumulandoq; illustrare posset.

Capere gaudium. Plin. Capere gestum. In Phor.

Capere gloriam ob amicitiam seruatam. Cic. de Amic.

Capere hæreditatem. Cicer. Quoniam hæreditas vsu capta esset.

Capere homines re aliqua. Cic. Magis specie tamen & motu

motu atq; ipso amictu capiebat homines, quàm aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ.

Cadere honorem. Plaut. Olim populi prius honorem capiebat suffragio.

Capere iacturam, incommodum. Cice. Altitudo animi in capiendis incommodis.

Capere initium. Cæs. Initiū capit a flumine Rhodano.

Capere imperium. Cicero: Postea vero quam ita cepi & gessi maxima imperia.

Capere imaginem fallacis amicitię. Ouid. 7.

Capere inimicitias. Ter. Nunquam tam graues ob hanc inimicitias caperem in nostram familiam. Phorm.

Capere inimicum. In And. Non, si capiundos mihi sciam esse inimicos homines, pro facere.

Capere institutum. Cice. Duarum enim vitarum nobis erunt instituta capienda.

Capere Iudicem. Plaut. In Mercat.

Capere laborem cum re aliqua, uel ob rem aliquam. In And.

Capere laborem inanem, pati, subire. In Hecy.

Capere laborem animo pro dolere. Plaut.

Capere laborem. Terent. Omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues.

Capere laudem. In Eunuch. Quantam & quàm veram laudem capiet Parmeno, pro laudari.

Capers laqueo verbi aliquid. Cice. Neq; æquitatem rei, verbi laqueo capi putas oportere.

Capere lætitiam oculis. Cice. Præter lætitiam, quam oculis cepis iusto interitu tyranni.

Capere locum. Ci. Vt capiendus tanquam exilio locus.

Capere locum spectaculo. Cęsar. Atq; ex omni prospectu locum spectaculo caperet.

Capere magistratum. Cice. Eundem magistratum, ni inter fuerint decem anni, ne quis capito.

Capere magistrum ad aliquid. In And.

Capere

Capere miseriam. Teren. Miseriam omnem ego capio. In Adelph.
Capere misericordiam. Cic. Vt aliquãdo misericordiam caperet, si non propinqtatis, aut ętatis suę: cõtra Val.
Capere modum. In Aul.
Capere mortem ob Rempub. Cic.
Capere manu aliquid. Salu. Vrbes & agros manu ceperat. Vergi. Cape sacra manu, id est, comprehende.
Capere molestiam. Cice. Eam molestiam, quam debent capere, non capiunt. Capere mente, intelligere.
Capere moderamẽ rei alicuius, est suscipere imperium, aut administrandi prouinciam. Oui. 3. & 6. Metam.
Capere obliuionem. Cic. Quæ si vos cepit obliuio.
Cepit me odium ducitur, & non, Cepi odium, secundum Vallam. Contrarium videtur apud Ter. Nunq̃ sciens commerui meritò vt caperet odium illa mei. In Hecy. Aut negotii si quando odium ceperat.
Capere occasionem, ansam.
Capere oculos rem dicimus, si quando oblectat. Pictura capit oculos.
Capere oculis, videre. Ver. Ante locum capies oculis.
Capere oculis rationem, perspicere. Plau. Vt ego oculis rationem capio.
Capere opinionem, passiuè. Cęsar: Virtutis ceperat opinionem, id est, existimabatur.
Capere pecuniam ob aliquid. Cic. Apertè cepit pecunias ob rem iudicandam.
Capere pignus. Plaut. Vt bis in cauea pignus capiatur togæ.
Capere pileũ. Plau. Vt ego hodie raso capite caluus capiam pileum. Qui mos erat cum liberi fierent serui.
Capere prædam. Cice.
Capere primordium. Ci. Sunt nobis agendi capiẽda primordia.
Capere principium. Cic. Principium capere oportebit.
Capere personam alicuius. Idem: possumus petitoris

personam

personam capere.
Capere prouinciam. Teren. Prouinciam cepisti duram.
Capere quæstum. Terent.
Capere quietem. Oui. 1. Metamorph. Inde suis vicibus capiebant bina quietem.
Capere rationem. Ter. Cepi rationem vt neq; egeres, neq; vt hęc posses perdere. i. prouidi consului, inueni modum.
Capere Remp. Cicero. Hinc libido maxima inuaserat Reipub. capiendæ, id est, inuadendæ, occupandæ.
Capit nos regio, terra, si quando ingredimus. Verg. 8. Hæc illum regio cepit.
Capere rei satietatem dicimus, aut capit nos rei satietas qua perpetuò vtimur. In Hecy. Tum sicubi eum satietas hominum aut negocii si quando odium ceperat. Plaut. Dum satietatem capiet pater.
Capere sensum alicuius rei. Cice. Si voluptatis sensum capit, doloris etiam capit.
Capere somnum. Cice. Si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem.
Capere sonitum aures. De Offic.
Capere sortito aliquem. Cic. Iouis sacerdotem sortito capi iubebat.
Capit me splendor alicuius rei. Hora. Hunc capit argenti splendor. Item passiuè.
Capi splendore, idem. Cice. Splendore nominis capti.
Capere spem. Ci. Militũ animos ac spem capere possit.
Capere suffragia. Cic. Quę capiunt suffragia populi, & magistratus consilia.
Capere stipendium. Cæsar.
Capere tędium & cepit me tędium contra Vallam.
Capere tempus, eligere. Cic. Commode tempus ad te cepit adeundi.
Capere testamento aliquid. Idem: Qui morti testamento ve eius tãtundẽ capiat, quantum oẽs hæredes &c.

Capere testimonium. Ci. De tuo filio vereor si nihil ad te scripserim, debitum eius virtuti videar testimoniũ cepisse. i. ne videar ignorare eũ in bona opinióe esse.

Capere vltionem. Salust. Vt & vltionem ex illorum cruciatibus a pœnis capiat Respub.

Capere vitio aliquid. Cice. Qui cum tabernaculum vitio cepisset imprudens &c.

Cepi voluptatem, & voluptas me, idem significant.

Capere voluptaté cum aliquo. Plaut. Dum Amphitrio cũ vxore modo ex hostib' adueniẽs voluptaté capit.

Capere voluptatem animo. Cic. Capiebam animo non mediocrem voluptatem, id est, lætabar.

Capere vim. Vide acrimoniam.

Capere vtilitatem. Cice. Sic vtilitates ex amicitia maxime capiuntur.

Capere vsuram corporis vxoris alterius, adulterium cõmittere. Plaut. Vsuramq. eius corporis cepit sibi.

Capere vultum, ex natura adipisci. Oui. I. Vultus capit illa priores. In Phorm. Capere nouum vultum.

Capere virtutem, amplecti. Plau.

Capere virginem ex aliquo loco. Terent.

Capere ex insidiis. Cic. Quum Cons. verum in Africa ex insidiis captus esset. Capere in caput. Plaut.

Capere in fidem. Cice. Qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem cepissent.

Capere in manum. Terent. Si fustem in manum cepero.

Capere pro intelligere. Cice. Vtrunq; pro mea sapientia capio.

CAPI, pro delectari, affici, non resoluitur per actiuũ, vt Capi amore, diuitiis, dulcedine pecuniæ vel cãtus facetiis, forma, imagine, lepore, pulchritudine, quæstu, specie bonorum, splendore nominis, voluptate.

Cepit me amor eius, non dicimus.

Capi pro decipi, vt Capi astutia, astu, blanditiis, cupidine, dolis, dementia, errore, fuco, ignorantia, imagine falsa,

falsa, promissis, &c. Salust. Animi molles & ætate flu xi, dolis haud difficulter capiebantur.
Capi pro priuari, vt Captus mente, membris, oculis, auribus. Captus est, Adagium sapit.
CAPESsere Rempu. est administrare, gubernare. Salust. Expergiscimini aliquando, & capescite Rempu. id est, defendite.
Capessere se aliquò. Plaut. Quò nunc capessis tuq; hinc aduersa via cum tanta pompa?
Capessere pastum. Cice. Enumerare possum ad eum pastum capessendum conficiendumq;, &c.
CAPtare aliquem, desiderare. Idem: Quem non mediocriter captat. Captare amicitiam alicuius.
Captare aera. Vergi. Auribus aera captat.
Captare beneuolentiam. Cic. Ab aduersariorum persona beneuolentia captabitur.
Captare consilium. Ter. Quid cum eo consilii captet. In Andr.
Captare cœnam. Martial.
Captare frigus opacum. Vergi. I. Aeglo.
Captare familiaritatem alicuius.
Captare honores, est venari ambitionem.
Captare hæreditatem.
Captare impudicitiæ aliquem, ad impudicitiam prouocare. Plaut. Captare largitiones.
Captare lacertas. Cice. Ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneæ.
Captare misericordiã. Idem: Quũ misericordiã captat.
Captare mores nouos. Plaut.
Captare nomen imperatorium. Cice. Non tam nomen captãs imperatoriũ, quæ cupiẽs militibus satisfacere.
Captare pocula. Horatius: Tantalus a labris sitiens fugientia captat Pocula.
Captare præmia. Idem: Iucunda captat præmia.
Captare prædam, feram, canes venatici dicuntur.

Captare risum. Cice. Epicurus verò ea dicit, vt mihi quidem risus captare videatur.

Captare sermonem, auscultare. Terent. Ita animum cœpi attendere, hoc modo sermonem captans.

Captare voluptatem ex aliqua re. Plin.

CEPI præsentis significatum obtinet.

DISCEPtare verbum est eorum potius, qui inter se litigant, quàm qui iudicant. Disceptator verò iudiciũ est potius quàm litigantium.

Disceptare cum aliquo iure æquo. Cic. Vt sibi cum palæstritis, hoc est, cum populo Syracusano æquo iure disceptare liceat.

Disceptare de. Cic. Non consiliis neq; autoritatibus nostris de iure publico disceptare.

ACCIpere auditionem. Cice. Romam quum venissem, tenuem quidem auditionem de ea re accepi.

Accipere auditione aliquid. Cice.

Accipere auribus, est audire. In Hecy.

Accipere auribus æquis laudes alterius. Plin. Pro auide audire.

Accipere auribus aliquid. Cice. Nunc primum hoc aures tuæ crimen accipiunt.

Accipere animo æquo. Saluft. in Cat.

Accipere animis, est probè perpendere. Verg. 3. Aenei. Accipite ergo animis, atq; hæc mea figite dicta.

Accipere animum quietum in aliquem. Verg.

Accipere beneficium. Cice. Gratus esse debet, qui accipit beneficium.

Accipere beneficiis. In Adel.

Accipere calamitatem. Cice. Calamitate accepta maiores animos habuit, quę vnquam rebus secundis.

Accipere causam, excusationem admittere, litem suscipere. Cice. Quam nos caussam non accepissemus.

Accipere conditionem. In And.

Accipere cognitionem. Cice. Accepit ab his cognitionem

nem deorum.
Accipere consulem. Cice. De plebe consulem non accipiebant.
Accipere consulatum. Plin.
Accipere contumeliam. Idē: Tanta contumelia accepta.
Accipere corde. Plau. Haud satis meo corde accepi querelas tuas.
Accipere cladem. Liu. Post acceptam proximæ pugnæ cladem.
Accipere cruciatu aliquem. Plaut. Nisi effecero, cruciatu me accipito carnifex.
Accipere curas.
Accipere disciplinam, discere Cæsar.
Accipere damnum, detrimentum, dolorem. Cæsar: Ci.
Accipere dictum. Cic. Et hoc simul accipe dictum.
Accipere dicteria. Accipere epistolam. Cice.
Accipere dolo malo aliquid.
Accipere excusationem, expurgationem, excusatum habere.
Accipere fama aliquid Cicero.
Accipere fidem, est habere fidem. Vergili. 8. Accipe, daq; fidem.
Accipere frenum. Accipere fiduciam. Cice.
Accipere fœdera. Salust.
Accipere fando. Plau. Neq; fando vnq̄ accepit quisquā.
Accipere fœnore. In Curcul.
Accipere hominem quibus dictis meret, id est, conuenire. Plaut.
Accipere honores. Cicero.
Accipere hilari ingenio & lepido.
Accipere iniuriam, ignominiam, pro pati. Cice.
Accipere iussa, est ad exequendum subire. Horat.
Accipere imperium, iugum, est subiici. Liui. Cice.
Accipere iudicium. Cicer. Quum is iudicium accipere pro Quintio. i. Quintiī psonam in iudicio pręstaret.

Accipere legem,ludos,pro placere.

Accipere lætitiam,libertatem,inimicitias.Saluſt.

Accipit liquorem terra.Plinius.

Accipere leges amandi,non dare.Plin.

Accipere literas eodem exemplo,id eſt,eiuſdem teno-ris: Binas a te accepi literas eodem exemplo.

Accipere lumen.Cice.Luna acceſſu ſuo & receſſu ſolis lumen accipit.

Accipere magiſtratum,mandatum.

Accipere memoriam.Cic.De quibus memoriam acce-pimus,id eſt,recordamur.

Accipere multis verbis malè aliquem,vehementer ob-iurgare.Cice.Homines multis verbis male acceptos dimiſit.

Accipere memoria.Cato: A maioribus memoria ſic accepi.

Accipere metum,metuere. In Heaut.

Accipere malum.Plin.Dedi malum & accepi.

Accipere morem.Cice.Præclarum a maioribus accepi mus morem.

Accipere aliquem malis,miſeris aut indignis modis,eſt verberibus afficere.Terent. Indignis quum egomet ſum acceptus modis.

Accipere noctem,pro dormire,poëticum.Vergi.4.

Accipere nomen,eſt rationem habere.Liuius.

Accipere offenſionem,omen,onus,opinionem,oratio nem.Cic.Ipſa terga declarant non eſſe ad onus acci piendum figurata.Cæſar.Accepta oratione eorum, Cæſar obſides impetrat,id eſt,audita.

Accipere obſidem aliquem.Pli. Accipere oculis.Cice.

Accipere palmam,poteſtatem,prouinciam,præcepta, promiſſum,pecuniam.

Accipere plagam,vulnerari.Cic.Sanè plagam odioſam acceperat.

Accipere prędam.Ci.Me prędes accepturum arbitror.

Accipere personam, in sacris frequens, pro alium alii præferre, non iustitiæ nomine, sed singularis amoris aut muneris.
Accipio quod dat, id est, gratum est, quum adduci non potest, vt totum concedat, dat tamen aliquid. Cice.
Accipere rogationem, Rempublicam, rudem.
Accipere repulsam, repelli.
Accipere aliquem regio apparatu.
Accipere salutem. Cice. Audierat ex illo se a me bis salutem accepisse.
Accipere satisfactionem, sermonem. Plaut. Huius sermonem accipiam. In Asin.
Accipere societates, sordes. Cice. Has a nostro Q. Ticinio sordes accepimus, i. hanc ignominiam.
Accipere scommata. Horat. lib. 2. Saty. 7.
Accipere sumptus, id est, suscipere.
Accipere tabellarium. Accipere tela scuto.
Accipere iustum tempus. Plinius.
Accipit nos terra, pontus. Verg. 3. Eadem vos vbere læto Accipite reduces.
Accipere vadem. Cic. Quum me pro adulescentulo ac penè puero Respub. accepisset vadem.
Accipere vim, vires. Ci. Omne animal ad accipiendam vim externam & ferendam paratum est. Plin.
Accipere voluntatem. Cic. Quum par voluntas accipitur & redditur, id est mutum.
Accipere voluptatem, vulnus. Vergili. 3. Vulnera tergo accipiunt.
Accipere a maioribus. Cic. A maioribus nostris accepimus. In And. Accipe a me hunc otius.
Accipere ad se aliqd. Plaut. Accipiam hãc ad me litem.
Accipere omnia ad contumeliam. In Adel.
Accipere ad se aliquem. Plaut. Leno accipiet ad se auri cupidus. Idem: Accepit ad se, haud secus quàm si ex se simus natæ, id est, domi suæ.

Accipere aliquid ad sententiam. Cice. Quum ad verbum, non ad sententiam rem accipere videare.

Accipere de aliquo. Idem: Sed quod de illo acceperunt, possessiue est.

Accipere ex ea parte. Ci. Item in Amph Ex tua accepi manu pateram. In Asi. Ex te argentum acceperit.

Accipere aliquem in amicitiam.

Accipere in aliquam partem aliquid Ter. Cice. Tu verò in malam, pessimam, optimam, vtramuis, vtram &c.

Accidere in ciuitatem aliquem. Idem: Hernicos in ciuitatem etiam acceperunt.

Accipere in muneribus aliquid. Nemo possit vere dicere, assem aut eo plus in muneribus me accepisse, id est, vel asse donatum fuisse.

Accipere tibicinas in nuptias, id est, ad nuptias celebrandas. Plaut.

Accipere in prandio. Plaut. Ita lepide nitideq; in prandio accepisti apud te, vt semper meminerim.

Accipere aliquem in fidem Salu.

Accipere in se contumeliam, Terent.

Accipere in deditionem, militare est. Plin.

Accipere aliquem inter oratores Plau. in Sticho. Haud æquum est, te inter oratores accipi.

Accipere pro malefactis aliquem, tractare. Plaut. Ego pol te istis tuis pro dictis & malefactis furcifer accipiam, id est tractabo vt meritus es.

Accipere admirabiliter aliquem. Cic. Nos Asia accepit admirabiliter.

Accipere aliorsum atq;. Teren. Neue aliorsum, atq; ego feci acceperit.

Accipere aliquid aliter atq; est. In Heaut.

Accipere asperè. Ci. Quanto nunc idẽ accipiet asperius.

Accipere aliquẽ ampliter, bene cõmode, clemẽter, honorifice, haud familiariter, hilare, leniter, lepide, liberaliter, laute, magnifice, nitide, ꝓlixa, &c. ꝓ bene tractare.

Accipere

Accipere aliquid duriter. Cicero: Duris accipere hoc mihi visus est.

Accipere grauiter senectutem, vulgo, displicentiam habere senectutis. Plinius.

Accipere aliquem moderate. Cic. Ea te moderate accepisse, id est, tulisse æquo animo.

Accipere publicitus. Plau. Hospitio publicitus accipiar.

Accipere seuerè facinus alterius, id est, supplicium acre sumere. Cicero.

Accipere pro animaduertere. Hor. Agedum pauca accipe contra.

Accipere pro audire. Vergilius. Accipe nunc Danaum insidias.

Accipere pro intelligere. Terent. Non recte accepis. Addimus interdum pro eodem animum, sententiam & similes accusatiuos.

Acceptum ferre vel referre, est habere pro recepto ab aliquo, aut expensum reddere, aut gratum habere. Hadrianus.

AVCVpari, proprie aues captare.

Aucupari opiniones hominum. Cice. Aliorum errantem opinionem accupentur.

Aucupari orationem. Cicero: Vt omni ex genere orationem aucuper.

Aucupari rumores. Cicero: Qui imperitorum hominum rumusculos aucupari.

Aucupari syllabas, similitudinem, verba. Cicero.

Aucupari sermonem alicuius. In Mostel.

Aucupari tempus. Cice. Quum præsertim tam multi occupationem eius obseruēt, tempusq; aucupentur.

Aucupari ex insidiis quid agatur. In Asina.

ANTEcapere famam, frigus, &c. Sal. Dormire priusquam somni cupido esset, non famē, non sitim, neq; frigus, neq; lassitudinē operiri, sed ea omnia luxu antecapere, id est, edebāt, bibebāt se calefaciebāt, quiescebant,

scebāt, anteq̃ fames, sitis, frigus, lassitudo aduenisset.

Antecapere multa. Salu. Priusquam legiones scriberentur, multa antecapere, quæ bello vsui forent.

Antecapere noctem. Idem: Noctem quæ instabat antecapere.

Antecapere tempus. Salu. Maximeq; festinans tempus legatorum antecapere.

CONC Ipere, proprie seruare, continere.

Concipere amorem.

Concipere animo, deliberare, comprehendere. Quint.

Concipere cupiditatem auribus. Ci. Auribus tu tantam cupiditatem concepisti, id est, ita vehementer ex auditu affectus es.

Concipere dolorem animi, mœrorem, tristitiam, gaudia, iram, furorem, ignes &c.

Concipere dedecus. Cic. Quod & ipsa senectus concipit dedecus. Concipere dulcedinem animo. Idem.

Concipere fraudem. Idem: Vel in Repu. violanda fraudes inexpiabiles concepissent.

Concipere fœdus. Vergil.

Concipere inimicitias. Cæsar.

Concipere infamiam, turpitudinem. Cice.

Concipere iusiurandum, iurandi modum & formam sibi excogitare.

Concipere maculam. Cicer. Ex quo, si qua macula concepta est.

Concipere iustitiam. Idem.

Concipere metum, metuere. Plautus. Maiorum in modum in sese concipiet metum.

Concipere mortem præcordiis. Cice. Quum iam præcordiis conceptam mortem contineret.

Concipere odium. Ci. Concipere oculis, videre. Plaut.

Concipere periculum. Cic. Hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, consilio discutiam.

Concipere scelus, malum statuere. Idem.

Concipere

Concipere ſemen herbarum. Cic.
Concipere ſpem de aliquo, ſperare. Plin.
Concipere ſitim, eſuriem. Ouid. 5. de Cerere.
Concipere vitium. Cicero. Non ſolum vitia concipiunt ipſi, ſed ea infundunt in ciuitatem.
Concipere vadimonium. Idem: Negant quenquam eſſe qui vadimonium concipere poſſet. Vide vadari in apparatu.
Concipere verba. Plaut. Vt concepiſti verba, viginti minas dabin?
Conceptis verbis iurare, eſt ad alterius præſcriptum & voluntatem iurare. Hadrianus.
DECIPERE. In And. Deceptus ſum, at non defatigatus.
Deceptus ſum in eo. In Aſina. Mihi credidit, neq; deceptus in eo.
EXCIPERE aliquem. Qui excipiatis eos qui de ſuis manibus effugerunt. Cicero.
Excipere aliquem cœna, conuiuio, domo, prandio.
Excipere aliquem mediis amplexibus.
Excipere aliquid, cauere, præſcribere. Cice. In ea re alii plura, alii pauciora excipiunt. Item: Nominatimq; lex exciperet. Item: Quorũ in fœderibus exceptum eſt.
Excipere aprum, vrſum. Vide, inſidiis.
Excipere conuiuas, hoſpites.
Excipere clamoribus aliquid. Pli. Quam teneris clamoribus excipiantur.
Excipere clamorem, eſt reclamare. Vergi. 9. Clamorem excipiunt ſocii.
Excipere quicq̃ calamo, eſt ex ore alterius ſcribere.
Excipit nos caſus, infortunium, ſiquando ex animo non cedit. Ver. 3. Heu quis te caſus deiectam coniuge tanto Excipit? pro ſuſcipit.
Excepit me fabula, id eſt, detinuit.
Excipere furem, celare. In Aulul.

Excipere gremio vel sinu puerum.
Excipere honore. Plin. Quum suffragatorum nomina honore quo solent exciperentur.
Excipere hostes. Cæsar: Quos in pabulatione paucis ante diebus exceperat.
Excipere impetum alicuius. Cicero. Tuum multorumq; propter te inflammatum in bonos omnes impetum meo corpore excepi.
Excipere incautum, pro opprimere. Vergil.
Excipere insidiis aliquem, circumuenire, dolo captare. Aegl. 3. Non ego te vidi Damonis pessime captum. Excipere insidiis?
Excipere ictus, defendere, gladiatorum est.
Excipere labores. Cice. Quum omni iam fortuna prosperè functus, labores etiam magnos excepisset.
Excipit nos littus, vbi descendimus ex naui. Sic, Excipit nos patria, cœlum, &c.
Excipere laudem. Cic. Posteaquam vidit illum excepisse laudem, id est, inuenisse.
Excipere laudes alterius auidissimis auribus. Plin.
Excipient memoriam illius viri omnes anni consequentes, id est, perpetua erit illius memoria. Cice.
Excipere aliquem morte, interficere. Vergil. 10.
Excipere naues. Cice. Onerariæ omnes ad vnam a nobis sunt exceptæ, id est, captæ.
Excipere osculo. Plin. Gratum erat omnibus quòd senatum osculo exciperes.
Excipere orationem. Ascon. Manet illa quoq; excepta oratio, id est, quæ quum diceretur, scripta est.
Excipere plagas. Cice. Excipientes grauissimas plagas, & ferentes silentio.
Excipere rorem nocturnum, colligere. Cæsar.
Excipere tela. Cic. Omnia tela excipiat necesse est.
Excipere voluntatem alicuius. Idem: Ad excipiendas eorum voluntates.

Excipere verba dicentis. Ci. Multis audientibus, qui omnia eius verba exceperint, literisq́, mandauerint.
Excipere ex prætereũte aliqd. Idem: Nunc nisi si qd ex prætereũte viatore exceptũ est, scire nihil possumus.
Excipere ex sermone alicuius. Cic. Nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum excipere possumus, id est, capere.
Excipere, colligere. Martialis. Ventris onus misero, nec te pudet, excipis auro.
Excipere, pro intelligere. Aeneid. 4. Motusq́; excepit prima futuros.
Excipere pro interpellare, aut alio eloquuto dicere. Vergilius: Tum sic excepit regia Iuno. Cicero: Hunc Labienus excepit, id est, statim sub eius sermonem loqui cepit, quasi orationem eius excipiens.
Excipere pro separare. Verg. Ipsum illum clypeum, cristasq́; rubentes Excipiam.
INCIpio & INCepto nota. Teren. Si cum illo inceptas homine. i. litigabis. Idem quæ incepta a paruis.
Incipere turbam inter aliquos. Terent. Iam tum inceperat turba inter eos.
INTERcipere literas. Cicero.
Intercipere, quasi totum capere. Terent. Quod nos capere oportet, hæc intercipit: vbi inter auget.
Intercepit obliuio. Pli. Intercipere pomum adiectum.
Intercipere regnum, occupare. Idem:
Intercipere victoriam. Plin.
Interceptus mortalitatem. Idem.
OCCIpere. Ter. Si quid narrare occepi. i. incepi.
Occipere quæstum. In And. Quæstum occipit.
Item: Quando eum quæstum occeperis i. turpe lucrũ.
OCCVPARE, est rem in medio positam ante cæteros capere.
Occupare agrum, locum, possessionẽ, regnum, vrbem, vi capere. Liui. Vrbem hanc accepi, non occupaui.

Occupare animum. Cic. Desperatio rerũ omniũ regum & populorum animos occuparat, id est, inuaserat.

Occupare animum in studiis bonarum artium. In prol. Hecy. Ita populus studio stupidus in funambulo animum occuparat, id est, detinebat.

Occupare argẽtũ, pecuniã fœnore, collocare in fœn⁹. Ci.

Occupatus alio amore. In And. i. impeditus.

Occupare consilium, inuenire. In Men. Hæreo ni occupo aliquod mihi consilium.

Occupare extremum. Horat. Occupet extremum scabies, mihi turpe relinqui est. Adag. quo victi uidẽtur.

Occupare rem suam. Cice. Quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus occupatæ.

Occupare mortem. Teren. In And. Mors continuo ipsam occupat.

Occupare metum. In Ruden. Occupat membra mortis metus.

Occupare se negotiis.

Occupare se ad aliquod negotium. In Pseu. Ne quò te ad aliud occupes negotium.

Occupare timorem. Cæsar: Timor omnem exercitum occupauit, id est, inuasit.

Occupare Occupatum. In Rud. Qui oratione hic nos occupatos occupes. Occupare Remp. Salust.

Occupatus alia solicitudine. In Phorm.

Occupare cum infinitiuo, pro præuenire: vt Occupa foras exire. In Rud. Occupas præloqui. Varro: Priusq̃ responderem, foris nescio quis occupat res indicare. Liu. Occupant facere bellum.

Occupare, tenere, possidere. Vergilius. 6. Occupat Aeneas adytum.

PRAE Occupare vel occupare, est, est quum præuenimus rem dicere, ne alii nobis obiiciant. Vereor ne nox occupet. Cice. Quas partes ipse mihi sumpserã, eas præoccupauit oratio tua.

Præoccupare timorem. Cęs. Sic omnium animos timor præoccupauit.
Præoccupare vias. Idem: Ne ab equitatu Romanorum viæ præoccuparentur.
PERcipere capere, intelligere, sentire significat.
Percipere animo aliquid. Cicero.
Percipere beneficia, lætitiam, odium, voluptatem, vtilitates.
Percipere fruges. Percipere fructum.
Percipit fames mihi misero medullam ventris, id est, abstulit. Plaut.
Percepit mihi misero horror membra dictis tuis. Plau.
Percipere nomina ciuium, est memoria tenere. Cice.
Percipere opinione aliquid, opinari. Idem.
Percipere oculis, videre. Cicero.
Percipere philosophiam. Idem.
Percipere sensum. Cic. Est id ætatis. vt sensum iam percipere possit ex mœrore patrio. i. dolorem sentire.
Percipere vsu aliquid. Idem: Quoniam vsu percepta sunt, nostra ducamus, id est, in vsum recepta sunt.
Percipere, cognoscere, intelligere. Plaut. Ne quod hic agimus, herus percipiat fieri.
PRAEcipere pecuniam mutuam ab aliquo in sequentis anni, est anno antecapere. Cæsar.
Præcipere cognitionem. Cicero.
Præcipere de re aliqua. Idem: De actione quædam breuia præcepta gustaram.
Præcipere, animo reuoluere. Vergili. Omnia præcepi, atq; animo mecum ante peregi.
Præcipere hostem, præuenire: vbi Vergili. hoc verbo vsus est pro externo gestu exhibere, quo pacto tractaremus hostem, feram, si sic occasio daret.
PRAEcipitare transitiuum & absolutum est.
Præcipitat hyems, sol, nox, id est, ruit, instat.
Præcipitat Respu. quum præceps ruit & debilitatur.

Præcipitante iam & debilitato metu tribunatu, auſpicio rum patronus ſubito extitiſti. i. moriente, finiente. Ci.
Præcipitare ſe ex aliquo loco.
Præcipitari ex altiſſimo dignitatis gradu. Cice.
RECIpere animum. In Adel. Animum recepi.
Recipere annos. Cice. Valde care æſtimas tot annos, quot iſta ætas recipit.
Recipere anhelitum. In Epid. Plaut.
Recipere amicum. In Hecy. Iſthæc quidem contumelia eſt, hominem amicum recipere ad ſe.
Recipere cauſſam alicuius. Cic. Recepi cauſſam Siciliæ.
Recipere aliquem. Plaut. Ni illum recepit nihil eſt quo me recipiam.
Recipere caſum. Cæſar: Plures rem poſſe caſus recipere intelligebat.
Recipere domum aliquem. Cicer. Fugientem latronum tela & minas recepit domum.
Recipere epiſtolas, literas. Idem: A te heri duas epiſtolas recepi.
Recipere ferrum, telum, &c. Cice. Ferrum recipere iuſſus, collum contraxit.
Recipere honorem ab aliquo. Idem: Ne honorem quidem a ſe recipere vellem.
Recipere iocos, ſales, ſcommata.
Recipere legiones. Ci. Recipere mandatum. Idem.
Recipere mentem, aut recipere ſe mente. Oui. 5. Et nõdum me tota mente recepi.
Recipere nomen. Cic. Seſe eius nomen recepturum.
Recipere oppidum, & Recipi oppido. Cæſ. Oppido ac portu recepti non erant.
Recipere poſticulum. Plautus. Poſticulum hoc recepit, quum ædes vendidit, id eſt, excepit.
Recipere ſe, redire. In Phor. Ibo ad portum, quoad ſe recipiat frater.
Recipere ſe domum, rus, eſt ire, proficiſci.

Recipit nos domus, militia, patria, &c. si quãdo redim⁹.
Recipere talionem.
Recipere se ad cœnam, ad domum ire.
Recipere se ad aliquem. Cic. Si vis homo esse, recipere ad nos, ad quod tempus confirmasti.
Recipere se ad ingenium. Plin. Ad ingenium vetus versutum te recipis tuum.
Recipere se ad bonam frugem. Cicer.
Recipere ad se, faciunda suscipere. Ter. Ad me recipio, faciet, id est, ꝓmitto. Ver. Sic ore effata recipit ad sese.
Recipere aliquem in amicitiam, in consortium suum, in familiaritatem, in necessitudinem, in gratiam, in gregem suum &c. Cice. Terent.
Recipere in ciuitatem. Cice. Gentes vniuersæ in ciuitatem sunt receptæ.
Recipere aliquem in custodiam. In Rud.
Recipere se in principem. Plin. in Paneg.
Recipere in hyberna milites. Cic. Ne in hyberna milites reciperent, magnas pecunias dabant.
Recipere in deditionem. Cæs. Se in deditionem vt recipiant, petunt.
Recipere in se aliquid. Cice. Illud quod supra scripsi, id in me recipio.
Recipere in fidem. Cæs. Sese eos in fidem recepturum, & conseruaturum dixit. Id autem erat patronorum, Clientum verò conferre se in fidem.
Recipere in literas aliquid. Cicer. Illi reciperent in suas literas publicas præclaras proscriptiones & emptiones tuas.
Recipere se in patriam, in portam, in tectum &c. Ipse me Laodiceam recipiebam.
Recipere se in orbem. Cæs. Præsentissimo animo pugnans, in orbem se recepit ad radices montium.
Recipere se ex loco aliquo. Cicer. Quum ad hyemem me ex Cilicia recepissem.

Recipere se ex fuga. Cæs. Quem turpiter se ex fuga recipientem.
Recipere se ex timore. Idem: Nostri ex timore sese receperunt.
Recipere se ex opere. In Men.
Recipere, liberare. Vergi. Medioq. ex hoste recepi.
Recipere, promittere. Cecinna. Librum ea conditione daret, si reciperes te correcturum.
Receptui canere, vide cano.
SVSCIpere amorem, animum, autoritatem.
Suscipere bona. Suscipere bellum.
Suscipere curam, consilium, contentiones, consulatum, cohortationem.
Suscipere dedecus, delectum, dolorē, mœrorē, luctum.
Suscipere ægritudines, exilium.
Suscipere filium, liberos ex aliqua, gignere, suscipere fraudem, flagitium. Suscipere fidem, promittere.
Suscipere inimicitias, inimicos, inuidiā, impunitates causa alicuius vel pro aliquo. Suscipere iter.
Suscipere labores. Suscipere maculam, maleficium.
Suscipere negotiū, onus, offēsas, orationē, officiū amici.
Suscipere paricidium.
Suscipere patrocinium, partes alicuius, personam alicuius, patriam.
Suscipere pœnam scelere dignum, id est, dare.
Suscipere profectionē, propugnationē, proscriptionē.
Suscipere quærimonias.
Suscipere religionem, Reipub. salutem, scommata. Suscipere scelus.
Suscipere seueritatem, id est, sumere.
Suscipere simultates.
Suscipere votum deo, vouere. Suscipere vigilias.
Suscipere verbum, vocationem, voluptatem.
Suscipere in alteram aurem, ex parte suffragari.
Suscipere in se scelus. Suscipere se in procurationem.

Caremus

CAREO.

Caremus iis rebus, quarum vſus nobis opus eſt.
Carere febri dixit. Cice. Etſi mihi nunciauit te planè febri carere.
Caruit ne te febris heri? Plautus.
Carere foro, ſenatu, publico, eſt non venire in forum &c. Cice.
Carere luce forenſi, eſt cauſſas non agere. Cice.
Carere rebus vrbanis. Carere Roma, eſt abeſſe.

CARPO.

Carpere eſt carptim diminuere, Poëtis verbū peculiare.
Carpere agmen. Cæſ. Equitatu præmiſſo qui nouiſſimum agmen carperet.
Carpere auras vitales, poëticum, viuere. Ver. Haud credo inuiſus cœleſtibus, auras Vitales carpis.
Carpere belliſſimum quodq;, pro aſſumere, eligere. In Adel. Vnumquodq; quod erit belliſſimum carpam.
Carpere cibum. Ouid. Carpe cibum digitis, eſt quidam geſtus edendi.
Carpere coronam. Pytha. Coronā ne carpſeris, id eſt, leges ciuiles ſerua.
Carpere dente aliquid. Cice. Non illo inimico, ſed hoc maledico dente carpunt. i. proſequuntur maledictis.
Carpere diem, pro in vſum conuertere. Hor. li. I. Oda.
Carpere flores. Cice. Omnes vndiq; floſculos carpam, id eſt, deligam.
Carpere famam hominis, eſt denigrare.
Carpere fuga aliquem locum, fugere. Verg. Et acri capite prata fuga.
Carpere gramia. Ver. Salices carpetis amaras. i. paſcetis.
Carpere gyrum. Verg l. Carpere mox gyrum incipiat.
Carpi cæco igni, pro affici amore aut torqueri. Vergil. 4. Cæco carpitur igni.
Carpere linum, è terra vellere. Carpere lupulum.
Carpere lanam, penſum, eſt nere. Verg. Carpentes penſa puellæ.

Carpere nuces,poma,pira,vuas &c. Ver. Carpens tua poma nepotes.

Carpere obliuiones nos dicũtur,vbi abimus in obliuionem.Horat.2. Carpi obliuione,est obliuisci.

Carpere quietem,somnum,soporem,dormire. Vergil. Placidum carpebant fessa soporem Corpora.Idem. 7.Iam mediam nigra carpebat nocte quietem.

Carpere vocibus aliquem,maledictis proseq. Cæs.Sed etiã nostrorum militum vocibus nõ nihil carperetur.

Carpere viam,iter,ire,proficisci. Vergil.Nocte,die tutum,carpe viator iter.

Carpere vires,auferre,diminuere. Ver. Carpit enim vires paulatim,vritq; videndo fœmina.

Carpere,frui. Persi. Genio carpamus dulci,id est,fruamur rebus dulcibus.

Carpere,reprehendere. Martial. Carpere vel noli nostra,vel ede tua. Ouid. Non illud possit carpere Liuor edax.

Ne momus quidem carpit.

Carpet citius aliquis quàm imitabitur. De re inimitabili dicitur.

DECERPO, DISCERPO ex compositione quid significent,collige.

EXCERPO,potiora deligo.

Excerpere bona. Terent. Tu id quod boni est excerpis, id est,excipis.

Excerpere commodissima. Cice. Quod quisque cõmodissimè præcipere videbatur,excerpsimus.

Excerpere ex. Cice. Se excerpere ex iis ipsis,si quid inesset boni.

CAVEO.

Cauere est cautionem rei adhibere,dicimusq; Cauere alicui,aliquid,aliqua re,ab aliquo,de aliquo.

Cauere aliquid,vitare. In Eunuch. Quod cauere possis,stultum est admittere. Item cum datiuo & accusatiuo.

tiuo. In Bac. Quid isti caueam?
Cauere capite, est capitis periculo se obstringere. Plin.
Cauere insidias. Cice. Fecerat certiorem vt caueret insidias.
Caue intemperantiam. Idem.
Cauere loco sibi. Terent. Ipse sibi cauit loco.
Cauere malo. In Persa. Malè cauere melius est.
Cauere testamento aliquid. Cicero. Idq; testamento ca uebitis.
Cauere vitium. Idem: Huic simile vitium in gestu motuq; caueatur.
Cauere ab aliquo. Cice. Nisi prius à te cauero &c. Cauendum ab eo qui semel imposuit.
Cauere sibi ab aliquo, non se. In Eunu. Tibi ab isto hæra cauendum intelligo.
Cauere de obsidibus. Cæs. Quoniam in præsentia de obsidibus cauere inter se non possent.
Cauere de pecunia. Obsidibusq; de pecunia cauent, id est, dant obsides, quoad pecuniam dissoluant.
Cauere ne. Terentius. Id cauit, ne vnquam infamiæ ea res sibi esset.
Cauere, sine ne. Terent. Caue te tristem sentiat. Cicero. Caue autem putes quicquam.
Cauere vt. In Bac. Quid isti caueam? vt reuehat domũ.
Caue minantis & prohibentis. Terent. Verbum si mihi vnum præterquam quod te rogo faxis caue, id est, væ tibi.
Caueri passiuè. Cic. Cætera quæ quidem prouideri po terunt, cauebuntur.
Cautum est. In Cap. Tibi ne quæstioni essemus cautum intelligo.
Cauto est opus. i. cauendum. Ibidem: Cauto est opus, vt sobriè, sineq; arbitris, accuratè hoc agatur.
PRAECAUERE sibi, est prospicere. Terent. Hocce tempus præcauere mihi, haud te vlcisci sinit.

CAVSOR.

Causari, est causam rei gestæ adferre, in causam ducere, impedimenta excusandi gratia adferre. Inertes literarum, causantur aut frigus aut æstum. Non est quod meam causeris negligentiam.

Causari tempestatem, fluminum vim, valetudinem, pro eodem dicimus causificari. Valla.

Causari pro originem ducere. Boni mores causantur ex literarum studiis. Morbus causatur ex corrupta natura.

ACCVsare, est criminari inferiorem, aut æqualem.

Accusat, qui culpam impingit, siue apud iudices, siue priuatim.

Accusare ambitus. Cice. Ambitus alterum accusaret.

Accusatus capitis absoluitur.

Accusare coniurationis, probri insontem.

Accusatus crimine hoc. Accusas id me. i. eius facti.

Accusare inertiam alicuius.

Accusare maiestatis. Ci. Gabinium accusauit maiestatis.

Accusare peculatus. Cicero.

Accusare rei capitalis apud aliquem: Cice.

Accusatus est repetundarũ, supple pecuniarũ, vel de repetũdis pecuniis, aut intellige qualcũq; res pretiosas.

Accusare de negligentia. Cice. Non cõmittam posthac, vt accusare de epistolarum negligentia possis.

Accusare de aliquo. Idem: Hoc eo ad te scripsi, quòd is me accusare de te solebat.

Accusare de veneficiis. Idem: Sexcentis sunt, qui inter sicarios, & de veneficiis accusabantur.

Accusare in re. Cic. In ea re per Lucium Cæcilium Scylla accusatur.

EXCVsare, expurgare. Est etiam defendere, afferre id quod fuit in caussa, quo minus aliquid factum sit.

Excusare calamitatem temporum, inopiam suam. Cæs.

Excusare latrones, occupationes, penuriam tabellariorum,

rum, tempestatem, vẽtos aduersos, valetudinem. &c.
INCVsat qui de moribus queritur expostulat'ue.
Incusare, est criminari superiorem teste Seruio, sed non est perpetuo. Ter. Quid me incusas Clitipho? Intemperiem cœli incusantes. Incusare deum noli. Cato.
RECVsare, est abnegare. Hora. Rem tentare pudor, quam vires ferre recusant. Cic. Terra nunquam recusat imperium.
Recusare molestiam. Cic. Molestiæ non recusandæ.
Recusare supplicium, dolorem. Idem: Nullumq; recusent nec supplicium nec dolorem.
Recusare ne. Cice. Et ne fieret vehementer recusaui, id est, obstiti, restiti.
Recusare de. Idem: Non de seruitute, sed de conditione seruiendi recusatum est à nobis.
Recusare, vetare. Cic. Nec vero recusabo, quo minus omnes mea legant.

CEDO CESSI.

Cedo variæ elegantiæ verbum est & significationis.
Cedere alicui arte, ætate.
Cedere animo. Cice. Nec animo, nec beneuolentiæ, nec patientiæ cuiusquam pro vobis cedam, id est, animo, amore, patientia vinci permittam.
Cedant arma togæ. Cice. Cedere caussæ. Idem.
Cedere curia. Cic. Cedam tibi in præsentia, foro, curia, & sanctissimis deorum immortalium templis.
Cedere creditoribus, est iis cuncta relinquere. Sueto.
Cedere commodo, damno, dispendio.
Cede deo, id est, ne resiste. Vergil.
Cedit dies, pro labitur tempus. Cicer.
Cedere exitio. Cedere alicui eruditione, eloquentia.
Cedere famæ, est suo honori metuere. Cice.
Cedere foro, est propter debita fugere. Iuuen.
Cedere alicui foro vel curia, est alteri in foro locum dare, munus sum relinquere. Cic.

Cedere gratiæ, est pulchritudine præcelli. Plin.
Cedere ius suum alicui, pro relinquere. Cedere lucro.
Cedere loco aut locum, est vinci seu dare locum.
Cedere alteri marito. Vergil. Et patrio Andromachen iterum cessisse marito. Sic domus cessit alteri domino, id est, in alterius possessionem.
Cedere naturæ, est mori. Salu. Cedere periculo.
Cedere possessione. Cice. Nec sibi hortorum possessione cessisset.
Cedere pudori, locum dare. Idem: Item pudor ex pectore cessit, id est, discessit. Lucil.
Cedamus Phœbo, id est, morem geramus. Vergil.
Cedere prouinciam aliquam alicui secundum Vallam.
Cedit pueritia iuuentæ.
Cedere tempori. Cice. Cedere vita, mori. Idem.
Cedere vrbe, patria, pro discedere.
Cessit victoria Turno, id est, victor euasit Turnus.
Cedit mihi viribus. Ioannes.
Cedere ad factum, id est, ad effectum perduci. Plaut.
Cedere de Repub pro discedere. Vergi. Inuitus regina tuo de littore cessi. Cedere è vita. Cice.
Cedere ex animo, ex sententia, ex voto dicitur, cum res voto respondet. Cedere ex ordine. Ver. 3. Aenei.
Cedere in quæstum, in salutem, rem dicimus.
Cedere pro accidere. Cæs. Non omnia cedunt secunda.
Cedunt omnia prospere Cicero.
Cedere secus. Sal. Quia tentatum antea secus cesserat.
Cedere, quando sortis verbum est, significat in partem venire, vt res cedit mihi hæreditario iure. Sic cedit mihi iure Cæsario, prætorio, pontificiali. Horat. Ouid.
Cedo cum efflagitantis est, secundæ personæ vocem habet, pro dic aut da, aut dare. Cice. Cedo qui vestram Rempub. tam cito amisistis? Cedo dexteram vel manum, pro da. Terent. Cedo quemuis arbitrum. Cedo aquam manibus, id est, da. Plaut.

ABSCEdere, notum eſt, vt Abſcede paululum hinc.
Abſcede hac. Abſceſſit è conſpectu meo. Abſcedit nauis longe in altum. Abſcedit ab eo ira hæc. Terent.
Abſceſſerit actutum dolor.
Abſcedent decem minæ, id eſt, detrahentur.
ACCEdere, adire. Teren. Nunquam accedo quin abs te abeam doctior.
Accedere alicui, pro aſſentiri.
Accedere animum alicui. Cicer. Caſſio animus acceſſit.
Accedere animum ad aliqua. Idem: Acceſſit animus ad meam ſententiam.
Accedere annum. Cice. Ab aliis auditurus eſſet annum tertium acceſſiſſe deſiderio noſtro & labori tuo.
Accedere cumulum. Idem: Quàm maximus his literis cumulus accedat.
Accedere dolorem. Cic. Dolor acceſſit bonis.
Accedere ætatem alicui. Celſus: Illud vinum, cui nihil adhuc ætatis acceſſit.
Accedere febrem. Celſus: Quiſq; febre liberatus eſt, ſimulatq; ea vno die acceſſit, id eſt, non rediit.
Accedit his huc, ad hæc, eodem, id eſt, adiungitur.
Accedere infamiam, id eſt, incurrere.
Accedere manum extremam operi. Cice. Manus extrema non acceſſit operibus eius.
Accedere periculum, ſubire.
Accedere pecuniam. Terent. Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati animi.
Accedere robur. Cice. Cum paululum iam roboris acceſſiſſet ætati.
Accedere ſomnum. Celſus: Vel ſi ſomnus non accedit.
Accedere voluntatem alicuius ad aliquem. Terent. Voluntas veſtra ſi ad poëtam acceſſerit.
Accedere ad aurẽ aliqd. Ter. Ad aures haud inuitò ſermo mihi acceſſit tuus: gaudet autẽ accuſatiuo cũ ad.
Accedere ad cauſſam, eſt ſe adiungere liti.

Accedere

Accedere ad corpus. Ci. Sicut ad corpus eius accederet.

Accedere ad cōditionem. Idem: Cōdemnari cum istius inuidia infamiaq́, malebant, quàm ad eius conditiones pactionesq́, accedere.

Accedere ad consilium. Cato: Ad consilium ne accesseris antequam voceris. Accedere ad eloquentiam.

Accedere ad ædes, ad hominem.

Accedere ad ignem. Terent. Accede ad ignem hunc.

Accedere ad locum aliquem Cice. Cum ego noctu ad Heracliam accederem, id est, peruenirem.

Accedere ad malum. Teren. Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam. Plau. Mihi malum ad malum accedit.

Accedere ad mores paternos &c.

Accedere ad pedes alicuius. Cic. Ad pedes omnium sigillatim Clodio accedente.

Accedere ad phrasim elegantiorem. Erasmus ad Terentianam phrasim proximus accessit.

Accedere ad pœnam, est supplicium sumere. I. Offi.

Accedere ad rationem aliquem. Cic. Cur ex tot creditoribus aliis ad istam rationem nemo accesserit.

Accedere ad rem coniectura, diuinando. Cicero.

Accedere ad scopū. Ioānes proximus ad scopū accessit.

Accessit ad senectutem eius vt cæcus esset. Cic.

Accedit ad meam sententiam, id est, mecum sentit.

Accedere ad societatem rei. Cic. Ad societatem integerrimorum & maximorum periculorum accedam.

Accedit ad vanitatem autoritas, id est, vanitati fides adhibetur.

Accedere in cumulum. Cic. Accesserint in cumulum manubia vestrorum imperatorum.

Accedere in funus. Cice. Accedere quempiam vetat in funus aliorum.

Accedere in senatum. Idem: Ne ante in senatum accederem, quàm rem confecissem.

Accedere propius. Cic Si proprius accessissem.

Accedere prope ad aliquid. Cic. Quod tam prope accederet ad similitudinem tuæ literæ.

Accedere propius ad veritatem. Cic. Propius ad ea accedam, quæ à te dicta sunt.

Accedere proximè ad aliquē. Idē: Proximè accessit ad deos Clodius, propius q̃ tu, cū ad ipsos penetrarat.

Accedere proximè ad sapientiam.

Accedere cominus ad aliquem. Cic. Ad te vt video cominus accessit. Accedere intrò. Ter. Accessi intrò.

Accedere pro addere. Hoc mœroris infortunio meo accessit, id est, additum est. Hoc accessit calamitatibus meis vel ad calamitates meas.

ANTEcedere aliquem aliqua re. Cæs. Ne contra suam voluntatem dimicare cogeretur magnis itineribus antecessit.

Antecedere honore, ætate, vsu rerum. Cice. Vsu rerum antecedebat.

CONcedere, ire. In Heaut. Concede hinc domum.

Concedere alicui, locū dare. Ter. in Hecy. Rus habitatū abii, vobis concedens. Cic. Concedat laurea linguæ.

Concedo tibi, id est, in tuam scientiam eo in Phorm. Nunquam ne concedes mihi?

Concedere alicui quæ vult. Cicer. Concedere amicis quicquid velint.

Concedere arti, dictis, factis, ingenio, sententiæ alterius. Nemini concedit in literarum experientia.

Concedere biduum. In Eunu. Impetrare nequeo hoc abs te, biduum saltem vt concedas solum.

Concedit dolor. Cice. Vt cum magnitudine medicinæ doloris magnitudo concederet, id est, remitteretur.

Concedere factum alicui, condonare. Cæs. Se concedere id factum superioribus suis beneficiis.

Concedere fato vel fatis, est mori. Pli.

Concedere naturæ, idem.

Concedit nox diei, pro diescit. In Amph.

Concedere partem octauam pretii.i.decurtare. Plin.
Concede hinc a foribus paululum istorsum. In Phorm.
Concedere ab oculis, conspectum fugere. In Epid.
Concedere ab ore alicuius. Idem. In Heaut. Concedas aliquò ab eorum ore aliquantisper.
Concedere ad ianuam, ad dexteram, ire. In Aulu. Tantisper hic ego ad ianuam concessero. In Andr. Concede ad dexteram.
Concedere de suo iure, est ius suum prætermittere. In Adel. Metuisti si nunc de tuo iure cõcessisse paululũ.
Concedere de cupiditate. Cic. Et si de cupiditate nemini concedam.
Concedere alicui de familiaritate, est alieniorem se prębere. Idem.
Concedere de vita. In Tri. Neq; illi concedam quicquã de vita mea.
Concedere ex ædibus, abire. In Hecy.
Concedere in angiportum. Ter. Sed hinc concedam in angiportum hoc proximum, id est, huc recedam.
Concedere in aliquid. Cic. Postquam Respu. in paucorum potentiã, ius, atq; ditionem concessit. i. peruenit.
Concedere in certamen, ire certatum. Salust. In certamina rursus concedunt.
Concedere in nomen alienum. Sal. Victi omnes in gentem nomenq; imperantium concessere.
Concedere in voluntarium exilium, est patriam vltro relinquere. Plin.
Concedere in locum aliquem. Liu. Hostes in loca altiora concessere.
Concedere intrò. In Eun. Concedam hinc intrò.
Concedere huc, isthuc. In Capt. Concedamus huc, id est, horsum. In Eun. Cõcede isthuc paululum, id est, istorsum veni vel secede.
Concedere vt. Cic. Conceditur esse verum, vt boni bonos diligant.

Concedere, abire. In Hecy. Tempus est concedere.
Cócedere pro dare seu exaudire vsurpant ecclesiastici.
Cócedere absolutè, vel cum datiuo pro permittere. Ci. Cócede quod facile est. Ter. Haud tibi hoc cócedo.
DECEdere, propriè est a mandato custodiæ suæ loco recedere. Valla.
Decedere exigit ablatiuum, nunc per se, nūc intercedente de, & præterea datiuum.
Decedere febrem. Cic. Subito febris decessit.
Decedere inuidiam. Salust. Postquam inuidia decessit.
Decedere iram. Ter. Decedet iram ira hæc. i. peribit.
Decedere alicui, cedere. In Amphit.
Decedere instituto suo, est aliter agere quàm ipse solitus est. Liuius.
Decedere iure suo. Idem.
Decedere itinere, deflectere. Plin. Quoties paulum itinere decedere admonebamur.
Decedere officio. Liui. Eas quoq; colonias quæ officio decessissent, id est, quæ officio non erant functæ.
Decedere Roma. Cicero.
Decedere terra, solo. Verg. Tacitusq; mea decedere terra. Idem: Possuntq; solo decedere nostro.
Decedere via, est aberrare. Sueton. Cum luminibus extinctis decessit via errabundus.
Decedere via alicui. In Amphit. Mihi magis par est via decedere.
Decedere de bonis suis. Cic. Co at aliquem de suis bonis omnibus decedere.
Decedere de ciuitate. Cicero. Qui de ciuitate quàm de sententia decedere maluit.
Decedere de curriculo vitæ. Cicer. Si ne minimum quidem de meo curriculo vitæ decessero, id est, si vitæ tenorem seruaro.
Decedere de dignitate. Idem: Cum propter hominem perditissimum de officio ac dignitate decedis.
Decedere

Decedere de foro. Cic. Ad aduentum imperatorum de foro decesserat timens proscriptionē. i. foro cesserat.

Decedere de iure suo. Cice. Tametsi statim vicisse debeo, tamen de meo iure, decedam, id est, concedam aliquid ex meo iure.

Decedere de more suo, mutare mores. Cice. Vt multo maluerint de suo more decedere.

Decedere de officio, de prouincia. Idem.

Decedere de ratione. Cice. Nonne ego de optima illa mea ratione decederem?

Decedere de sententia. Idem: De hac quoq. sententia mea decedat.

Decedere de summa aliquid. In Adel. De summa nihil decedet, id est, nihil detrahetur, minuetur.

Decedere de via. In Amph. Omnes de via decedite.

Decedere alicui de via. In Trin. Decedam ego illi de via, de semita, de honore populi.

Decedere ex Cypro. Cicero.

Decedere ex partu, mori. Asco. Apud quem illa ex partu decessit.

Decedete e vita, idem. Valla.

Decedere pro mori. Cice. Pater maturè decessit. Idem: Pater nobis decessit.

DISCEdere animum. Cice: Qui discedere animum censent.

Discedere consilio. In Phor. Modo vt hoc consilio possit discedit, vt istum ducat. i. definiri, vel stare in senatus.

Discedere cœlum, id est, diuidi. Cic.

Discedere pedem. Cice. Transuersum vnguem vel digitum aut pedem latum vel digitum latum non discedere, id est, minimo interuallo. In Asin. Ab ista pedem non discedat.

Discedere quartanam. Cic. Audiui quartanā a te discessisse.

Discedere spem Cæs. Hostibus eadem de causa spes potiundi oppidi discessit.

Discedere terram, diuidi. Cice. Quum terra discessisset magnis

magnis quibusdam imbribus.
Discedere a conditione, conditionem immutare.
Discedere a caussis. Cic. Sibi certum esse a iudiciis caussisq; discedere. i. ualle definire caussas agere.
Discedere constantia. Idem: A constantia atq; a mente atq; a se ipse discessit.
Discedere a iudiciis, vide caussis.
Discedere a iure. Cic. omnia sunt incerta, cum a iure discessum est.
Discedere a latere. Idem: Nunquam fermè discessisse a latere P. Scipionis, id est, eius familiaritate perpetuo aluisse. Item. A senis latere nunquam discederem.
Discedere a mente, quære a constantia.
Discedere a persona, immutare personam. A persona sua discedere incipit.
Discedere a se, habes a constantia.
Discedere a sententia. Cæs. Perterritus conuiciis a sua sententia discessit.
Discedere a statu, est immutare statum.
Discedere a vita. Cic. A uita quidam per inædiam discedens.
Discedere ab aliquo. Idem. Quum a vobis salutis meæ autoribus discesserim. Item. Quum ab illo discesserint me proximum habent.
Discedere ab amicis. Cic. Ab amicis, in magna re aliqua in Rempu. peccantibus, discedant.
Discedere ab argento. Cic. Neq; ab argento digitum discedere.
Discedere ab armis. Cæs. Fore vt æquis conditionibus ab armis discedatur.
Discedere de prouincia, de sententia. Cic.
Discedere e conspectu. Cæsar: Celeriter e conspectu castrorum discessit.
Discedere ex animo. Cic. Nunquam ex animo meo discedit illius optimi atq; inuictissimi viri memoria.

Discedere ex vita. Idem: Ex vita ista discedo tãquam ex hospitio, non tãquam ex domo. Item: O præclarum diem, quum ex hac turba & colluuione discedam.

Discedere in alia omnia. Cice. Frequens eum senatus reliquit, & in alia omnia discessit. i. decreuit alia omnia.

Discedere in diuersa dicebantur, qui in senatu diuersa censebant. Pli.

Discedere in duas partes. Salu. In duas partes discedunt Numidæ, plures Adherbalem sequuntur.

Discedere in opinionem. Cice. Hanc in opinionem discessi, vt mihi tua salus dubia non esset.

Discedere in sententiam. Salu. Postquam senatus in Catonis sententiam discessit.

Discedere se pulchre, recte, & contra dicebant litigatores, quum iudicata res esset. Teren. Iam verò pulchre discedo, & probè, & præter spem.

EXCEDERE atrio, exire. Pli. Atrio Vestæ coguntur excedere.

Excedere annos decem. Colum. Quum excesserint annos decem. Pli. Annũ tertiũ & octogesimũ excessit.

Excessit alueum Tyberis, id est, inundauit. Plin.

Excedere domo. Cęs. Cũ oibus suis domo excesserant.

Excedere ætatem, fidem, fines. Oui. 7. Excessitq; fidem meritorum summa tuorum. Patris excedit annos & hominis ætatem.

Excedere finibus. Cæs. Finibus suis excesserunt. Polio: Finibus meæ prouinciæ nunquam excessi.

Excedere Italia. Sueto.

Excessit licentiam concionum. Plin.

Excedere modum, est prætergredi. Valla.

Excedere officium. Vereor ne aut excessisse aut non impleſse officii mei partes videar.

Excedere opinionem, præscriptum.

Excedere vrbe. Cic. Vos fortasse sapientius excessistis vrbe.

Excedere vita. Idem. Ad eos si placet, qui vita excesse-re reuertamur. Valerius: Respondit se vita male ex-cedere.

Excedere de medio. Terent. in Phorm. Quum de me-dio excessit, id est, moritur.

Excessit e corpore animus, id est, mortuus est. Cicero.

Excedere è medio, locum dare. In Hecyra. E medio æquum est excedere, id est, abire.

Excedere è magisterio. In Bacch. Iam excessit mihi ætas è magisterio tuo, id est, libera est facta.

Excedere è prælio. Sal. Tardius reuocati è prælio excesserant.

Excedere è pueris. Cic. Vt primum è pueris excessit Ar chias, id est, desiit esse puer.

Excedere è via. Idem: Ipsa cura & meditatione obeundi sui numeris excessit è via.

Excedere è vita. Cic. Pridie quàm excessit è vita. Idem: Annos quinq. & octuaginta natus excessit è vita. Excedere è viuis, est mori.

Excedere ex corde. Cura ex corde excessit. In He.

Excedere ex ephœbis. In And.

Excedere ex loco. In Aulu. Si tu istoc loco digitum transuersum aut vnguem latum excesseris. In And. Caue quoquam ex isthoc excessis loco.

Excedere ex magistratu, est defungi.

Excedere ex via. Cæs. Paululumq; ex via excedebat.

INCEdere pompis congruit, & iis quibus fortuna fauet. Verg. Ast ego quæ diuum incedo regina.

Incedere omnibus lætitiis. Cice. Repente uerò incessi omnibus lætitiis.

Incedere pedibus. Plin. Incedebas pedibus.

Incedere via, proficisci. In Curc. Caute vt incedas via.

Incedere ad aliquid. Cice. Facilius ad inuentionem animus incedet, id est, deueniet.

Incedere cum. In Curc. Incedunt cum suis sententiis.

Incedit cum amica sua, id est, venit. In Most.

Incedere per ora aliorum, in conspectum. Salust. Incedunt per ora vestra magnifice.

Incedere per vias, iter facere. In Mercat.

Incedere magnificè. Liuius: Ille nostris decoratus insignibus magnificè incedit.

Incedere segniter. Idem: Cum signis prima luce motis segniter agmen incederet.

INCESSERE, inuadere significat.

Incessit cupido mihi vel me. Liui. Cupido incessit animo iuuenum. Valer. Max. Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit. Salu. Tanta cupido gloriæ incesserat, id est, inuaserat.

Incessit cura nobis. Liui. Grauior cura patribus incessit.

Incessit discordia. Verg. Regibus incessit magno discordia motu.

Incessit dolor alicui. Cæsar: Exercitui quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, tantumq́, studium infamiæ sarciendæ, id est, inuasit.

Incessere aliquem dolis. In Amphit. Ostendam quid sit herum fallere minis, & dolis incessere.

Incessit formido aliquem. Curt. Non mediocris omniū animos formido incesserat.

Incesso illius male gratiam. In Cistel.

Incessit inopia aliquem, Salustius. Inopia rursus ambos incessit.

Incessit me metus. Liu. Magnus plebem metus incessit.

Incessit mos. Salust. Is incessit mos, vt homines adolescentuli sua atq; aliena consumere, pulcherrimum putent, id est, inualuit, irrepsit.

Incessit procella. i. ingruit. Col. Si verò procellæ ventorū aut turbines icesserint, maior pars ad terrā defluit.

Incessit in te religio. In Andr. Noua nunc religio in te isthæc incessit.

Incessit hominibus sterilitas annorum, id est, caritate vrgentur

gentur homines.

Inceſſit timor mihi vel me. Saluſt. Quibus pro rei, magnitudine belli timor tantus inſolitus inceſſerat. i. occuparat. Liui. Timor deinde patres inceſſit, ne. &c.

INTercedere aliqd Cic. Vix annus interceſſerat. Plin. Viæ plures intercedentibus buxis diuiduntur.

Intercedere alicui. Cic. Cui quum Cato & Caninius interceſſiſſent.

Intercedere diſſenſionem. Idem: Aut in Reip. partibus diſſenſio interceſſerit.

Intercedere ægritudinem gaudio. In And. Mihi immortalitas partà eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit, id eſt, interuenerit, obfuerit.

Intercedere familiaritatem. In Phor. Tacebit, dum intercedet familiaritas.

Intercedere legi. Cice. Veritus eſt, ne Fuſius ei legi intercederet.

Intercedere pretium. In Adel. Neq; pretium neq; rem vllam interceſſiſſe.

Intercedere ſententiæ alicuius. Cice. Meæq; ſenrentiæ quum frequens aſſentiretur ſenatus, rogatu Seruilii, P. Titus interceſſit.

Intercedit querimonia, amicitia inter aliquos.

Interceſſit mihi tecum affinitas, ſocietas, neceſſitudo, omnes deniq; cauſſæ. Cice.

Intercedere de aliqua re. Idem: De his rebus pridie q̃ hęc ſcripſi, Senatus autoritas grauiſſima iterceſſerat.

Intercedere in gratiam, Cic. Interceſſerat in gratiam per Pompeium ſtatim.

Intercedere inter aliquid. In Hecy. Ira inter eas iterceſſit, quæ tam permanſit diu.

Intercedere pro aliquo. Cic. Frater meus legatus eſt Cęſaris, & nullum meum minimum dictum non modo factum pro Cæſare interceſſit.

Intercedere pro aliquo pecuniam. Idem: Aſcribit etiam

 interceſſiſſe

intercessisse se pro iis magnam pecuniam. Vbi transitiue ponitur.

PRAEcedere, est præire aut superare.

PROcedere aliquid alicui. Ci. Quid Agam nunc? cui nihil procedit, caduntq́; ea quę diligentissime sunt cogitata, teterrime, id est, pessime omnia eueniunt.

Procedere aliquid noui. In Most. Num quid processit ad forum fortè hodie noui?

Procedere ætate. Cic. Quum ætate processisset. Idem: Vsq; ad adolescentiam meam processit ætate.

Procedere funus. In And. Funus interim procedit, sequimur, id est, progreditur.

Procedere honoribus longius, est prouehi. Cice. Is processisset honoribus longius, nisi semper infirma atq; etiam ægra valetudine fuisset.

Procedere insidias alicui. Sal. Neq; insidiæ consuli procedebant.

Procedere iter dierum. Cæs. Quum dierum iter sexaginta processerit.

Procedere noctem. Sal. Vbi plerumq; noctis processit.

Procedere pagellam. Cic. Altera iam pagella procedit, id est, secunda scribitur.

Procedere viam tridui. Cæs. Quũ tridui viã ꝓcessisset.

Procedere via & ratione. Cice. Ratione & via procedat oratio, id est, ordine.

Procedere ad opes, ditescere. Plin. Ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia processit.

Procedere ad modum, ad tibiam. Cice.

Procedere cum ætate. Item: Ad virtutem si cum ætate processerit.

Procedere ex sententia. Cice. Summis oratoribus non satis ex sententia euentum dicendi procedere.

Procedere extra munitiones. Cæs. Procedit extra munitiones, id est, exiuit.

Procedere in aciem. Plin. Processit in aciem.

Procedere

Procedere in philoſophia. Cice. Tum in philoſophia, tum in optimo genere philoſophiæ tantum proceſſeris, id eſt, exieris.

Procedere in ſolem. Ter. Proceſſerat enim in ſolem & puluerem, non vt è militari tabernaculo, ſed vt Theophraſti doctiſſimi hominis vmbraculis, id eſt exierat.

Procedere eò magnitudinis. Sal. Eò magnitudinis procederent. i. ad eam magnitudinem venirent.

Procedere eò inſolentiæ. Plin. Eò inſolentiæ furorisq; proceſſerit, vt iram tuam indignationem mereatur.

Procedere eo vecordiæ. Saluſt. Eo vecordiæ proceſſit, vt ſtudiis ciuilibus, &c.

Procedere benè, lepidè, proſperè, pulchrè &c. pro ſuccedere. Ter. Proceſſiſti hodie pulchre. In Moſt. Proſpere vobis cuncta vſq; adhuc proceſſerunt. In Mil. Id ꝑcedit lepide ex ſententia. In Adel. Bene ꝑcedit.

Procedere abſolute, pro eodem. In Pœnu. Expecto quo pacto meæ technæ proceſſuræ fient. In Rud. Neq; id proceſſit qua vos duxi gratia.

Procedere parum, peſſime. In And. Primo proceſſit parum. In Capt. Ne cui minus procedat, quicquid facere occeperit.

Procedere obuiam. Cic. Ei obuiam proceſſeram millia paſſus centum.

RECedere, eſt diſcedere.

Recedere iure ſuo, eſt ius ſuum prętermittere.

Recedere vitam. In Merc. Poſtquam receſſit vita patrio corpore, id eſt, pater obiit.

Recedere a conditione, a perſona, a ſtatu, eſt immutare conditionem, perſonam, ſtatum.

Recedere a latere alicuius nunquam. Cic.

Recedere a vita. Idem: Ob eam cauſſam a vita receſſit.

Recedere a vitio. Plin. A quo vitio tu longe receſſiſti ſcio.

Recedere ab aliquo: In Capt. Tu ab iſthoc procul recedas.

Recedere ab armis. Cice.

Recedere ab edicto. Idem: Ab edicto meo recessissem; id est, contra edictum fecissem.

Recedere ab iure. Cicero: Ab iure omnium Siculorum ne recedatur.

Recedere ab oculis, id est, mori. Plin. Latius in memoria hominum & sermone versabitur, postquam ab oculis recessit.

Recedere ab officio. Cice. Nulla cupiditate impeditum ab officio recessisse, id est, discessisse.

Recedere de medio. Cic. Recede de medio, per alium transigam.

Recedere illuc. In Rud. Iube dum recedere istos ambos illuc modo.

SECEdere, seorsum ire. In Capt. Secede huc nũc iam.

SVCCEdere aratro, curru, iugo, boues aut equos, pro subiungi. Verg. 3. Sed tunc eidem olim curru succedere sueti.

Secedere defessis. Cæs. Quum crebro integri defessis succederent.

Succedere finibus alicuius regionis. Vergi. 4. Quis nouus hic nostris successit finibus hospes.

Succedere labori, negotio, oneri, est subire. Verg. 2.

Succedere alicui prouincia. Cicer. Vt omnes intelligant nec me beneuolentiori cuiquam succedere, nec te amiciori potuisse prouinciam tradere.

Succedere tecto. Vergilius. 2. Nostris succedite tectis, id est, intrate.

Succedere vrbi. Verg. 3. Paruæ succedimus vrbi.

Succedere via. Terent. Hac non successit, alia aggrediamur via, pro euenire prospere.

Succedere ad votum, pro voto respondere.

Succedere ex sententia, ex voto, ex opinione. Cic. Si ex sententia successerit, bene erit opera posita. Doleo quod res non successit tibi ex sententia.

Succedere ex ſenatuſconſulto. Cic. Quoad cuiq. ex ſenatuſconſulto ſucceſſum ſit.

Succedere in alterius functionem, locum aut prouinciā. Idem: In eorum locum ipſe ſuccedat. Idem: Quod tibi ſuccederetur.

Succedere ſub manus. Plautus. Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium.

Succedere bene, male recte, lepide, pro euenire. Teren. Hoc bene ſucceſſit. Res ſucceſſit opinione melius.

CELEBRO.

Celebrare, eſt magnifice, pompoſe & ſumptuoſe rem agere: vt Celebrare certamen, comœdiam, fabulam, nuptias. Oui. 5. Iuſſus eras celebrare dapes, feſtumq; canendo. Vergil. 7. Talia connubia & tales celebrent hymenæos.

Celebrare aliquē, eſt magna de aliquo prædicare, ſummo honore proſequi. Vergil. 5. Et priſcos docuit celebrare Latinos. Item. 8. Semper honore meo, ſemper celebrabere donis.

Celebrare aliquem ſermonibus. Cic. Et omni ſermone celebramur.

Celebrare conuiuium. Idem. Celebratur omnium ſermone lætitiaq. conuiuium.

Celebrare dies. Cice, Dies quaſi deorum immortalium feſti atq; ſolennes ſunt aduentu meo celebrati.

Celebrare domum, frequentare. Idem: Domus celebratur. Varro: Cui nō tam cura erat vt templa deorum, quàm vt popinas celebraret.

Celebrare laudes. Cic. Cæſar bellicæ tuæ laudes celebrabuntur. Celebrare ludos. Idem.

Celebrare memoriam alicuius. Cic. Velle poſt mortem epulis celebrari memoriam ſui nominis.

Celebrare mortem alicuius. Idem: Huius in morte celebranda grauiter tulit Populus Rom. &c.

Celebrare natale. Plinius. Natalem tuum in prouincia celebrare.

celebrare.

Celebrare Remp. Salu. Hæc atq. alia maiores nostri faciendo, seseq; & Remp. celebrauere.

Celebrare sepulchrum alicuius. Cic. Sepulchrum Catilinæ floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorũ hostiũ conuentu epulisq; celebratũ est.

Celebrare vocibus. Ci. Quodq; omniũ accusatorũ non criminibus, sed vocibus maledictisq; celebratum est.

(CELLO)

ANTEcellere ætate. Cice. Vt quisq; ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet.

Antecellere eloquentia. Idem: Qui eloquentia cęteros excellis.

Antecellit consuetudo exercitationi. Cic. Dicendi consuetudo longe & multum isti vestræ exercitationi ad honorem antecellet.

EXCELlere consilio. Idem: Consilium quo tu excellis.

Excellere cæteris. Ci. Miramur hunc hominem tantum excellere cæteris.

Excellere in. Idem: In amicitiis expetendis colendisq; maxime excellit.

PERcellere aliquem, euertere. In Persa: Perculit me prope. In Eunu. Perculeris iam tu me? In Epid. Plaustrum perculi.

Percellere aliquem ab abiecto. Cic. Mars sæpe spoliantem iam & exulantem euertit, & perculit ab abiecto, id est, a victo permisit eum vinci.

Percellere animum. In And. Perculsit ilico animũ. Donatus legit percussit.

Percellere ciuitatem timore. Cic. Timore quodam perculsa ciuitas tota. Tacitus: Ingẽs rerum tumultus perculsit ciuitates.

Perculsus amore. Verg. Quarum sacra fero ingenti perculsus amore.

Perculsas

Perculſas fortuna. Cicero. Cæterosq́, pari fortuna perculſos.

Percellere, excedere.

CENSEO.

Cenſere, idem quod arbitrari, iudicare. Plau. Non vidiſſe vndas maiores cenſeo. In Amphi. Illa illum cenſet virum ſuum eſſe. In Adel. Cēſen' hominem me eſſe? Ibidem: Quid iſtas cenſes? ſup. dicere.

Cenſere, bonorum pretium æſtimare. Cice. Si cenſenda nobis atq; æſtimanda res ſit, &c.

Cenſere pecuniam publicam alicui, decernere. Aſcon. Mihi quod antea nemini, pecuniam publicam ad ędificandam domum cenſuerunt.

RECENſere ſummā totius populi colligere. Liuius: Inter hæc recenſet exercitum, militem inſtruit.

SVCCENſere, in re graui & iuſta iraſci. In And. Si id ſuccenſeat. Ibidem: Et is nunc propterea tibi ſuccenſet. Idem: Sed eſt quod ſuccenſeat.

Succenſere ſibi. Teren. Merito mihi nunc ego ſuccēſeo. Cic. Et ii tibi ſuccenſeant quos præterieris.

CERNO.

Cernere, videre, a creare. Cicer. Proprium eſt ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum. Idem: Fit neſcio quomodo vt magis in aliis cernamus, quàm in nobiſmetipſis, ſi quid delinquitur.

Cernit animus, qui futura conſiderat. Cic. Nonne vobis videtur animus is, qui plura cernat & longius videre ſe ad meliora proficiſci?

Cernere animo. Idem: Cerno animo ſepultam patriā.

Cernere oculis. Cic. Sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini.

Cernere hæreditatem, pro adire, hæredem fieri. Idem: Eo ipſo die ex teſtamento creui hæreditatem.

Cernere amorem. Cic. Debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hæreditate creuiſſe, id eſt,

ad ſe

ad se transtulisse amicitiam quam habet Appius erga me & mihi amicus fieri, id est, Appius.
Cernere vitam, finire. Idem: Ferro non auro vitam cernamus vtriq;.
Cernere falsam hæreditatem alienæ glorię, est alienam gloriā sibi sumere, quasi hęreditatē quę sua nō est. Ci.
Cernere cum hostibus pro patria, pugnare. In Amph.
Cernere, cribrare. Plin. Rursus quæ transit, arctiore cernitur.
Cernere, differere. In Tri. Verecundari neminem apud mēsam decet, nā ibi de diuinis atq; humanis cernitur.
Cernere, decernere. Cice. Quotcunq; senatus creuerit populus ve iusserit, tot sunto.
Cernere, percipere. In Cist. te amaui & mihi amicam esse creui.
Cerneres vel cernas, id est, cernere potuisses. In Andria: Vt consuetum facile amorem cerneres. Verg. 4. Migrantes cernas.
DE Cernere, est de magnis rebus certam proferre sententiam.
Decernere honorem alicui est debitum illi honorem instituere ob victoriam gestaq́, præclara. Cice. Quis honos ei non fuit decernendus.
Decernere imperium. Idem: Decreui etiam imperium.
Decernere iudicium. Cice. Decretum iudicium de consilii sententia.
Decernere legiones in locum aliquem. Idem: Quæris qd existimē de legionibus, quæ decretę sunt in Syriā.
Decernere pecuniā ad aliquid. Cice. Quum ad templū monimētumq; nostrū ciuitates pecunia decreuissent.
Decernere prouinciam. Idem: Eripueras senatui prouinciæ decernendæ potestatem.
Decernere quæstionem. Cice. Quæstionem de bonis direptis decernunt.
Decernere sumptus. Idem: Censui sumptus legatis.

quam maxime ad legem Corneliam decernendos.
Decernere supplicationem. Cic. Si mihi supplicationes non decernuntur.
Decernere triumphum. Idem: Senatus quum triumphum Africano decerneret.
Decernere capite suo. Cice. Vtinam meo solum capite decernerem. i. mei vnius tantum periculum ageretur.
Decernere ferro, pugnare. Verg. 2. Ipsum armis ipsumque iubet decernere ferro.
Decernere secundum aliquem. Cic. Nuntiat iam populo pontifices secundum se decreuisse.
Decernere suppliciter. Idem: Senatus ob ea feliciter acta diis immortalibus suppliciter decernere.
Decernere, secernere. In Amph. Vter sit, non quit decernere.
DISCERnere, est rem a re aliquo modo separare. In Adelph. Nequeo satis discernere.
Discernere fines. Salust. Neq; flumen neque mons erat qui fines eorum discerneret, id est, diuideret.
Discernere vxorem & sororem. Cice. Quum vxorem sororemq; non discernis.
SECERnere, separare. Idem: Quum reus tanquam clemens lanista frugalissimum quemq; secerneret.
Secernere iudices. Ci. Secernit in iudicibus legendis amicos meos, id est, delegit.

CERTO.

Certare armis, arcu. Certare beneficiis cum aliquo.
Certare benedictis. In Phor. Benedictis si certasset, audisset bene.
Certare cursus. Sal. Cursu cum æqualibus certare.
Certare damnis. In Tru. Stultus atq; insanus damnis certant, id est, alter alterum perdere contendit.
Certare æquis, æqualibus haustibus.
Certare imparibus, non satis conuenire. Horat. Desinet imparibus certare summotus pudor.

Certare iaculo, ludo. Vergilius. Certare manu. Cice. I. Offic.

Certare malitia cum aliquo. In Persa: Malitia certare te cum, miseria est: Dicitur, quum alter alteri incommodare conatur.

Certare muneribus. Verg. Nec si muneribus certas, concedet Iolas. In Trucul. Melius te munere certare mecum quàm minatiis.

Certare officiis inter se aliquos. Cice. Reliquum est, vt officiis certemus inter nos. Vergil. Officio nec te certasse priorrm Pœniteat.

Certare poculis, vino mero, Horatius. Nec certare iuuat vino mero.

Certare palestra.

Certare pignore aut deposito. Vergili. Tu dic mecum quo pignore certes.

Certare secum, est seipsum conari superare, & meliorẽ reddere. Plin. Mihi satis est certare mecum.

Certare telis. Certare vitiis. Cicero. Vitiis cum vtroque certabat.

Certare de pietate & humanis traditionibus.

Certare de summo bono.

Certare de virtute. Salust. Ciues cum ciuibus de virtute certabant.

Certare cũ infinitiuo. Verg. 2. Certantq; illudere capto.

Certo superare, præcellere. Ouid. 5.

DECERtare manu. Cice. Decertandum manu est.

Decertare inter se. Idem: Vbi Demosthenes & Aeschines inter se decertare soliti sunt.

Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est. Cice.

CIEO vel CIO.

Ciere vel Cire, est commouere, excitare.

Ciere aliquem, iratum reddere. In Bacch. Quid negotii hoc est, quod herum tam ciet?

Ciere aluum, est leuare, laxare, soluere ventrem.

Ciere bella. Verg Bella ciens, &c.
Ciere cœlum Idem: Cœlum terramq; ciebo.
Ciere cruciatus. Cicer Quum è viperino morsu venæ viscerum veneno imbutæ tetros cruciatus cierent.
Ciere ære viros, poëticum, pro classicum canere. Verg. 6. Aere ciere viros, Martemq; accendere cantu.
Ciere furias, est furere. Oui. 9. Ciere lachrymas flere.
Ciere Martem. Vergil. 9.
Ciere mortem, Cicero sæpe dixit.
Ciere pugnam. Liu. Principes vtrinq; pugnam ciebant.
Ciere turbas In Amphi. Turbas vxori ciet Amphy.
Ciere vrinam, est prouocare.
CITARE frequentatiuum, iudiciale verbum est, idem quod aduocare in testimonium.
Citare accusatorem. Cice.
Citare aluum, sæpe laxare. Colu. Ne immaturis herbis citetur aluus.
Citare capitis aliquem. Cice. Abs te capitis. C. Raberii nomine citantur.
Citare dicta sapientum. Vergilii versum, est ad suam sententiam adducere. Citare iudices. Plin.
Citare senatum. Cice. Quum tanquam senatum philosophorum citares.
Citare testem in aliquam rem. Idem: In hác rem testem totam Siciliam citabo.
Citare ad iudicem, in ius aliquem.
ACCIEO seu per contractionem ACCIO, est accerso. In Mil. Ego illum probe iam oneratum huc acciebo.
Accire aliquem ad se. Accitus venio. i. vocatus.
ASCIScere, est aliunde aliquid sibi sumere.
Asciscere aliquid. Cicer. Quum Senatus P. Q. R. asciuerit.
Asciscere aliquem. Cic. Ea tempestate plurimos cuiusq; generis homines asciuisse dicitur.

Asciscere

Asciscere ciuitatem alienam. Idem. Quod nonnulli ita interpretãtur amitti ciuitatem Romanam, alia ascita.

Asciscere consuetudinem. Cice. Idcirco hanc consuetudinem libenter asciuimus.

Asciscere genus aliquod dicendi. Idem: Asciuerunt aptum suis auribus optimum quoddam & tanquam adipale dictionis genus.

Asciscere laudem. Cic. Nihil vnquam de me dixi sublatius asciscendæ laudis caussa potius, quàm criminis depellendi.

Asciscere legem. Cic. Leges quas Latini asciuerunt.

Asciscere leporem. Idem: Vt appareret in eo natiuum quendam leporem esse, non ascitum.

Asciscere nomen tyranni. Cic. Qui tyranni nomina sciuit sibi.

Asciscere patronum. Idem: Me patronũ vnũ asciuerũt.

Asciscere prudentiã. Cic. Vt ostenderet non modo eos illius expertes esse prudentiæ quam sibi a sciscerent.

Asciscere sibi aliquid. Idem: Asciscantq́; sibi quasi propinquitate coniunctos atq; natura.

Asciscere sacra. Cice. Quarum sacra Pop. Rom. à græcis ascita & accepta, tanta religione publicè & priuatim tuetur.

Asciscere sapientiam. Idem: Neq; istam mihi ascisco sapientiam quam nonnulli in me requirebant.

Asciscere socios. Cæsar: Receptos ad se socios sibi asciscunt.

Asciscere ad fœdus. Idem: Quem non ad hoc incredibile sceleris fœdus asciuerit.

ACCERsere seu ARCESsere, idem quod ire ad vocandum vel vocare: estq́; vtrunq; tertiæ vel quartæ coniugationis indifferenter. Cic. Si erit necesse, arcessemus, id est, vocabimus.

Accersere aliquẽ. In Andr. Obstetricem accerso. Idem: Cur vxor non accersitur? Domo dudum huc accersita

ſita ſum. In Stich.
Accerſe vbi voles. In Andr. Accerſitur virgo lauatum. In Eunu.
Accerſi iube filiam. Terent. Accerſas hinc me.
Accerſere alicui aliquid. Cicer. Sed orationi ſplendoris aliquid accerſunt. Arceſſere capitis aliquem. Cice.
Accerſire crimine ambitus aliquem. Cice. Ipſe alterum iterum ambitus crimine accerſiret. Idem: Quod tum magis inuidioſo crimine, quàm vero accerſiretur.
Arceſſere iudicio. Cic. Vt hunc hoc iudicio arceſſeret.
Accerſire riuulum. Idē: Siin autem vt riuulus accerſitus.
Accerſere ad bellum. Salu. Gallorum gentem infeſtiſſimam Romano nomini ad bellum accerſunt.
Accerſiea ſunt ad matrem. In Ciſt.
Accerſi à matre ſe ſimulat ad rem diuinam. In Hecy.
Accerſire ad ſe. Cic. Ad ſe accerſiri iuſſit.
Accerſere ad ſocietatem. Idem: Si erit pugnandum accerſam ad ſocietatem laboris. Alii legunt arceſſam.
Arceſſere in iudicium capitis aliquem. Cic. Neq. vnquã innocentem in iudicium capitis arceſſas.
CONcire bilem. In Amphit. Fames & mora bilem in naſum conciunt.
Concire facinus. Cic. Niſi poſtq̃ illud conciui facinus.
Concire fluctus. In Merca. Auſter imbricus omnes fluctus conciet.
Cōcire hoſtes alicui. In Mer. Cōciuit mihi domi hoſtes
Concire iram. In Hecy. Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit.
Concire lites alicui. In Aſinar. Face vt illi turbas, lites concias.
Concire malum alicui. In Men. Meus Vlyſſes, qui ſuo regit tantum conciuit mali.
Concire multitudinem, conuocare. Liu. Obſcuram, atq; humilem ad ſe conciendo multitudinem.
Concire turbas. In Heaut. Quantas turbas conciui inſciens.

ſciens In Amphit. Vxori turbas conciet.
CONciſcere facinus. Liuius. Facinus in ſe ſuosq; fœdum ac ferum cōciſcunt. Brutus: Poſtquam illud conciui facinus.
Conciſcere lethum. Plaut. Si impetrare non quibo, conciſcam lethum.
Conciſcere mortem ſibi. Cice. Mortem ſibi vterq; conſciuit. Idem: Mortem mihi cur conciſcerem, cauſſa non eſt viſa: cur optarem, multæ.
CONCItare, valde commouere, tamq; ad bonum quàm ad malum refertur. Verg. 7. Alecto in teucros Stygiis ſe concitat alis.
Concitare expectationem. Ci. Vt quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtineri ac tueri poſſis.
Cōcitare inuidiam in aliquem. Idem: Nullam inuidiam in te, ne ex illis quidem rebus concitabo.
Concitare miſericordiam. Cice. Quod is L. Scribonio quæſtionem in eum ferente po. miſericordiam concitaſſet.
Concitare multitudinem auditorum. Idem. Quantam auditorum multitudinem. Caius. Verris infamia concitatura.
Concitare nationes. Ci. Non modo nationes, ſed etiam ſeruitiæ concitaturum. Concitare riſum. Cice.
Concitare turbas. Sal. Quantæ deniq; nunc mihi turbę concitantur.
Concitare ad arma Cæſar: Multis vtrinq; interfectis maiorem multitudinem ad arma concitant.
EXCIERE vel EXCIre, euocare. Plaut. Quid eſt pater quod me exciuiſti?
Excire animas ſepulchris. Verg.
Excire lachrimas alicui. In Ciſt. Vt exciuiſti mihi lachrymas, id eſt commouiſti.
Excire ſomno. Liui. Hercules ad primam auroram ſomno excitus.

EXCItare

EXC Itare amores. Cice. Mirabiles amores excitaret ſapientiæ Idem: Quam illa ardenteis amores excitaret ſui ſi videretur.

Excitare admirationem. Cic. Summam hominum admirationem excitabat.

Excitare amplitudines. Idem Principiis à natura datis amplitudines quædam bonorum excitabantur.

Excitare bellum. Cice Ille ex turbulenta Republica, hic ex pace & victoria bellum excitauit.

Excitare furorem, iram.

Excitare incendium. Cicer. Ex qua illa fax excitare non poſſet incendium?

Excitare memoriam. Idem: Claudite literas, & veſtram memoriam ad timoris præteriti cogitationem excitare, id eſt, vobiſcum in memoriam redite.

Excitare malum. In Heaut. Non vides quantum mali ex ea re excites.

Excitare metũ. Pli. Mitiũ dominorum apud ſeruos ipſa conſuetudine metus exoleſcit, nouitatibus excitatur.

Excitare opus Colum. Certamen opus excitetur.

Excitare plauſum. Cic. Tantus ex fori cancellis plauſus excitatus, vt nunquam maior. Idem: Atreo dicente plauſus excitatur.

Excitare riſum. Cic. Me miſerum, qui nõ affuerim, quos ego riſus excitaſſem.

Excitare ſtudium. Ouid. Excitat auditor ſtudium laudataq́. virtus, Creſcit.

Excitare ſcholis aliquem. Cic. Nunquam profecto ſcholis eſſent excitatis.

Excitare tempeſtatem. Cic. Omnem illam tempeſtatem Cæſare impulſore, atq; adiutore eſſe excitatam.

Excitare tragœdias. Idem. Quãtas tragœdias excitat?

Excitare vindictam, vocem. Cice. Vocem cubantes ſenſim excitant.

Excitare ab inferis. Idem: Multos ſi fieri poſſet, C. Cæ-

sar ab inferis excitaret.
Excitare a vel è somno. In Merca. An dormientes spectatores metuis, ne è somno excites?
EXV Scitare aliquid aliqua re. Cic. Cum sermone animum eius retinet, ac exuscitat clamore.
Exuscitare memoriam. Cice.
Exuscitare naturam Idem: Docet se natura vulgari & vsitata re non exuscitarit.
INC Itare est ad celeritatem impellere vel cõmouere.
Incitare currẽtem, est adhortari quempiam ad id, quod iam suapte sponte tendit.
Incitare cursum. Cæs. Cursu incitato in summo colle.
Incitare celeritatem linguæ. Cice. Et linguæ celeritatem incitant.
Incitare equũ. Cæs Incitato equo se hostibus obtulit.
Incitare odium in aliquem. Cicero. Odia illa libidinosæ & delicatæ iuuentutis quę erant in me incitata, sic mitigata sunt.
Incitare rationem viuendi. Idem. Ea incitatur in ciuitate viuendi ratio. i. ab omnibus auidè vsurpatur.
Incitare se in aliquem. Cic. Quod si in eam me partem incitarem.
Incitare studium. Idem: Quorum studio legẽdi, meum scribendi studium vehementius indies incitatur.
Incitare Venerem, prouocare: vt, Indulgere Baccho, est incitare Venerem.
(PERCIO) vnde Percitus amore, furore, ira, insania. Cice. Animo irato ac percito. Percita est atra bile. In Amphit.
Percitus incredibile re atq; atroci. In Hecy.
REC Itare, de scripto dicere, percensere.
Recitare fabulam, agere.
Recitare literas. Cic. Cum is frigidas sanè, & inconstantes recitasset literas.
Recitare legem, id est, memoriter dicere. Quintil.
Recitare

Recitare librum. Plin. Recitare orationem. Idem.
Recitare rem geſtam.
SVSC Itare, quod ſopitum eſt renouare.
Suſcitare bellū. Cic. Vt bellum ciuile ſuſcitare vellemus.
Suſcitare rationem. Idem: Humilitatem generis obiiciūt nobis, qui nouam rationem ſuſcitant.
Suſcita iſtum, id eſt, excita. In Moſtel.
Suſcita, id eſt, expergiſcere. In Mil.
Suſcita aliquē ſomno. In Mil. Quę me ſomno ſuſcitent.
Suſcitare aliquem ad ſuum officium. In Rud. Non illum expectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitare officium.

CINGO.

Cingere, circundare. Gell. Scuto pedeſtri & gladio Hiſpanico cinctus. Vergili. 2. Aeneid. Et inutile ferrum Cingitur.
Cingere caput conſeſſum corona. Cic.
Cingere, baccare frontem. Vergil.
Cingere ſaltū. Pli. Cum eum ſaltū venatores cinxiſſent.
Cingere indagine. Verg. Aenei. 2. Saltusq́; indagine cingunt, id eſt, ferarum inquiſitione.
Cingere vrbem muro. Liu. Muro lapideo, vrbem quam nondum munierat, cingere parat.
CINGItur, id eſt, parat ſe. In Amphitr. Cingitur certe, expedit ſe.
ACCINGO vel OR, vtrunq; dandi caſum aſciſcit ſed prius frequenter pronominalem accuſatiuum interponit.
Accingi ferro. Verg. 2. Hic ferro accingor rurſus.
Accingere ſe itineri, ſeu ad iter.
Accingere operi. Vergi. 2. Accingunt omnes operi.
Accingere prædæ. Verg. Illi ſe prædæ accingunt.
SVCcingere, eſt circundare.
SVCcingi factionibus. Aſcon. Factionibus armatorum ſuccincti, id eſt, armatorum manu ſtipati.

Succincta Carthago portubus. Cice.

CLAMO.

Clamare, odiose est vociterari In Adel. Clamant omnes indignissime factum esse. Ibidem: Et clamo sæpe.

Clamare alicui de via. In Andr. Illis quæ sunt intus clamat de via.

CLAmitare, frequentatiuum. In Andr. Clamitent me sycophantam hæreditatem persequi. Idem: Quid clamitas?

Clamitare sæpe. In Adel. Venit ad me sæpe clamitans.

ACCLAmare alicui. Cic. Non metuo, ne mihi acclametis, id est, ne mihi assentiamini. Idem: Populus cũ risu acclamauit ipsa esse.

CONclamare, vna multos clamare. Cæs. Tum suo more conclamauerunt, vti aliquis ex nostris ad colloquium prodiret.

Conclamare auctionem, publicare. In Men. Vis conclamari auctionem fore?

Conclamatum est, id est, transactum ac finitum. In Eun. Desine, iam conclamatum est.

Conclamatur ad arma, id est, classicum canitur. Cæs.

Conclamata vasa. Cæs. Noctu, neq; cõclamatis quidem vasis flumen transiit, id est, clam abiit priusquam castra vt mutarentur, significatum erat. Idem. Vasis militari more conclamatis.

Non conclamatis vasis abire, est insalutato hospite discedere.

Solent enim potores argẽta vasa quibus vsi sunt, priusquam abeant hospiti tradere. Cæs.

DEclamare caussas. Cic. Antea declamitabant caussas.

Declamare ad fluctum. Idem: Ad fluctum aiunt declamare solitum Demosthenem.

EXclamare, voce magna clamare. In Adel. Illa exclamat, abi abi. Exclamare gaudio. In Phorm.

Exclamat maxima cum voce.

Exclamare maximum. In Most.
INCLAmare, est voce altiori aliquem vocare. Cice. Comitem illum suum inclamauit semel & sæpius. In Truc. Hic me inclamabit, si aspexerit. Val. Maxi. Seruos inclamauit.
Inclamare, pro conuitiis & clamoribus insectari. In Cistel. Nolito acriter eum inclamare. In Asin. Nimis ægre risum continui, vbi is hospitem inclamauit, id est, obiurgauit. In Sticho: Tuos inclama, tui delinquunt, id est, reprehendas.
Inclamare alicui. Cic. Metuo ne mihi inclametis, id est, reprehendatis.
PROclamare. Liuius: Horatii patre proclamante, id est, vociferante.
RECLAmare, aduersari, contradicere. Cic. Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est.

CLAVDO.

Claudere Asiam. Ci. Nostras res in actis pferri a d t certo scio, tuas autem ignoramus, tanq̃ clausa sit Asia.
Claudere agmen. Cęs. Expeditæ cohortes nouissimum agmen claudebant.
Claudere benignitatem. In Eunu Nuncubi meam benignitatem sensisti in te claudier? id est, negari.
Claudere commodum, id est, impedire. In Andr. Nolo tibi vllum commodum in me claudier.
Claudere consuetudinem. Cic. Et in ipsius consuetudinem, quã adhuc meus pudor mihi clausit, insinuabo.
Claudere cor egeno, est non misereri pauperis.
Claudere fata sua, est mori.
Claudere fores. Clausum est mihi iter.
Claudere latus læuum alicui, a sinistris sedere.
Claudere literas. Cic. Vt illius temporis atrocitatem recordari possitis, claudite literas.
Claudere manus auxiliares egeno, non iuuare.
Claudere mare. Cic. Adhuc clausum mare scio fuisse.

Claudit vespere Olympum, id est, finit diem. Verg. Ante diem clauso componet vesper olympo.

Clauditur orbis terrarum alicui. Ver. Quibus tot funera passis, Cunctus ob Italiã terrarum clauditur orbis.

Claudere quicquã pectore, est occultare. Murmel. Non probo eos homines, aliud quàm pectore clausum: Promptum aliud blando semper in ore ferunt.

Claudere rem familiarem. Ci. Nec ita claudenda est res familiaris, vt eã benignitas aperire non possit, id est, non adeo auarum esse decet.

Claudere riuos. Vergi. Claudite iam riuos pueri sat prata biberunt. i. satis iocatum aut fabulatum est.

Claudere saltus, circumire. Vergil. Nymphæ nemorum iam claudite saltus.

Claudere viscera egeno, non misereri inopis.

A pœnis in angustiis clausus est. i. coarctatus. Plin.

Clausa consilia, id est, secreta. Cic. Quod habere clausa non potuerit sua consilia de Verre.

Clausis Musarum ianuis discunt, qui difficulter discunt.

Claudere pro vacillare, claudicare. Salu. Nihil socordia claudebat, id est, nõ egit socordem. Idem: Neq; ignorantia claudit res, id est, per ignorantiam res non infirmatur.

CLAVdicare aliquid. Cice. Actio paulum cum vicio vocis tum etiam ineptiis claudicabat.

Claudicare rem. Idem: Totaq; res vacillat & claudicat.

Claudicare in re. Cice. Nec in vllo officio claudicare.

Concludere, in vnum multa claudere.

Concludere aquam. Cicero. Conclusa aqua facile corrumpitur.

Concludere facinus crudelitate. Idem: Inuenietis id facinus natum a cupiditate, auctum per stuprum, crudelitate perfectum atq; conclusum.

Concludere orationem, finire. Idem: Ad illam primam redeamus, eamq; ipsam concludamus aliquando.

Concludere

Concludere rationem. Cic. Hoc modo rationem poteris concludere.
Concludere ex. Idem: Ex quo concluditur &c.
Cõcludere ſe in cellam. In Adel. Me in cellam aliquam cum illa concludam.
Concludere in vnum diem multa. In Eunu. Tot res, tantas, tam opportune in vnum concluſit diem.
Concluſus in cauea itidem vt pulli gallinacei. In Cur.
Cõcluſum in cornu Vulcanum gerere, eſt lucernam ferre. In Amphit.
Concludere huc. Terent. Vt ab illa excludar, huc concludar.
DISCLVdere aliquid ab aliquo. Cæſ. Aruernos ab Heluetiis diſcludit, id eſt, ſeparat, diſiungit. Verg. Diſcludere Nerea ponto.
EXCLVdere, prohibere ingreſſum, eiicere. In Eunu. Ego excludor, ille recipitur. Ci. Eiicere vos magnum fuit, excludere facile eſt, id eſt, reditum prohibere.
Excludere amicitiam. Cicer. Multorum opes excludunt præpotentium amicitias fideles.
Excludere loco. Cic. Amicitia nullo loco excluditur.
Excludere oculos In Pſeud. Excludito mihi hercle oculum, ſi dedero effodito. Teren. Vel oculum exclude, alii legunt exſculpe.
Excludere aliquem præmiis, honoribus. Cice. His præmiis & his honoribus excluſos eſſe fideliſſimos.
Excludere ſeruitutem. Lucilius: Qua virtute ſeruitutem excluſerit.
Excludere ſe ſeruitute. Actius: Qua virtute hic ſe ſeruitutem excluſit.
Excludere ſpem. Ci. In quo ſpe pacis incluſa, ipſa victoria futura eſſet acerbiſſima.
Excluſi tempore, temporibus, aut temporis puncto, ſpatiis, vel anguſtiis, pro impediri. Cæſar. Tempore excluſus non venit. Cicer. Anguſtiis temporum exclu-

 duntur

duntur omnes, id est, temporis importunitatem veni re aut ire nequeunt.

Excludere aliquid ab aliquo. Cic. Aut me abs te excludere posset, id est, prorsus abducere.

Excludere ab re frumentaria. Cæs. Aut ab re frumentaria Romanos excludere, aut abductos inopia ex prouincia expellere possent, id est, impedire.

Excludere aliquem foras. In Eun. Exclusit hunc foras.

Excludere, in cubando pullum emittere. Colum. Columbæ excludunt vigesimo die.

Excludere, refellere. In Merc. Quod illi displicet, facile excludunt cæteri.

INCLVdere. Plin. Aestate incluso frigore riget.

Includere aliquid orationi suæ. Cic.

Includere vocē Ci. Me dolor debilitat, includitq; vocē.

Includere in carcere vel in carcerem aliquem. Cicero. Consule in carcere incluso. Idem: Includuntur in carcerem condemnati.

INCLVdi in compagibus corporis. Cice. Dum sumus inclusi in his compagibus corporis.

Iucludere animum in corpore. Cic. Si iam tum cum eris inclusus in corpore eminebit foras.

Includere opinionem in definitiones. Cic. Opinionem quam in omnes diffinitiones inclusimus, volunt esse imbecillem assensionem.

Includere orationem in epistolam. Cice. Penè orationem in Epistolam inclusi.

Includere aliquid scyphis aureis. Cice. Ita apte in scyphis aureis includebat, vt ea ad illam rem nata esse diceres, id est alligabat.

INTERcludere est quasi iter claudere. Vergil. Sæpe illos aspera ponti Interclusit hyems.

Intercludere aliquem aliqua re. Cæs. Commeatibus nostros intercludere insistunt.

Intercludere inimicis commeatum. In Mil.

Intercludere

Intercludere aliquem flumine. Cice. Flumine sanguinis meum reditum intercludendum putauerunt.

Intercludere aliquem re frumentaria. Cicer. Siue eo quod re frumentaria intercludere posse confiderent.

Intercludere fugam alicui. Cæs. Itinerum angustiæ multitudini fugam intercluserant.

Intercludere iter. Idem: Neq; subsidio veniri, neque cõmeatus supportari interclusus itineribus posset.

Intercludere uias. Cic. Intercludere omneis seditionum vias.

Intercludere aliquem ab aliqua re. Cæs. Vt Cæsar ab exercitu intercludatur.

OCCLVdere, contra aliquid claudere, vt ædes, fores, ostium. Plaut. Oclusit ostium ancilla. In Aul. Occlude fores ambobus pessulis.

Occludere libidinem contumeliis. In And. Dumq; eius libido occlusa est contumeliis, id est, impedita.

Occludere linguam alicui In Mil. Tibi tuopte consilio occludunt linguam. In Trin. Occlusisti linguam, nihil est qui respondeam.

PRAEcludere, idem quod occludere. Cæs. Crebris arboribus succisis omnes introitus erant præclusi.

RECLVdere est clausa aperire. In Aul. Arcam reclusam reperi. In Cap. Reclusit armarium.

SECLVdere iter. Cice. Iter est seclusum a consilio deorum.

Secludere vitã corpore, sibi mortem consciscere. Plaut.

Secludere, id est, excludere. Vergil.

Soluite corde metum Teucri, secludites curas.

(CLARO)

Declarare horas, id est significare. Declarato illo esse Romæ Cic.

Declarant præsentiam sæpe diui suam, id est, ostendunt. Idem.

Declarare virtutem & voluntatem suam. Cice.

(CLINO)

(CLINO.)

Declinare deorſum aliquid flectere, vel vitare.

Declinare laqueos. Cice. Atq; illam beluam iudicii laqueos declinantem iam irretitam teneret.

Declinare nocitura. Idem: Declinetq; ea quæ ei nocitura videantur.

Declinare periculum. Aſco Cum poſſet omne periculū ſuum, & offenſionē inimicę multitutidinis declinare.

Declinare telum. Saluſt. Nec, ſi viri eſtis declinatura eſt telum ipſum ſacroſanctæ veſtrę autoritatis.

Declinare vitium. Cice. Quibus vitiis declinatis.

Declinare a loco aliquo. Idem: Arbitrantur eum a Capua declinaturum.

Declinare a malis. Cice. A malis natura declinamus.

Declinare ab officio. Idem: Quis huic ignoſcat, ſi qua in re ipſe ab religione officii declinarit?

Declinare ab ingenio. In Hec. Neue declinatam ab aliarum ingenio vllam reperias.

Declinare de via. Ci. Pauxū ad dexterā de via declinaui.

Declinare extra viam. In Aul. ego modo declinaui paululum me extra viam.

INCLINARE, eſt pendere.

Inclinare diem. Cice Inclinato iam in poſt meridianum tempus, die. i. vergente iam ſole in poſt meridiem.

Inclinari fortunam. Cic. Ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacentem deſciſcere.

INCLInari iudicem. Cice. Vt iam inclinato reliqua incumbit oratio.

Inclinari rem. Cice. Laboratur vehementer inclinata res eſt.

Inclinare Rempub. Saluſt. Vbi paulum inclinata Reſpub. agitari cœpit.

Inclinari voluntatem. Cice. Magna eſt autem comitiis conſularibus repentina voluntatem inclinatio, id eſt, mutatio, propenſio. Idem Inclinatione voluntatis propendeat

propendeat in nos.
Inclinare se ad aliquem, sequi. Idem: Quam vellem vt te ad Stoicos inclinasses.
Inclinabo me cum libertate tua, vbi coeundi actum honestè exprimit Plautus.
Inclinare ad pacem. Cic. Cum sententia senatus inclinaret ad pacem & fœdus faciendum.

CAENO.

Cœnauit apud me i mei generi Crassipedis hortis. Ci.
Cœnare alienum. In Per. Alienum cœnabit, nihil gustabit de meo.
Cœnare magnum malum. In Asin. Cœnabis hodie vt dignum est, magnum malo.

COLO.

Colare, per colum aut secerniculum purgare, vt colare aurum.
Colare culicem, est nimis superstitiosum esse. Adag.
COLERE agrum, hortum, rus, terram, uineam. &c. exercere.
Colere aliquem, amare. Salust. Ipse a suis coli posset, In Adelph. Et nos coluit maxime.
Colere aliquid. Terent. Forma impulsi nostra, nos amatores colunt. In Heaut.
Colere amicitiam. Cice. Vtilitatibus amicitias colimus.
Colere bene meritos est magis quam remunerari. Cice. Vt bene meritos colas.
Colere deum, magistratum, parentes, præceptores, superos &c. venerari, in honore habere.
Colere æquum & bonum, seruare ęquitatem. In Men. Qui neq, leges, neq; æquum & bonũ vsquam colũt.
Colere fidem, iustitiam. Cic. Vt fidem colere & iustitiam retinere discerent, id est venerari.
Colere familiam. In Adel.
Colere formam, faciem, se est ornare. Plau. Quin tu te colis, antequam exeas domum?

Colere gentem, cohibitare. Cic. Quam colere gentem nunc instituam?
Colere hospitium. Cic. Si hospitio clientelas, cognationes, affinitates castè colendas esse dicemus.
Colere omne genus hominum. In Pœn.
Colere memoriam beneficii. Cic. Memoriam beneficii vestri colam beneuolentia sempiterna, id est, perpetuò meminero.
Colere medicinam animi. Idem: Animi medicina nec tam desiderata sit antequam inuenta, nec tam culta postquam cognita.
Colere mores. Sal. Domi militięq; bõi mores colebant.
Colere mores alicuius populi, est illorum more viuere. In Cassina.
Colere officium In Stich. Illi officium suum nõ colunt.
Colere pietatem. In Hecy. Quod potero faciam tamẽ vt pietatem colam.
Colere quæstum suum, est suo commodo & lucro studere. In Pœn.
Colere se inter se. Ci. Neq; colent se inter se, ac diligẽt, sed etiam verebuntur. Colere societates. Cic.
Colere seditiones, amare. Plin.
Colere seruitutem apud aliq. alicui seruire. In Pœn.
Colere victum, pati. Cic. Nunc planè nec ego victum, nec vitam illam colere possum.
Colere vitam, viuere. In Bacch. Vix colo vitam.
Colere vitam breuem. In Pseud. Hic quidem homines tam breuem vitam colunt.
Colere vitã vio, & victu ꝓbo, delicatè viuere. In Most.
Colere virtutem.
Colere ventum, est inanem operam sumere. Adag.
Colere arcem, domum, vrbem, inhabitare. Plaut. Hanc domum iam multos annos est, quum possideo & colo. Verg. Pallas quas condidit arces Ipsa colat.
Colere regiones Acheronticas, apud inferos habitare. In Bacch.

In Bacch Regiões colere mallem ego Acherõticas.

ACCOLO, iuxta habito. Plin. Persæ rubrum mare ſemper accoluere.

EXCOLO, eſt orno. Marmore parietes excolantur. Plin.

Excolere animum moribus, mentes, ingenia puerorum literis, vitam virtute.

Excolere ad humanitatem. Cic. Quibus ex agreſti immaniq; vita exculti ad humanitatẽ, & mitigati ſum⁹.

INCOLO, inhabito. Cic. Quem locum incolunt.

Incolere ſedem. Cic. Excellenti tumulo ciuitatis ſedem Capitolii in ſaxo incolitis conſtitutam.

Incolere vitam. In Heaut. Ille vitam incolit inopem.

RECOlere, meditari, repetere. In Mercato. Antiqua recolam.

Recolere artes. Cic. Ad eas artes, quibus a pueris dediti ſumus celebrandas, inter noſq; recolendas.

Recolere animo. In Tri. Hæc ego quum ago cum meo animo & recolo, vbi qui eget, quam pretii ſit parui.

Recolere ingenia. Pli. Ingenia noſtra nunc hac nunc illac meditatione recoluntur.

Recolere ſtudia. Cic. Quantum alii tribuunt tempeſtiuis conuiuiis, quantum deniq; aleæ, quãtum pilæ, tantum ego mihimet ad hęc ſtudia recolenda ſumpſero.

COLORO.

Colorare aliquid. Ci. Sentio orationem meam illorum cãtu quaſi colorari, id eſt, venuſtiorem reddi. Idem: Quaſi colorata oratio.

DECOlorare, pallidum facere. Cic. Corpore decoloratum conſtat fuiſſe.

COMMODO.

Commodare, eſt commodum dare. Cic. Cui, ego quibuſcunq; rebus potero, libentiſſime commodabo. Idem: Quicquid & cõmodaueris, erit mihi gratum.

Commodare, eſt rei alicuius vſum pręſtare, ſiue eadem

restituatur, siue pro ea aliud, contra Vallam, qui dicit commodari tantum vestes, libros, vasa, equos, &c.

Commodare facultates. Cice. Mutandis facultatibus & commodandis nulla re egeremus.

Commodare pecuniam. Ascon. Quibus pecuniæ com modatæ sunt.

Commodare loquelam. In Cist. Commoda loquelam iam tuam, id est, loquere nobis.

Cōmodare operam, iuuare. In Rud. Quur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat?

Commodare præsentiam. Asco. Pręsentiam suam com modat amico.

ACCOMmodare, est adiungere, applicare. Sunt qui vtuntur pro commodato dare, sed non satis Latine.

Accommodare coronam ad caput. Cic. Coronam sibi ad caput accommodanti.

Accommodare clypeum ad dorsum, infigere, iniicere. In Trin.

Accommodare curam auribus, est diligenter & attente audire Quintil.

Accommodare intentionem scribentis. Plin.

Accommodare orationem ad aliquem. Cicer. Ad vos exacuendos accommodaui orationem meam.

Accommodare se ad Remp. Idem: Qui se ad Remp. & ad magnas res gerendas accommodauere.

Accommodare sumptus ad mercedem. Ci. Vt sumptus huius peregrinationis accōmodet ad mercedem Argileti & Auentini. i. non plus impendat hac peregrinatione, quę capiat ex Argileti & Auentini locatiōe.

Accommodare tempus litis orandæ. Idem Vt orandæ litis tempus, quoad per leges liceat, accommodet.

Accommodare in. Cice. Quid in plures caussas potest accommodari.

Accōmodare de. Idē: vt ei de habitatione accōmodes.

INCOMmodo, noceo, incommodum do. In Andr.

Magis

Magis id adeò mihi vt incommodet, q̃ vt obsequatur gnato. Ci. Vt quum ipsi nihil alteri scientes incõmodarent, nihil ipsis iure incommodi cadere possit.

COMMVNICO.

Communicare, cõmune facere, participare, impartire.

Communicare alicui consilium, doctrinam, factum, rei scientiam, est aperire. In Andr. Nonne prius communicatum?

Communicare alicui ęs, lucrum, operam suam, victum, est impartire.

Communicare ciuitatem. Cic. Nunq̃ est intermissa a maioribus nostris largitio & communicatio ciuitatis.

Communicare gloriam. Idem: Quantum tribuere alteri in communicanda gloria debuit.

Communicare aliquem mensa. In Mil. Communicabo te semper mea, id est, vnà mecum accũbes, eisdemq; vesceris quibus ego.

Communicare pericula amici, est secum amico committere periculo. Cic. Si quando aliquod officium extitit amici in periculis aut adeundis aut communicandis, qui est qui id non maximis efferat laudibus.

Communicare cum aliquo. Idem: Postulauit vt aliquem populus daret, qui cum communicaret.

Cõmunicare aliquid cum proximis Ci. Vt si quam præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ consequuti sunt, impertiant eam suis, communicentq; cum proximis.

Communicare caussam suam cum aliquo. Sal. Caussam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse. Cic. Desinant caussam suam cum Chrysogono communicari.

Communicare consulatum cum plebeis. Pli. Nec consulatus cum plebeis communicaretur, acerrime restitit.

Communicare consilia cum aliquo. In Persa: Communicaui tecum consilia mea.

Communicare honores cum aliquo. Cic. Eorum honorum, quos cum proximis communicauit.

Communicare inimicitias cum aliquo. Idem: Mecum inimicitias communicasti, id est, pertulisti.
Communicare iudicia cum aliquo. Cic. Illis censoribus iudicia cum equestri ordine communicata sunt.
Communicare pericula cum periculis aliorum. Idem: Qui velint cum periculis nostris sua communicare.
Communicare prouinciam cum aliquo. In Trin. Cõmunicesq́. hãc mecum meam prouinciam. i. adiuues me.
Cõmunicare sua cum aliquo. Cic. Nihil mihi scito nunc tam deesse, quã hominem eum qui cum omnia, quæ me cura aliqua afficiunt, vnà communicem.
Communicare de officio cum aliquo. Idem: Hoc tempore velle te mecum si propius accessissem, de officio vtriusq; nostrum communicare.
Communicare mecum sæpissime de te solet. Cic.
Communicare inter se de rebus suis. Idem: Hæc (vt spero) breui inter nos communicabimus. Idem: Vt quibus de rebus vellemus, tu tuis, ego meis inter nos communicaremus.

CONOR.

Conari, operam dare, moliri. In And. Ego'ne isthuc conari queam? Ibidem: Scio quid conere.
Conari aliquid fallaciæ. In And.
Cõari alicui obuiã. In Phor. At ego obuiã cõabar tibi.
Conari manibus, pedibus. In And.
Conari cum infinitiuo. Cic. Priusq̃ illa conor attingere. Idem: Qui præsente eo gestum agere conaretur.

CONCILIO.

Conciliare, est parare, acquirere, vel reconciliare.
Conciliare aliquem. In Epid. Conciliauisti nos pulchre.
Conciliare aliquem alteri. Plinius: Ptolomæum regem Alexandriæ consuli Syllæ conciliauit.
Conciliauit animos aliorum sibi. Cic. Proprium hoc statuo virtutis, cõciliare sibi animos hominum. Liuius: Vt animos Aboriginum sibi conciliaret.

Conciliare

Conciliare amicitiam. Idem: Virtus conciliat amicitias & conseruat.
Conciliare beneuolentiam, odiū. Cæs. Fœlicitas rerum gestarum exercitus beneuolentiam imperatoribus, & res aduersæ odia conciliant.
Conciliare dignitatem. Idem: Quibus ex rebus sibi eā dignitatem conciliauit.
Conciliare fidem. Cicer. Quæ motu animorum conciliet in dicendo fidem.
Conciliare gratiam. Idem: Neq; quò Cn. Pompeii gratiam mihi per hanc caussam conciliari putem.
Cōciliare nuptias. Cic. Easq; nuptias M. Cic. cōciliarat.
Conciliare pacem. In Heaut. Exeo ergo, vt pacem conciliem.
Conciliare pecuniam. Cicero: Sed pecuniæ conciliandę caussa susceperis.
Conciliare regnum. Cæs. Se suis copiis, suoq; exercitu illis regna conciliaturum confirmat.
Conciliare voluntatem alicuius. Cic. Ad eorum voluntatem mihi conciliandam.
Conciliare a patre pacem. Plaut. Qui à patre eius conciliarem pacem.
Conciliare aliquem ad aliquem. In Mil. Vt se ad eum conciliarem.
Conciliare de aliquo nugas. In Tri. Si quid ego addidero amplius, eo conductor melius de me nugas conciliauerit.
Conciliare in libertatem aliquem. In Epid. Sororem in libertatem idem opera concilio mea.
Conciliare inter aliquos affinitatem. In Trin. Meus gnatus me ad te misit, inter se atq; tuos affinitatem vt cōciliarem.
Conciliare inter aliquos pacem. Cicer. Pacis inter ciues conciliandæ te cupidum esse lætor.
INCONciliare, est comparare, commendare, vel per

dolum decipere.
Inconciliare aliquem. Plaut. Inconciliasti eum qui mandatus est tibi, id est, disperdisti.
Inconciliare copias omnes meas. Plaut. pro diuellere.
Inconciliate dixit Plautus, quod Terentius male conciliare, pro ignaue & nihili.
RECONciliare, est interruptam gratiam resarcire.
Reconciliare aliquem alicui. Cic. Animum patris sui sorori tuæ reconciliauit.
Reconciliare æmulas ciuitates, verè principis est. Plin.
Reconciliare existimationem iudiciorum. Cice. Adduxi hominem in quo reconciliare existimationem iudiciorum amissam, redire in gratiam cum Popu. Rom. satisfacere exteris nationibus possetis.
Recõciliare gratiã. Idem: Vt agerem quàm diligentissime cum Lucio, de vestra vetere gratia reconciliãda.
Recõciliare voluntatem alicuius. Cic. Omissa omni contentione, reconciliataq; voluntate nostra.
Reconciliare in libertatem aliquem. Plaut. Si huius huc reconciliasso in libertatem filium, id est, restituam in libertatem.

CONCINNO.

Concinnare, est aliquid parare, siue aptè inter se componere.
Concinnare aream. Plaut. in Asin. Auceps quando concinnauit aream, effundit cibum.
Concinnare liuorem alicui. In Truc. Iam liuorem scopulis isthoc concinnas tuis.
Cõcinnare lutum. In Rud. Si sapiam hoc quod me mactat, concinnem lutum.
Concinnare munus. Cice. Nactus in nauigatione nostra pusillum laxamenti concinnaui tibi munusculum ex instituto meo, id est, composui.
Concinnare se leuem suis. In Trin. Nunquam erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem.

Concinnare

Concinnare viam. In Stich. Tranquillam viam concinna id est, expedi. Concinnare ftruices patinarias.
Concinnare vestem. Plaut. Ego tibi hanc hodie probè lepideq; concinnatam referam tempori. In Men. Vt concinnandam darem.
Concinnas tu tuam vxorem ex abitu lachrymantem, id est, plorare facis. In Amphit.
RECONcinnare, est reficere.
Reconcinnare ædificium. Cic. Tribus locis ædifico, reliqua reconcinno.
Reconcinnare vestem Plaut. Pallam illam ad Phrygionem deferam, vt reconcinnetur.
Reconcinnare detrimentum. Cæſ. Diuturni laboris detrimentum ſolertia & virtute militum reconcinnatur.
CONCIONOR.
Concionari aliquid. Cic. Quod quum Lepidus concionaretur.
Concionari cum aliquo. Idē: Qua cū erat concionatus.
Concionari de aliquo. Cice. Etiam de te concionantur.
CONDIO.
Condire cœnam.
Condire orationem. Cic. Duo ſunt quæ condiant orationem, verborum numerorumq; iucunditas.
Condire negotium. Idem: Et ipſe conditor totius negotii guttam aſpergis huic balbo.
Condire conſulatum. Cic. Vt ei iam exploratus & domi condutus conſulatus videretur.
CONniuere, viſum diſſimulare.
Conniuere ſomno. Conniuere in hoīum ſceleribus. Ci.
CONSVLO.
Conſulo tibi, id eſt, conſiliū do, datiuū crebrius habet.
Conſulere alicui, eſt eius commodo proſpicere. In Heaut. Quid de me fiat, paruipendis, dum illi conſulas. Cic. Ego tibi ab illo conſuli mallem.
Conſulere alicui aliquid. In Perſ. Illi homines mihi ne-

ſcio quid mali conſulunt.
Conſulere boni, eſt iudicare, facere, æſtimare. Ouid. Tu tamen hæc quæſo conſule miſſa boni.
Conſulere commodo priuato.
Conſulere commodis literarum.
Conſule meo, tuo liberorum commodo.
Conſulere æqui boniq;. Quintil.
Conſulere famæ, id eſt, facere vt bene audiamus.
Conſulere fortunæ. Cice. Tuum eſt conſulere temporibus, & incolumitati, & vitæ, & fortunis tuis.
Conſulere ingenio. i. dare operam eruditioni parandę.
Conſulere iræ, eſt facere quod ſubita bilis præſcribat. Saluſt. Neue iræ veſtræ magis conſulatis quàm famę.
Conſulere libidini ſuæ, eſt facere quod quis velit.
Conſulere opibus, parare, conquirere.
Conſulere pudori. Cice. Satis'ne ergo pudori conſulat, ſi quis ſine teſte libidini pareat?
Conſulere quæſtui ſuo.
Conſulere rationibus ſuis. Cicer. Vt quibuſcunq; rebus poteris, (poteris autem plurimis) proſpicias & conſulas rationibus meis.
Conſulere rei domeſticæ aut familiari.
Conſulere rebus meis, tuis. Conſulere Reipub.
Conſulere ſaluti meæ, tuæ, ſuæ, omnium.
Conſulere ſtudiis cõmunibus, eſt dare operam vt bonę literæ ſuum ſeruent vigorem. Conſulere tẽporibus.
Conſulere tergo ſuo, eſt ne vapulet curare. In Aſi. Tergo & cruribus conſuluit haud decorè.
Conſulere valetudini meæ, tuæ.
Conſulere vitæ meæ, tuæ, ſuæ, omnium.
Conſulere votis ſuis, eſt perficere quod quis velit.
Conſulere aliquem, conſilium petere. In Men. Si me conſulas.
Conſulere aliquid. Terent. vt id conſulerem.
Conſulere aliquid amicos: In Men. Ibo & conſulam hanc

hanc rem amicos, quid faciendum censeant.
Consulere aurem, est harmoniæ iudicium ad auditum reuocare: vt Consule aures tuas.
Consulere Apollinem. Pli. Apollinē de bello cōsuluit.
Consulere commentarios, est quærere quo pacto rem ipsi exposuerint.
Consulere coniectorem. In Amphi. Tiresiam coniectorem consulam quid faciendum censeat.
Consulere Delphica oracula.
Cōsulere doctiores, iudices, pceptorē, senatū scriptores
Consule vires tuas.
Consulere ab re, quod inutile est suadere. In Trin.
Consulere ad aliquid. Cæs. Alter agere omnia ad præscriptum, alter libere ad summam rerum consulere debet.
Consulere de aliquo bene vel male, est bene vel male eum accipere, tractare, & agere cum eo cōmodè aut incommodè. Liuius: De perfugis grauius q̃ de fugitiuis consultum, id est, durius tractati sunt perfugæ. Idem: De nullis, q̃ de vobis, acerbius consuluerunt, id est, nullos acerbius acceperunt & tractarunt.
Consulere de se grauius. Cic. Quintum fratrem ames, ne'ue quid eum patiare grauius consulere de se, q̃ expediet sororis tuæ filio, id est, noxium & exitiosum sibi consilium capere.
Consulere de salute suorum. Idem: Neq; ego tãtum fraterno amori dandum arbitror, vt quisquam de salute suorum consulat, communem relinquas.
Consulere in aliquem, male eū accipere & tractare. Liui. In humiliores crudeliter libidinoseq; cōsulebatur.
Consulere in commune, est in cōmune cōmodum prospicere. In And. Id oro te, in commune vt consulas.
Consulere in longitudinem, in futurum prospicere. In Heaut. Vbi te vidi animo esse amisso, neq; consulere in longitudinem.

Consulere publicum. Plin. Quod intermissum iam diu morem in publicum consulendi reduxissem.

Consulere in se aliquid male. In Heaut. Pessime isthuc in te atque in illum consulis, id est, pessime tibi & illi prospicis.

Consulere alicui optime. In Phorm. Qui mihi consultum optime velit esse.

Consulere alicui male, damnum ei inferre. In Asin. Dicebam pater, ne matri consuleres male.

Consulere aliquid grauius, est aliquid perniciosum constituere & exequi. Liui. Vbi nunciatum est Scipioni, ne quid æger animo ferox iuuenis grauius cõsuleret, accitum eum solatur, id est, ne sibi mortẽ cõscisceret.

Cõsulere absq; adiecto, est deliberare. In Adelph. Post consulam.

Consultum non est. In Ruden. Neq; quò eam, neq; quã quæram, consultum est.

Consulto opus. Salust. Priusquam incipias, consulto: & vbi consulueris, maturè facto opus est.

CONsultare, est quum aut plures de re vel rebus deliberant, aut vnus secum de duabus aut pluribus deliberat rebus.

Senatores consultant. Vtrum horum malis aggredi, tecum consulta.

Consultare aliquid. Liui. Ad hæc consultanda. Salust. Quam quid in illos statuamus, consultare.

Consultare aues. Plin. Vna erat in limine mora consultare aueis, reuererié; numinum monitus.

Consultare consilio, est vnà cum alio consilium capere. In Trucul.

Consultare corde male, mala cogitare. In Trucul. Male corde consultare, bene loqui lingua.

Consultare Reipublicæ, quod commodum est, suadere. Salust.

Consulere de re. Idẽ: Qui de rebus dubiis consultant.

Consultare

Consultare ex re sua, suo commodo prospicere. In Asi na. Si quidem ex re consultas tua.

CONTAMINO.

Contaminare, est aliquid lutulentis manibus attingere. Transfertur ad alia.

Contaminare fabulas. In Prol. Andr. Atq; in eo disputant, contaminari non dicere fabulas.

Contaminare iudicium. Cic. Iudiciisq; corruptis ac contaminatis paucorum vitio, ac turpitudine.

Contaminare personam. Idem: Aut quàm plurimis vitiis contaminabit personam.

Contaminare spiritum. Idem. Frontis tuæ nubeculam, tum collegæ tui contaminatũ spiritũ pertimescerem?

Contaminare se culpa. Cic. Non imprudentiæ se defendet, sed culpa contaminabitur.

Contaminare se maleficio. Idẽ: Vt intelligatis, fingi nullum maleficiũ posse, quo iste sese non contaminarit.

Contaminare se parricidiis. Cic. Quos nondum tantis parricidiis contaminatos vix ferebam.

Contaminare se vitiis. Idem: Nam qui se humanis vitiis contaminassent.

Contaminare vitam. In Eunu. Ne hoc gaudium contaminet vitam ægritudine aliqua.

CONTINVO.

Continuare opus. Cæsar: Operibusq; in circuitu oppidi continuatis.

Continuare verba. Cicero. Verbis continuandis vocem quoq; adaugere oportebit.

COPVLO.

Copulare vel copulari deponentaliter. Plaut. in Aulu. Copulantur dexteras. In Epi. Caue sis cum filia mea hanc copulari.

Copulare futura cum præsentibus. Cic. Cum præsentibus futura copulet, omnemq; complectatur vitæ consequentis statum.

Copulare ſermonem cum aliquo. Plaut. Sermonem nō biſcum tibi copulat.

COQVO.

Coquitur cœna. In Sti. Curaui, cœna cocta vt eſſet.
Coctum eſt mox prandium. In Ruden.
Cocta poma decidunt, id eſt, mitia. Cic.
CONcoquo barb. digero. Var. Ideóq; facilius conco- quitur.
Concoquere odium. Ci. Vt eius iſta odia non ſorbeam ſolum, ſed etiam concoquam.
DEcoquo, valde coquo. Var. Decoquantur duæ par- tes. i. ad tertiam partem conſumantur ad ignem.
Decoquere aquam. Pli. Decocta erat pars quarta Liui.
Decoquere anni multum, id eſt, diminuent, atterent.
Decoquere muſtum ad tertias & ad quartas.
Decoquere intranſitiue, eſt ſua dilapidare. Cice. Tenes ne memoria prætextatum te decoxiſſe. Idem: Quā uis qui fortunæ vitio, non ſuo decoxiſſet.
Decoquere conſilium. Saluſt. Conſilia nefarii facinoris in ampliſſimi ciuis M. Leccę domo decoquebantur, id eſt, habebantur.
EXCOquere malum alicui. Plaut. Vſq; domi ero, dum excoxero lenoni malum.

(CORDARE.)

Concordare cum aliquo. In Phor. Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblecte, id eſt, cō uenies cum illa.
DIScordare cum aliquo. Ci. Quo minus a ſeipſo diſ- ſidens, ſecumq; diſcordans.
Diſcordare inter ſe. In And. Qui ſcis eos nunc diſcor- dare inter ſe.
REcordari, eſt reminiſci.
Recordari, rei, rem, & de re dicimus.
Recordari bella. Cice. Vt pedeſtres naualesq; pugnas, vt bella a ſe geſta triumphosq, recordentur.
Recordari cogitādo. Idem: Vt omittatis de vniuſcuiuſ- que

que casu cogitando recordari.
Recordari diligentiam. Cic. Est operæpretium diligentiam maiorum recordari.
Recordari externa. Idem: Externa libentius in tali re, quam domestica recordor. i. mentionem facio.
Recordari secum. Cice. Nolite a me commoneri velle, nobismetipsi vobiscum recordamini.
Recordari de. Idem: De illis recordor.
Recordari in cogitatione. Cice. Qua in cogitatione & cooptatum me ab eo in collegium recordabar.

CREO.

Creare consules. Plin.
Creare cædes. Cice. Monent ne per optimatum discordiam dissensionemq; patribus principibusq; cædes, pericula creentur.
Creare commoditates. In Pœn. Mihi commoditates creas, barb. Facis mihi magnum placitum.
Creare errorem. Cic. Nonunquam etiam errorem creat similitudo.
Creare ærumnas. In Mil. Venter creat omnes has ærumnas.
Creare fraudem alicui. In Mil. Tuis nunc cruribus, capitiq; fraudem capitalem hinc creas, tibi iam vt pereas.
Creare imperium. Cic. Quod maius imperium a minore creari non sit ius.
Creare lites. In Pœn. Hodie doctiores non sunt qui lites erant, q̃ hi sunt, qui si nihil est litium, lites serunt.
Creare magistratum. Cęsar: Qui creatus annuus. Cice. Scipio & Figulus quod augures iudicassent eos vitio creatos esse magistratu se abdicauerunt.
Creare odium. Cæs. Magnum fuerit hoc vectigal, maius tamen odium creabit.
Creare prętorem. Ci. habemus non modo Consſ. a Pr. sed ne prætores quidem crearius esse.
Creare quatuor viros, idem est quod magistratum creare

re.Idem.
Creare periculum. Cice. Nemini periculum creaui nemini innocenti fui calamitati.
Creare voluptatem inimicis. In Caſſin. Meis inimici voluptatem creauerim.
CREAtor vrbis Romę Romulus. Cic.
PROcreare periculum alicui. Cice. Si mihi periculum procrearetur ab eo.
Procreare liberos lepidum eſt onus. In Mil.
RECREARE, inſtaurare, reficere.
Recreare ciuitatem. Cic. Eadem recreata ad xii. Calen. Maii, te huc venire, quàm ſe ad te ire malebat.
Recreare ſe. Idem: Me recreat & reficit Cn. Pompeii ſapientiſſimi & iuſtiſſimi viri conſilium.
Recreare ſe a timore. Cæſ. Qui vt paululum ab illo timore ſeſe recreauerunt.
Recreare vrbes. &c.
Recreare vocem. Idem: Et cum recreandę voculę cauſſa neceſſe eſſet mihi ambulare, hæc dictaui ambulās.

CREBRESCO.

Crebreſcere maius fieri.
INCREbreſcere diſciplinam. Cice. Proxime ad noſtram diſciplinam illam veterem, non ad hanc quæ nunc increbuit, videntur accedere.
Increbreſcunt mores deteriores in dies. In Merc.
Increbreſcere numerū. Ci. Nunc apud oratores iam numerus increbuit. i. numeroſior facta eſt priſca oratio.
Increbreſcere ſermonem. Idem: Quoniam nonnullorum ſermo iam increbuit.
PERcrebreſcere famam. Ci. Pręſertim quū hæc omnino fama de noſtrorum hominum auaritia & cupiditate percrebuerit.
Percrebeſcere aliquid ſermone. Idem: Quæ non modo Romæ ſe & apud exteras nationes omnium ſermone percrebuit.

CREPO

CREPO.

Crepare, sonitum ędere, intransitiue. In Adel. Foris crepuit. In Eunu. Sed fores crepuere ab ea.

Crepare intestina. Plaut. Dic mihi, nunquam tibi intestina crepant?

Crępare cum accusatiuo, prædicare.
Horat. Sulcos & vineta crepat mera.

Crepare pauperiem, conqueri. Idem. Quis post vina grauem militiam aut pauperiem crepat?

CREpitare dentibus. In Rud. Clare crepito dentibus.

Crepitat mihi venter. In Amph. Vacuus mihi venter crepitat.

CONcrepare. Teren. Ostium concrepuit abs te.

Concrepare scabella. Cice. Deinde scabella cõcrepant.

Concrepare armis. Cæs. Conclamat omnis multitudo, & suo more armis concrepat.

Concrepare digitis. In Mil.

DIScrepo, dissono. Cicero: Vt in fidibus aut tibiis, quamuis paululum discrepent, tamen id a sciente animaduerti potest.

Discrepare ab aliquo. Idem: Animorum contentione, non opinionũ dissentione me ab eo discrepare. Idẽ: Si qua re discrepuit ab Antonii diuisione.

Discrepare cũ aliquo. Cice. Intellige facta eius cũ dictis discrepare.

INCREpare, transitiuum, incusare, reprehendere.

Increpare aliquem. Plin. Legatos grauiter increpuit.

Increpare aliquem maledictis. Salust. Maledictis increpabat omnes honos. i. insectabatur.

Increpare aliquem auaritiæ. Suet. Auaritiæ singulos increpans.

Increpare aliquid in aliquem, exprobrare. Salu. Illa quę paulò antè hoc bellum in Cn. Pompeium victoriamquè Syllanam increpabantur, obliuio sustulit.

Increpare

Increpare pro ſonare abſolutum eſt. Cic. Simul vt increpuit diſcus. Idem: Quicquid increpuiſſet, pertimeſcentem.

Increpare fores. In Amphit. Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum diminuam caput.

Increpare ſuſpitionem. Ci. Simul atq; increpuit ſuſpitio tumultus, artes illico noſtræ conticeſcunt.

INCR Epito, arguo, conuitior, clamo, maledico. Vergil. 12. Hoſtis amare quid increpitas?

Increpitare aliquem vocibus. Cæſ. Primum irridere ex muro, atq; increpare vocibus.

PER crepare re aliqua. Ci. Locum illum literis percrepare totum, mulierum vocibus, cantuq; ſymphoniæ.

CRESCO.

Creſcere pleruq; augmenti verbum eſt.

Creſcere amicos alicui. Cic. Ex quo intellectum eſt mihi abſenti creuiſſe amicos.

Creſcere amorem. Iuuenal. Creſcit amor nummi quantum ipſa pecunia creſcit.

Creſcere animos aliquibus. Ci. Quum ſocii pertimuiſſent, hoſtium opes animiq; creuiſſent.

Creſcere annonam. Cæſar. His tamen omnibus annona creuit.

Creſcere cupidinem. Oui. Creuerunt & opes, & opum furioſa cupido.

Creſcere æs alienum alicui. Cice. Metuiſſes ne æs alienum tibi creſceret.

Creſcere ætatem. In Merca. Par eſt ætas, vnà creuimus, pares ætate habemus viros.

Creſcere hæreditate C. Galeonis hæreditate creui.

Creſcere hyemem. Oui. 11. Aſpera creſcit hyems.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops. Horat.

Creſcere licentiã. Salu. Poſt vbi paulatim licentia creuit.

Creſcere morbum. Cicer. Et aduenientes, & creſcentes morbos intelligunt.

Creſcere

Crescere malo alterius. Salu. Qui malo Reipub. creuerant, iugulari iussit.

Crescere opes, pecuniam: vide, amorem, animos.

Crescere rumore aliquid. Cic. Vna expectatio muneris, quę & rumore nonnullorum, & studiis sermonibusq; competitorum creuerant.

Crescere vmbras. Verg. Et sol discedens crescentes duplicat vmbras.

Crescere de aliquo. Cice. Si videor hic, quod ego non quæsiui, de vno isto voluisse crescere, isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit.

Crescere ex aliqua re. Idem: Ex qbus possem crescere.

Crescit in arborem virga.

Crescit in virum integrum, perfectum, puer.

Crescentibus annis. i. in ipso adolescentiæ principio.

ACcrescere aliquid cum aliquo. Ter. Per ego te deos oro, & nostram amicitiā Chreme, quæ incepta a paruis cum ætate accreuit simul.

DEcrescere valetudinem. In Curcul. Valetudo decrescit, accrescit labor.

Decreuere greges, cùm cadit agna frequens. Martialis.

EXcresco. Col. Si satis excreuerint, iugo supponantur.

SVCcrescere alicui. Cic. Non enim ille mediocris orator vestræ quasi succrescit ætati.

CRIMINOR.

Criminari aliquid, accusare. Cic. Iam enim non libet omnia criminari.

Criminari aliquem. Idem: Cælium criminatur. In Eunu. Hanc metui ne me criminaretur tibi.

DIScriminare, rem vnam in duas partes diuidere. Cic. Hetruriā discriminat Cassia. s. via. i. discludit, separat.

CRVCIO.

Cruciare, affligere. In Eun. Quæ nos semper omnibus cruciant modis.

Cruciare

Cruciare aliquem. In Heaut. Nimis grauiter cruciat adolescentulum, nimisq; inhumane.
Crucior bolum tantum mihi ereptum tam subito è faucibus. In Heaut.
Cruciari bile. In Merca. Mala bilis cruciat me atq; exagitat.
Cruciat meum cor corpusq; facinus illud. In Mil.
Cruciari ægritudine. In Bacch. Vt ipsus se cruciat ægritudine.
Cruciare se. In Eunu. Ne crucia te obsecro anime mi.
D I Scrucior amore. In Casina.
Discrucior animi. In Adelphis.
E X C R Vciare aliquem. In Eunu. Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Excruciare aliquē animi. In Mil. Ne animi illā excrucies. In Epi. Filii caussa cœperam me excruciare animi. In Phormione. Tum me Antipho excruciat animi.
Excruciare se aliqua re. In Rud. Hoc sese illa excruciat animi.
Excruciare fame aliquem. Cæs. Fame vinculisq; excruciauerat.
Excruciari fumo. Cic. Amicum fumo excruciatum semiuiuum reliquit.
Excruciari solicitudine. In Heaut. Solicitudinem istam falsam, quæ te excruciat, omittas.

CRVDESCO.

Recrudescit proprie vulnus, id est, renouatur. Ci. Quū hoc tam graui vulnere etiam illa, quæ consenuisse videbantur, recrudescunt.

CVBO.

Cubare, iacere, & proprie quietis capiendæ caussa. Cic. Quorum nemo gustauit cubans.
Cubare cum aliquo. Terent. Si nolit, cogas, vt cum illa vnà cubet. In Amphi. Nunc intus hic cum illa cubat.
Cubare cum ornatu. In Trucul. Cumq; ornatu vt grauida quasi

da quaſi puerperio cubem.
Cubare in carcere. In Rud. Vtinã quum in ędes meas te adduxi primulũ, in carcere illo potus cubuiſſem die.
Cubare, ægrotare. Hor. Cubat hic in valle Quirini.
Cubare in lecto. In Caſina. Eſt & quidam ſeruus, qui in morbo cubat, imò hercle vero in lecto ne qd mẽtiar.
CVBItare cum aliquo. Ci. Tecum ſemper puſio cum maiore ſorore cubitauit.
ACcumbere, vel accubare, iuxta cubare, aſſidere menſæ. Cice. Accubueram hora nona, quum id literarum exemplum in codicillis exaraui. Plau. Locus hic tuus eſt, hic accumbe.
Accumbere ępulis. Vergi. I. Aen. Tu das epulis accumbere diuum.
Accumbere alicui & cum aliquo. In Stich. Vtrum tibi accũbo? ST. cũ ambobus volo. In Aſi. Accubat mecũ.
Accumbit ſuperior. In Moſtel.
Accubare ſcortum. Plautinum eſt. In Men.
Accumbere in ſummo. In Perſa.
CONcumbere cum aliquo. In Hecyr. Aiũt tecum pòſt duobus concubuiſſe eam menſibus.
DECumbo obtinet vtrunq; ſignificatum quod accumbo. In Phor. Prior decumbas. In Aſin. Agedum decumbamus ſic pater. Decumbere in ſulco. Colum.
Decumbere, mori. Cic. Si ſatisfactum iis ſit, ſe velle decumbere.
DIScumbo. In Merc. Diſcubitum noctu vt imus, ecce ad me aduenit qua mulier alia nulla eſt pulchrior.
EXCVbare, vigilare. In Milit. Ego excubantem eam modo offendi domi.
Excubare animo, aduigilare. Ci. Qui ſemper animo ſic excubat, vt ei nihil improuiſum accidere poſſit. Idẽ: Ego excubo animo, nec partem vllam capio quietis, id eſt, vt ego aliquid circumſpicio.
Excubare ad portam. Cæſar. Conſuetudine quotidiana

ad por-

ad portam excubant. Excubare in porta. Sal.

Excubare in agro, in fano. Cic.

INCVbo vel incumbo, insideo, innitor, inhæreo.

Incubare auro. Verg. Defossoq; incubat auro.

Incubare thesauris clausis. Quintilianus.

Incubare ouis & oua dicimus.

Incubare thoro. Verg. Incubuitq; thoro.

Incubare in Aesculapii fano, in lecto, dormire. Plau.

INCVMbere, est intente aliquid agere.

Incumbere baculo. Verg. Incumbens tereti (Damon sic cœpit) oliuæ.

Incumbere remis. Verg. Validis incumbite remis.

Incumbere stylo. Plin. Ceris & stylis incumbit.

Incumbere terræ. Idem: Cardini suo, hoc est vndiq; terræ incumbit. Transfertur ad animum.

Incumbit illi spes, id est, imminet. Suet. Certum erat vni spem successionis incumbere.

Incumbere ad bellum. Cice. Omni studio ad id bellum incumbere.

Incumbere ad recuperandum aliquid. Cic. Ad quæ recuperanda per fortunas incumbe, vt facis.

Incumbere ad salutem. Idem: Quare P.C. incumbite ad salutem Reipub.

Incumbere ad studium. Cice. Incumbamus ad illa præclara studia.

Incumbere ad virum bonum. Idem: Magna est comitiis consularibus repetina voluntatum inclinatio, præsertim cum incubuit ad virum bonum, id est, summo studio deflexit.

Incumbere ad voluntatem. Cic. Pompeius ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. i. totus inclinarat.

Incumbere in aliqua re. Idem: Dicitq; se perfecturum, vt Cæsar in illo incumbat, id est, vt illi faueat.

Incumbere in aliquem, irruere. Cicer. Ab ipsis, qui in te ipsum incubuerunt, te depulsum putas.

Incumbere

Incumbere in caussam communem, est pro virili parte tueri causam cõmunem. Idem: Incumbite in caussam Quirites, vt facitis.

Incumbere in cognitionem, in curam. Cic Incumbe per deos immortales in eam curam & cognitionem.

Incumbere in mare, violenter incidere. Quinti. Magna vis venti in mare incubuit.

Incumbere in perniciem alterius. Cice. Incumbit in eius perniciem.

Incumbere in Rempub. Idem: Vt in Rempub. omni co gitatione incumberes.

Incumbere in studium. Idem: In id studium, in quo estis incumbite.

Incumbere eò. Cic. Facis tu id quidem, & eò maximè in cumbis. In Aul. Nõ eum quo incũbat, eo impellere.

Incumbere eodem. Cice. Idem volunt omnes ordines, eodem incumbunt municipia.

OCCVMbere, est mori. Plaut. Postquam pater oc- cubuit nata est.

Occumbere morti. Vergil. Seu certę occumbere morti.

Occumbere morte. Liui. Ictus claua morte occubuit.

Occumbere mortem. Cic. Vt esset qui pro patria mor- tem non dubitaret occumbere. Alii legunt morte.

Occumbere necem. Sal. Voluntariã occubuisset necem.

PROcumbere, prosterni. Liu. Ipsum fessum via procu buisse. Vergi. Procumbit humi bos.

SECVbo, seorsum cubo. Proper. Miles depositis an- nosus secubat armis.

SVCcumbo, subiaceo, vincor.

Succumbere doloribus. Cic. Succumbere oneri.

Succũbere alicui. Idem: Non succũbã succumbentibus.

Succumbere senectuti. Cic. Nec languescens succumbe- bat senectuti.

CVDO.

Cudere, percutere, ferire, diciturq; a cedo.

Cudere argentum. In Heau. Cudere ferrum.
Cudere nūmos. In Most. Cudere soles plūbeos nūmos
Cudere fabām. In Eunu. Isthæc in me cudetur faba.
Cudere multa misera oculis, oculos corrumpere. In Capti. Oculis multa misera cuditis.
Cudere tenebras. Plaut. Quas tu mihi tenebras cudis?
ACCVDO. In Merca. Treis minas accudere etiam possim, vt triginta fient.
EXcudere libros.
Excudere scyntillam silicis. Vergil.
Excudere artes. Vergil. Vt varias vsus meditando excuderet artes.
Excudere ora: alii excludere legunt apud Colum.
Excudere aliquid de. Cicer. Tibi de gloria excudam aliquid, id est, scribam.
PROcudo, cudendo extenuo. Vergil. Durum procudit arator.
Procudere dolos, comparare. In Pseudo. Meus hic est, procudam ego hinc hodie multos dolos.
RECVdere, ad incudem referre: vt, Sic homo nō potest retexi aut recudi. Varro: Vt ii solant qui vetera metalla recudunt.
Recudere carmē, epistolā, ē emēdare, aut recognoscere.

CVMVLO.

Cumulare, adaugere.
Cumulare benefacta. In Cap. Nunc adest occasio benefacta cumulare, vt erga hunc rem geras fideliter.
Cumulare aliquid aliqua re. Cicer. Nunc meum cor cumulatur ira.
Cumulare gloriam. Idem: Africanus eloquentia cumulauit bellicam gloriam.
Cumulare laudem. Pli. Non ferè quisquam in senatu fuit qui nō me complecteretur, exoscularetur certatimq́; laudem cumularet.
Cumulare laudibus aliquem. Pli. Quæ mihi recordanti est

ti eſt quidem iucũdum, quòd me cum apud alios tum apud ſe tantis laudibus cumulat.

Cumulare officiis aliquem. Plin. Publicæ neceſſitudinis pignora priuatis cumulat officiis.

CVNCTOR.

Cunctari, ceſſare. Liu. Alii dum cunctantur in ripis, inter pugnæ fugæq; conſilium oppreſſi.

Cunctari, dubitare. Sueton. Cunctari ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum.

PERcontari, diligenter inquirere. In Hecyr. Tua quod nihil refert, percontari deſinas.

Percontari aliquid aliquem. In Aulul. Quæſo quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Percontari inſidiis. In Pſeu. Occaſionem reperiſti verbero, vbi percontéris me inſidiis hoſtilibus.

Percontari de. Cice. Ego illum de ſuo regno, ille me de noſtra Repub. percontatus eſt.

Percontari ex. Idem: Quum percontaretur ex auunculã quadam. Plaut. Qui iſthuc in mente eſt tibi ex me vir percontarier?

Percontari, expectare. In Phorm. Percontatum ibo ad portam, quoad ſe recipiat.

CVPIO.

Cupio omnia quæ tu vis. In Perſ.

Cupit conuentũ te. In Curc. Cupio factum, id eſt, fieri.

Cupere nuptias. In Heaut. Cupit te videre. In Truc.

Cupio dare mercedem. In Curc.

PERcupio, notum.

CONcupiſco. Saluſt. Veſtimentũ alicuius concupierat.

CVRO.

Curare & mederi & diligētiã adhibere ſignificat. Hora.

Curare aliquid. In Andr. Id populus curat ſcilicet. Idē: Ego iſthæc moueo, aut curo.

Curare aliquem, vt Quid tu me curas quid rerum gerã.

Curare ad ſeruandum aliquem. In Andr. Cura ad ſer-

uandum vinctum.
Curare adductum. In Andr. Vbi erit, inuentum tibi curabo,& mecum adductum.
Curare aliud. In Phor. Atqui iam repperi, aliud cura.
Curare aliena. In Heauton. Tantum ne est ab re otii tibi aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent?
Curare amicos. In Stich. Amicos meos curabo huc aduenientes id est, tractabo.
Curare amorem. In Rud. Amorem hæc curat, triticum curat Ceres.
Curare boues. In Most. Non sunt quos cures boues?
Curare corpus. Vergilius 8. Fessiq; & equos & corpora curant.
Curare carmina, deos. Vergil. Nihil ille deos, nil carmina curat.
Curare cuticulam, voluptati indulgere. Hora. Incute curanda plus æquo operata iuuentus.
Cura esse quod audis. Horat.
Curare ædes. In Most. Hic iam ædibus vitium additur, bonæ quum curantur malè.
Curare ætatem suam. In Pseu. Qui se suamq; ætatem bene curant, id est, genio indulgent.
Curare ægrotos. In Capt. Curato ægrotos domi.
Curare febrim. Curare faciendum. Terent.
Curare fidem suam. In Trin. Cures tuam fidem, id est, promissum serua.
Curare filium. In Adel. Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Item. Illum curo vnum, ille ad me attinet. Idem: Vnum vis curem, curo, id est, vni cõsulo.
Curare funus. In And. Curabat vnà funus.
Curare histriones, curam gerere. In Amphitr. Iuppiter nunc histriones curet. Curare hydropisim, mederi.
Curare inuentum, diximus apud curare adductum.
Curare iniurias amici. Sal. Quo facilius amicorum iniurias curare licet. i. non pati amicos iniuriis affici.

Curare

Curare ludos. Cic. De curatione ludorum.
Curare literas mittendas ad aliquem, pro disponere.
Curare munus. Verg. Nec munera curat Alexis. In Trucul. Munus te curaturum scio.
Curare morbum, mederi.
Curare mandatum. Ci. Vt mandatum scias me curasse.
Curare negotium, pro facere, vel ire pro negotio.
Curare officium. In Bacch. Vestrum curare officiū, ego officium meum.
Curare parentes, venerari. In Stich. Nunquam enim nimis curare possunt parentem suum filiæ.
Curare partem suam. In Adel. Curemus æquam vterq; partem, tu alteram, ego item alteram.
Curare prandium, apparare. In Men.
Curare pręcepta. In Mil. Hęc præcepta sobriè vt cures.
Curare pecuniam alicui. Cic. Redemptori dimidium pecuniæ curaui.
Curare reduuiam, est in leuioribus negotiis versari, neglectis grauioribus. Idem: Qui tum capiti Sex. Roscii mederi debeam, reduuiam curem. Est autem carū culam, quæ vnguibus supernascitur, circuncidere.
Curare rem familiarem. In Bacch. Rem familiarem curat, custodit domum.
Curare rem alterius. In Amphi. Qui forte te hic absente, tamen tuam rem curet.
Curare rebus publicis: In Trin. Sum insipientior, qui rebus curem publicis potius, quàm id quod proximum est meo tergo.
Curare rebus alienis suo vestimēto & cibo, est suo sumptu aliena curare. In Trucul.
Curare talentum. Cice. ad Atti.
Curare viam. Cic. Curator est viæ Flamine. i. præest.
Curare vocem. Idem: Ratio curandæ vocis petatur.
Curare vulnus.
Curare ab aliquo. Ci. Mulier exclamat ab eo nullo mo-

do curari velle, quo curante suos omnes perdidisset.
Curare vt. Cic. Cura vt valeas. In Adel. Exemplum omnibus curarem vt esses.
Curare diligenter. In Adelph. Si metuis, satis'ne vt meæ domi curetur diligenter.
Curare molliter seipsum. In Adel. Aedepol Syrisce, te curasti molliter.
Curare probè. In And. Curasti probè.
Curare rectè. In Phor. Huic mandes quod quidem curatum rectè velis.
Curare, absolutè. In Andr. Sat est, curabo.
Curabitur, impersonale. In Andr.
ACCVRO, diligenter facio. In Hecy. Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam, accuro.
Accurare aduenientes hospites. In Epid.
Accurare pensum lepidè, est commissa fideliter exequi. In Bacch.
Accurare quod facto est opus. In Casin.
Accurare rem aliquam sobriè & frugaliter. In Pers.
PROcurare administrationem alienarum rerum gerere. Cic. Is procurationes Dionysii.
Procurare arbores. Ca. Eodem modo cæteras arbores procurato. Sic, Procurare infantes. pueros &c.
Procurare corpora. Vergil. 8. Læti bene gestis corpora rebus Procurate viri.

CVRRO.

Currere stadium. Cice. Qui stadium currit.
Currere mare, æquora, salum, pontum, est nauigare. Oui. Currit in immensum parua carina salum. Vergi. 6. Quorum æquora curro.
Currere ad vocem, ad murmur.
Currere in contraria, est nunc hoc nunc illud acceptare, vel idem cum hoc adagio: Cadit in Scyllam, cupiens vitare Carybdim, Hor. Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.

Currere per vias. In Pœn. Haud quisquam hodie nostrum curret per vias.

Currentem incitare, instigare, est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit.

CVRritur impersonale. In Heaut. Ad me curritur.

CVRsare. Cice. Alii per foros cursent.

Cursitare. In Eunu. Ne sursum deorsum cursites.

ACCVRro. In Phor. Accurre huc. In Eunuch. Accurrit ad me quàm longe quidem.

CONcurrere. In Eun. Concurrunt læti obuiam mihi.

Concurrere alicui. Vergil. Audetq; viris concurre virgo, id est, manum conserere.

Concurrere aciem, lancea se exercere. Liu. Diuisas bifariam acies concurrere ad simulacrum pugnæ.

Concurrere opiniones. In Heau. Cõcurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant.

Concurrere verisimilia. In Adel. Tot concurrunt verisimilia, id est, vndiq; accedunt.

Concurrere ad arma. Cæs. Quum ad arma milites concurrissent.

Concurrere cum signis. Salu. Maximo clamore cum infestis signis concurrunt.

Concurrere de iure. Cice. Vt statim de iure aliquis concurrerit, id est, si quis summo iure agat.

Concurrere in aciem. Idem: Repẽte. Antonius in aciem suas copias produxit, & sine mora concurrit.

Concurrere in ius, ad iudices venire. Hor. in Saty.

Concurrere in sententiam. Cic. Et raptim in eam sententiam concurrerunt.

Concurrere inter se milites. Cæs. Cõcurrunt equites inter se, id est, manum conserunt.

Concurrere simul. In Andr. Multa cõcurrunt simul, qui coniecturam hanc nunc facio.

DECVRrere ætatem. Cic. Prope acta iam ætate, decursaq;. In Sticho: Quid mihi opus est, decur-

ſo ętatis ſpatio, cum eis gerere bellum?
Deccurrere exercitum, lancea certare. Liui. Mos erat lu ſtrationis, ſacro peracto, decurrere exercitum. Vergil. II. Ter circum accenſos cincti fulgentibus armis.
Decurrere rogos.
Decurrere ab. Verg 2. Aeneid. Summa decurrit ab arce.
Decurrere ad ſuffragia. Plin. ad tacita ſuffragia, quaſi ad remedium decurrerunt.
Decurrere per. Suet. Eques Romanus elephanto ſuper ſedens, per catadromum decucurrit, id eſt, ſtadium in quo equites decurrere ſolebant.
DIScurrere, per diuerſa currere. Liu. Signo dato iuuentus Romana ad rapiendas virgines diſcurrit.
EXcurrere, celeriter redire. Cic. Fabrum meum tibi obuiam miſi, mandauiq́, vtriq; eorum, vt ante ad me excurrerent, vt tibi obuiam prodire poſſem. Excurremus menſe ſeptembri legati ad Piſonem, vt Ianuario reuertamur. Inde excurſiones militum.
Excurrere aliquò. Plin. Deſtino excurrere iſtò.
Excurrere orationem. Cic. Quid eſt cur claudicare aut inſiſtere orationem maluit, quàm cum ſententia pariter excurrere? id eſt, fluere.
Excurrere ſpatium. Teren. Prope iam excurſo ſpatio.
Excurrere, eſt etiam per fabulam, hiſtoriam, a rei narratione deflectere.
INCVRrere, contra aliquem currere: Liui. Vtrinq; a cornibus poſitos, cum iam pelleretur media peditū ſuorum acies, ita incurriſſe a lateribus ferunt.
Incurrere damnum, iacturam, indignationem, periculū.
Incurrere loca. Brutus: Decurſionibus per equites, quos habet multos, vaſtet ea loca quæ incurret.
Incurrere in aliquem verbis. Trebonius: In quos tanta libertate verborum incurreret.
Incurrere in diſcrimem vitæ, famæ.
Incurrere in difficultatem. Cice. Nihil enim conſtitui poteſt,

teſt, quod nõ incurrat in magnam aliquã difficultatẽ.
Incurrere in diem aliquem. Cic. In quem diem incurrat neſcio, id eſt, incidat. Suet. Natalem ſuum plebeis incurrentẽ Circenſibus, id eſt, in eum diem incidentem.
Incurrere in memoriam rei alicuius. Cic. Incurro in memoriam communium miſeriarum.
Incurrere in odium. Cice. Improbantur hi quæſtus, qui in odia hominum incurrunt, vt portitorum, & fœneratorum. i. qui facile ſibi odium hominum cõparant.
Incurrere in oculos. Idem: In oculos incurrentibus iis quos æquo animo videre non poſſum.
Incurrere in reprehenſionem. Cicer. Non eram neſcius fore vt hic noſter labor in varias reprehenſiones incurreret.
Incurrere in tẽpora ſua. Idẽ. Id ipſum tum eram ſequutus, ne in noſtra tẽpora incurrẽs, offenderẽ quẽpiam.
Incurrere & offendere in tenebris. Idem: Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquã incurrat, id eſt, impingat?
Incurrere in voces hominum. Cice. Incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in voculas maleuolorum, id eſt, meę gloriæ inuident & maledicũt.
Incurrere inter hoſtes. Saluſt. Inter confertiſſimos hoſtes incurrit, ibiq. pugnando confoditur.
Incurſiones facit in fines Romanos. Liuius.
INCVRſant boues cornibus. In Aulula.
Incurſare aliquem pugnis, calcibus. In Pœn.
Incurſare in aliquem. In Bacchid.
OCCVRrere, obuiam fieri. Cice. Non eſſe deiectum eum, cui vi & armis ingredienti ſit occurſum.
Occurrere alicui conſilio, gratia, ſtudio, multis rebus &c. id eſt, prouidere. Cice.
Occurere aliquem alicui. Idem: ſed mihi, cum de ſeneſtute aliquid vellem ſcribere, tu occurrebas, id eſt, in mentem veniebas.
Occurrere

Occurrere consiliis. Cic. Horum ego quotidie consiliis occurro, id est, obuiam eo.
Occurrere expectationi. Idem: Sed ego occuram expectationi vestræ iudices, id est, statim ad id veniam, quò me vocat expectatio vestra.
Occurrere maleuolentiæ. Idem: Maleuolentiæ hominum in me, si poteris occurras.
Occurrere machinationibus. Cæs. Ita operosis Alexandrinorum machinationibus, maximisq. conatibus nõ longi temporis labore occursum est.
Occurrere menti alicuius. Cic. Facilius facta eorum occurrent vestris mentibus.
Occurrere morbo. Persi. Occipiti cæco, posticæ, occurrite sannę. Oui. Venienti occurrite morbo. i. obstate.
Occurrere negotiis. Cic. Siue etiam vltro occuras negotiis, id est, obuiam eas.
Occurrebat oratio tibi, id est offerebat se. Idem.
Occurrere rei alicui. Cic. Tibi turpe est non ei rei sapientia tua te occurrere.
Occurrere sapientiæ alicuius. Idem. Quod possum iudices occurro vestræ sapientiæ, id est, ad id respondeo, quod ad vestram sapientiam attinet.
Occurrere subsidio alicui. Cęsar: Recta subsidio suis occurrerat obuiam.
Occurrere suppetias alicui. Idem: Labienus cum vniuerso equitatu fugiẽtibus suis suppetias occurrit. Idem. Copias hostium iis legionibus occurrere suppetias.
Occurrere veteranis. Cic. Et quibus rebus potest occurri veteranis occurras, id est, prouideri.
OCCVRsare apro. Vergil.
Occursare animo. Plin. Occursant animo mea mortalitas, mea scripta, id est, in mentem veniunt.
Occursare numinibus. Plinius.
PERcurrere. In And. Percurro ad forum. In Heaut. Curriculo percurre.

Percurrere velocibus oculis epiſtolam, eſt curſum legere. Hor.

Percurrere rem breuibus, breuitate, breuiter, eſt paucis percenſere. Percurrere obuiam. In Men.

PRAEcurrere, anteuenire. In Eunu. Abi, præcurre, vt ſint domi parata omnia.

Præcurrere aduentum alicuius. Plin. Scio quæ tibi cauſſa fuerit impedimento, quo minus præcurrere aduentum meum in Campaniam poſſes.

Præcurrere ætatem. Cic. Quę ſtudio & diligentia præcurrit ætatem, id eſt, longe plus preſtat, quam ætas poſtulat.

Pręcurrere aliquem. Idem: Vobis illum tanto minorem præcurrere, vix honeſtum eſt. i. antecellere.

REcurrere, rurſum currere. In Adel. Vbi me illic non videbit, iam huc reccurret, ſat ſcio.

Recurrere in initia lunam. Cic. Neq; ſolum eius ſpecies ac forma mutatur, tum creſcendo, tum defectionibus in initia recurrendo. i. ad ſuum initium redeundo.

SVCcurrere, ſubuenire. Vergil. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. In Adel. paratæ lites, ſuccurendum eſt.

Succurrere lapſis, ægris.

Succurrere, in mentem venire. Cic. Neq; enim mihi ſuccurrebant verba, quæ ante diſceſſum a Dolabella audiebamus. Pli. Quę audiui, quę legi, ſpõte ſuccurrũt.

TRANScurrere ad forum. In Eunuch.

Tranſcurre curriculo ad nos. In Mil.

Tranſcurrere curſum ſuum, idem quod præcurrere ætatem. Cice. Qui ſuum curſum tranſcurrerant.

Tranſcurrit æſtas. Plin. Patiar ergo eſtatem inquietatam nobis exercitamq; tranſcurrere.

CVSTVDIO.

Cuſtodire, conſeruare.

Cuſtodire breuitatem. Plin. Breuitas placet, quam ego

cuſtodiendam

custodiendam esse confiteor.
Custodire discrimina ordinum dignitatemq;. Plin.
Custodire honorem inimici. Idem.
Custodire memoria aliquid. Cice. Posse percipere animo & custodire memoria.
Custodire parsimoniam, & victus atq; cœnarum tenuitatem, parcum esse. Gellius.

DAMNO.

Damnare, crimen speciale in genitiuo vel ablatiuo cum præpositione regit: At generale, magis in ablatiuo, vt scelus, peccatum, crimen: Pœna verò & in ablatiuo & in genitiuo ponitur.
Damnare aliquem ambitus. Ci. Damnatus est ambitus.
Damnare capitis. Cæs. Multi præterea capitis damnati exulesq; conuenerant.
Damnare capite aliquem. Cic. At eum vos iurati capite damnastis. Idē: Capite damnatos, morte mulctauit.
Damnare furti. Cic. Et furti & pro socio damnatus est.
Damnare iniuriarum aliquem. Idem: Qui C. Sacerdote iniuriarum damnatus est.
Damnare laboris. Hor. Dānatus lōgi Sisyphus laboris.
Damnare naturam. Ci. Rerum naturam quàm errorem damnare maluimus.
Damnare peculatus. Idem: Qui ambo peculatus damnati sunt.
Damnare peccati. Ci. Maiores nostri si quam vnius peccati mulierem damnabant.
Damnare rei capitalis. Idem: Quod partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis esse damnatam.
Damnare sceleris. Oui. Parce tuum vatem sceleris damnare Cupido. Cic. Damnasse enim sceleris hominem amicum Reipublicæ caussa videretur. Hoc exēplum aliis discutiendum relinquo.
Damnatus sordium. Plinius.
Damnatus summæ. Liui. Nequaquam tantum relictum

est,

eſt, quantæ ſummæ damnatus fuerat.
Damnare veneficii. Ci. Eam veneficii quoq; damnatam exiſtimabant.
Damnare votis, ad ſibi ſacrificandum aliquem deuincire. Verg. Damnabis tu quoq; votis.
Damnare ad pœnã. Pli. Qui damnati ad pœnam erãt.
Damnare de maieſtate. Cic. Qui de maieſtate damnatus eſt.
Damnari de repetundis. Cice. Quibus damnatis de pecuniis repetundis lites eſſent æſtimatæ.
Damnare de vi. Idem: Damnatis de vi reſtitutio.
Damnare in metallum. Plin. Erat enim faſcibus cæſus, damnatus in metallum, ſtrangulatus in carcere.
Damnare in opus. Idem: Quidam in opus damnati.
Damnare pro ſocio: vide, furti.
CONdemnare aliquem argenti. In Moſt. Tanto apud iudicem hunc argenti condemnabo facilius.
Condemnare crudelitatis. Cic. Crudelitatis tu furcifer ſenatum conſul in concione condemnas?
Condemnare crimine. Cic. Ergo hoc vno crimine illum condemnem neceſſe eſt. Item: Condemnatus eſt aliis criminibus frequentiſſimis.
Condemnabo eodem ego te crimine.
Condemnare falſi, furti. In Trucul. Conuicti & condemnati falſi de pugna.
Condemnare impietatis, iniquitatis. Cæſ. Summę ſe iniquitatis condemnari debere.
Condemnare iniuriarum. Ci. C. Sacerdote prætore condemnatus iniuriarum.
Condemnare maieſtatis. Sueto. Reum maieſtatis apud iudicem fecit & condemnauit.
Condemnare paricidii. Cice. Sceleris atq; nefarii paricidii condemnauimus.
Condemnare rei capitalis, Idem: Qui rei capitalis condemnatus eſſet.

Cōdēnare sceleris. Idē: Etiā sceleris cōdēnat generę suū
Condemnare sponsionis. Ci. Condemnari tamen sponsionis necesse est.
Condemnare sibi. Idem. Hunc hominem Veneri absoluit, sibi condemnat.
Condemnare de alea. Ci. Lenticulam de alea condemnatum collusorem suum restituit.

DEBEO.

Debere obligationem significans, pulchrè & datiuum & accusatiuum asciscit.
Debere alicui æs. In Curc. Diues sum, si non reddo æs, qbus debeo: si reddo illis qbus debeo plus alieni est.
Debere alicui quicquam pro seruitio. In And. Tibi hoc pro seruitio debet.
Debere amicis, deo, parentibus, patriæ, &c. Hora. Qui didicit patri quid debeat, & quid amicis.
Debere amorem. Ci. Quoniam tibi incredibilem quendam amorem, & omnia in te ipsum summa ac singularia studia deberem. Debere amorem parem.
Debere animam, est plura quàm quis sit soluendo, debere. In Phor. Quid si animam debet?
Debere animum. Cic. Reipu. quæ te in me restituendo multum adiuuisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar.
Debere beneficium, eruditionem, fidem, fructum, gratiam, laudem, operam mutuam, pecuniam, pietatem, studium, vitam, &c. Debetur fera meis manibus.
Debere generum. Ouid. Generum mihi filia debet.
Debere morti. Horat. Debemur morti nos nostraq;. Felix qui nihil debet.
Debent opus mercede conducti. Horat.

DEBILITO.

Debilitare. minuere. Cice. Qua debilitantur cogitationes & inimicorum & proditorum.
Debilitare animum. Idem: Amicitia nec debilitari animos

mos aut cadere patitur.

Debilitare ſpem. Cicer. Tua profectio ſpem meam debilitat.

Debilitare veritatem. Cice. Vt multis incommodis veritas debilitata.

DECET.

Decet cum accuſatiuo in plurali. Plau. Satin hæc decēt? Cic. Nec vellet experiri q̃ ſe aliena deceant.

Decet deos opulentia. In Trin.

Decet abs te id impetrari. In Rud.

Decet me his verbis fabulari. In Amphit.

Decet cum datiuo. In Adelph. Imò hercle ita nobis decet. Cicer. Quandoq; id deceat prudentiæ tuæ. Hac phraſi nunc non vtimur.

Dedecet me. Ouid. Admouiq; preces, quarum me dedecet vſus. Idem: Ingenuos dedecuere minæ.

Dedecere in aliquem. Ci. Vt ſi quid dedeceat in illos, vitemus & ipſi.

DECORO.

Decorare, honeſtare. Horat. At bene nummatum decorat Suadela Venusq;.

DEDEcorare aliquē, dehoneſtare. Plaut. Qui dedecorat te, me, amicos, atq; alios flagitiis ſuis.

DELEO.

Delere bella. Cice. Non modo præſentia, verum etiam futura bella deleuit.

Delere copias. Idem: Magnas hoſtium pręterea copias multis præliis eſſe deletas.

Delere dignitatem, equitatis. Cæſ. Equitatusq; cum leui armatura funditus ad internitionem deletus eſſet.

Delere fas omne, honores, ius. Cice. Nequiſſimè nummulis acceptis ius & fas omne delere.

Delere infamiā, iudicia. Idem: Extincto enim ſenatu, deletisq; iudiciis. Delere leges. Ci. Omnes leges deleuit

Delere legiones. Saluſtius. Deletę ad cannas temeritate

ſua

ſua pulcherrimæ Romanorum legiones.
Delere maculam. Cicer. Delenda eſt vobis illa macula. Idem: Magna Pop. Rom. macula deleta.
Delere moleſtiam. Cic. Deleuit enim mihi omnem moleſtiam recentior epiſtola.
Delere morte aliquid. Idem: Homines iam morte deletos reponere in deos?
Delere magiſtratus, memoriam. Ci. Num & memoriam rerum delere poſſumus.
Delere poteſtatem. Idem: Senſit enim deleri non poſſe huic ciuitati illam poteſtatem.
Delere religionem. Cic. Vt Stoicorum magis argumenta confutet, quàm hominum deleat religionem.
Delere ſplendorem. Idem: Vt honores, vt omnis dignitatis gradus, ſic huius ſcientiæ ſplendor deletus eſt.
Delere ſuſpitionem. Cice. Deleatis ex animo ſuo ſuſpitionem omnem.
Delere turpitudinem. Idem: Vos aliquot iam per annos conceptam huic ordinis turpitudinem atq; infamiam delere poteſtis.
Delere veritatem. Ci. Delet veritatem, ſine qua nomen amicitiæ valere non poteſt.
Delere vrbem. Idem. Numantiam delerunt.
Delere ad internitionem aliquid. vide, equitatum.
Delere ex animo aliquid. In Eunu. Deleo omnes dehinc ex animo mulieres.
Delere funditus aliquid. Cic. Cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus ac deleri arbitror.

DEMO.

Demere, detrahere. In Tru. Sex talenta magna dotis demam pro iſtac inſcitia. In Eunu. Aurum ſibi clàm mulier demit. Demere curas.
Demere fidem fabulis, non habere fidem. Sueto.
Demere gaudiũ, lętitiam, voluptatem, non dicimus. Nã vbi de pturbatiõibus animi agiť, niſi in malis vtimur.
Demere

Demere licentiam. Salu. Si sumptum & rapinarum licentiam dem pseris.

Demere metum. Teren. Dempsi metum omnem.

Demere molestiam. In Adelph. Et mihi, & tibi, & illis dempseris molestiam.

Demere soleas alicui, detrahere. In Truc.

Demere solicitudinem. Cicer. Hæc ad te scribo, non vt queas tu demere solicitudinem.

Demere seruitiū. Salu Et Græciæ dempsi graue seruitiū.

Demere vngues, rodere. In Aul. Ipsi pridem tonsor vngues dempserat.

Demere vsum rei. Salust. Si pecuniæ, quæ maxima omnium pernicies est, vsum atq; decus dempseris.

Demere de capite. Ci. Demit d capite Medimna. D. C.

Demere de die solido quicquam, est tempus terere. Horat. Nec partem solido demere de die spernit.

Demere de diuitiis. In Trin. De magnis diuitiis si quid demas, plus fit, an minus?

Demere de hordeo. Plaut. Demā hercle iā de hordeo.

DESTINO.

Destinare, certum terminum constituere, in quacunque re agenda.

Destinare aliquid. Plin. Quum ego idipsum destinassem, addidisti ergo calcaria sponte currenti.

Destinare agere aliquid. Cæs. Infectis iis, quæ agere destinauerat.

Destinare animū mentemq;. Idem: Animum mentemq; perterritam, atq. in fuga destinatam habere.

Destinare annum. Ci. Non est hic annus tibi destinatus, id est, certus non est tuus.

Destinare censores, eligere. Plin. Ego a destinatis censoribus quid sentirem interrogatus.

Destinare diem alicui. Cic. Quum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinasset. i. constituisset.

Destinare ædes. In Mostel. Eas quanti destinat? id est,

quod ei pretium ſtatuit, quanti indicat.
Deſtinare, excurrere. Pli. Deſtino excurrere iſtò.
Deſtinare falces. Cæſ. Laqueis falces auertebant, quas quum deſtinauerant, tormentis introrſus reducebãt, id eſt, cum miſerant, rurſus reducebant.
Deſtinare mori. Pli. Deſtinaſſe Corellium mori.
Deſtinare pati. Plinius: Deſtinatum eſt inquam mihi maritum tuum non multum pati.
Deſtinare puellam, certum pretium offerre. In Rud. Minis triginta ſibi puellam deſtinat.
Deſtinare ſcribere. Plin. Cum hoc ſolum quod requirebas, ſcribere deſtinaſſem.
Deſtinare ſententiam. Cice. Quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibuſdam deſtinatisq; ſentẽtiis, quaſi addicti & conſecrati ſunt.
Deſtinare ad horam mortis. Cic. Ad horam mortis deſtinatam.
Deſtinare de imperio. Suet. De ampliãdo imperio plura aut maiora in dies deſtinabat. i. conſtituebat.
Deſtinare in re aliquid. Cic. Quid oporteat ab ambobus in cauſſa deſtinari.
Deſtinare, deputare. Vergil. Et me deſtinat aræ.

DICO.

Dicare, ad obſequium dare, offerre, quaſi diis dare.
Dicare diem. Cic. Hunc tibi totum dicamus diem.
Dare operam alicui. In Phor. Hanc operam tibi dico.
Dicare proprium alicui. Vergil. I.
Dicare ſtudium ſuum alicui. Cic. Tuum ſtudium dices.
Dicare ſe alicui. Idem: Balbum quanti faciam, quãquam me ei totum dicauerim, ex ipſo ſcies.
Dicare ſe ciuitati. Cic. Non eſſe huius ciuitatis ciues, qui ſe alii ciuitati dicant.
Dicare ſe in. Idem: Nemo vnquam, qui hanc ciuitatem retinere vellet, in aliam ciuitatem ſe dicauit.
ABDIcare filium, eſt bonis priuare, dum pater adhuc viuit.

huc viuit.

Abdicare generum, repudiare. In Andria.

Abdicauit literarum studia, id est, literas reliquit.

Abdicare se consulatu, dictatura, libertate, magistratu, &c. pro defungi.

Abdicare se scriptu. Piso apud Gellium.

DEDIcare, consecrare, diis dicare.

Dedicare bibliothecam. Plinius.

Dedicare simulachrum, aram. Ci. Simulachrum autem, aut aram si dedicasti.

Dedicare theatrum. Ascon. Quibus theatrum a se factum dedicauit.

INDIcare aliquid alicui, aperire. In Asi. Emori ne malim, quàm si hæc non eius vxori indicem. In Aulu. Nunquam indicare id filio voluit suo.

Indicare aliquem, accusare. Plaut. in Men. Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim. In Eunu. Ni miserum etiam patri indicares. Ibidem: Stultum adolescentulum nobilitas flagitiis & eundem indicas.

Indicare reum. Idem.

Indicare amorem. In And. Bene dissimulatum amorem & celatum indicat.

Indicare malitiam suam. Ci. Indicas ô malitiam meam.

Indicare mercem, est æstimare, pretiū rei venalis statuere. In Pers. Indica, fac pretiū. In Aulu. Rogito pisces, indicant caros. Ci. Quum postulasset vt sibi fundus, cuius emptor erat, semel indicaretur.

Indicat res ipsa. In Eunu. & Adel. Res ipsa indicat.

Indicare signum pudoris. In And. Vide num eius color pudoris signum vsquam indicat.

Indicare de. Cato: Si quis indicasset de coniuratione, quæ contra Rempub. facta erat.

IVDICARE, est ius dicere.

Iudicare aliquem, cōdemnare. In Rud. Iterum ille eam rem iudicatam tuam iudicat.

Iudicare animo ſuo. In Adel. Hominem maximi pretii eſſe hodie te iudicaui animo meo, id eſt, ſecundum ſententiam animi mei.

Iudicari alicui, eſt eius cauſſam audire. In Men. Cui iam diuiſum iudicatus.

Iudicare hoſtem. Ci. Iudicetur nõ verbo, ſed re, nõ modo nõ conſul ſed etiã hoſtis. i. loco hoſtis habeatur.

Iudicare ordine. Cicero.

Iudicari pecuniæ. Gell. Quantęq; pecuniæ iudicatæ eſſent prædicabat.

Iudicare de aliqua re. Cæſ. Hic dies de noſtris controuerſiis iudicabit, id eſt, diiudicabit. Cic. Non recte iudicas de Catone.

Iudicare de ſenſu ſuo. Ci. Ego enĩ de meo ſenſu iudico.

Iudicare ex ingenio ſuo. In Heaut. Niſi illos ex tuo ingenio iudicas. In Eunuc. Atq; ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.

Iudicare diſſolutè, non rectè. perperam & cætera. Cice.

ABiudicare, eſt per ſententiam aliquid ab aliquo auferre. Cice. Nulla res cuiuſq; fuit, quæ non imperio eius abiudicaretur. Idem: Vbi plus mali quàm boni reperio, id totum abiudico, atq; reiicio.

Abiudicare libertatem ſibi, pro rennuere. Cice.

Abiudicare ſe a vita, mori. In Aſi.

Abiudicabit nunquàm ab ſuo triobolum, id eſt, nihil de ſuo dabit. In Rud.

Abiudicauit a populo Roma. Alexandriam, id eſt, eam populo Rom. per ſententiam ademit.

Abiudicari ab ordine aliquo. Idem.

Abiudicata a me modo eſt palæſtra. In Rud. id eſt, per ſententiam excidi.

ADiudicare, eſt p ſententiam aliqd alicui tradere. Cic. Nemo dubitat, quin domus nobis eſſet adiudicata.

Adiudicare ſalutem rei alicui. Cice. Vt in ſenatu non ſemel, ſed ſæpe multiſq; verbis ſuis, mihi ſalutem imperii atq;

rii atq; orbis terrarum adiudicarit, id est, vt a me salutem imperii Roma. esse fateretur.

Adiudicare in seruitutem aliquem. Cice. Ipsam Veneri in seruitutem adiudicauit.

DIIVdicare. In Heauton. Ego dicam quod mihi in mentem, tu diiudica?

PRAEdicare, apertè dicere. Salu. Ipsum Crassum ego postea prædicantem audiui &c.

Prædicat amica amatorem. In Asin. pro laudat.

Prædicare auctionem. In Sticho: Adagium: In eo stas lapide, in quo præco prædicat.

Prædicare gloriam, industriam, laudes, munificentiam, nomen alicuius, propria merita est celebrare.

Prædicare gratiam. Cice. Si minus ad referendam gratiam satisfacere potuerim, ad prædicandam & tribuēdam certè satis esse facturum.

Prædicare notis aliquid est iis qui id ipsum norunt dicere. In Pseu. Prædicas notis.

Prædicare orationem. Plaut. Aliam nunc mihi orationem despoliato prædicas, id est, loqueris.

Prædicare pugnas suas. In Epid.

Prædicare uera. In Andr. Hæc vera prædicat.

Prædicare vitium. In Amphi. Quod mihi prædicas vitium, id tibi est.

Prædicare de se aliquid. tribuere. Cice. Ignoscens mihi de me ipso aliquid prædicanti. Terentius. Duras fratris partes prædicas.

VENdicare, vsurpare, suum proprium facere. Et vult datiuum ex pronominibus primitiuis, vt ego hunc agrū mihi vēdico, Quint. Orator totū sibi vendicat.

Vendicare autoritatem. Ci. Si audierit hāc autoritatem grauitatis & consilii sui vendicari a te, id est, vsurpari.

Vendicare curam. Pli. Quam curam etiam si non mandasses, vendicassem, id est, vltro suscepissem.

Vēdicare iure. Ci. Videor id meo iure quodā vēdicare.

Vendicare laudem. Idem: Cuncta ciuitas eam laudem pro sua vendicaret.

Vendicare partem. Cicer. Maximam verò partem quasi suo iure fortuna sibi vendicat.

VINDIcare, est modo vlcisci, modo ab iniuria defendere, liberare.

Vindicare se à crudelitate alicuius. Liuius: A cuius crudelitate vosmetipsos armis vindicastis.

Vindicare se a miseriis. Cicero: Ab eis miseriis, quæ consequutæ sunt, morte vindicasse.

Vindicare aliquid a periculo. Cæs. Naues quas casus ab illo periculo vindicarat.

Vindicare se a seueritate iudicum. Cice. Morte voluntaria se a seueritate iudicum vindicauit.

Vindicare senectutem a vitiis. Idem: Ne ab omnibus eã vitiis videar vindicare.

Vindicare ab interitu. Ci. Nobilissimamq; familiam iam ad paucos redactam penè ab interitu vindicasti.

Vindicare ab obliuione. Idem: Vt laudem eorum iam prope senescentem, quantum ego possem ab obliuione hominum atq; silentio vindicarem.

Vindicare ab solitudine. Cicer. Ab solitudine domum meam vindicarem.

Vindicare se ad suos. Idem: Vt se aliquãdo ad suos vindicaret.

Vindicare de se fortuna. Plin. Seq; de fortunæ præfationibus vindicat.

Vindicandum in eos, qui hosti prodidere Rempublicã. Salust. Item: Nisi vindicatum in noxios, id est, vltum. Idem: Vindicatum est in eos, q cõtra imperium. &c.

Vindicare in dignitatem, in libertatem, in seruitutem, est asserere. Cice. Remp. afflictam & oppressam in veterem libertatem ac dignitatem vindicaturus.

DICO.

Dicere animo præsenti, est intrepidè. In Eunu. Fac animo hæc

mo hæc præsenti dicas.
Dicere animi sententiam, dicere annum, designare.
Dicere alicui, loqui. In And. Tibi ego dico, an non? In Truc. Dicis'ne an non? In Eunu. Dicam huic an non? Ibidem: Dic mihi hoc primum.
Dicere bona sua doti, in dotem promittere. In Heaut. Me mea omnia bona doti dixisse illi.
Dicere bona fide. In Pseu. Bona'ne fide isthud dicis? In Persa; Dic bona fide. In Pœn. Vis bona dicam fide?
Dicere caussam, est prętēdere. In Hecy. Dixere caussam tunc nescio quam. Est & apud iudicem defendere. In Phor. Non caussam dico, quin quod meritus est ferat.
Dicere caussam de capite, de pecuniis repetundis, Cice.
Dicere caussam de incesto. Liuius.
Dicere caussam pro aliquo. In Bacch. Pro tam corrupto dicis caussam filio.
Dicere caussam ex vinculis, est ius suū defendere cum in vinculis est. Cęs. Ex vinculis caussam dicere coëgerūt.
Dicere caussam ex quadam parte. Cice.
Dicere carmina, cantare. Vergil. 6.
Dicere camœna aliquem, laudare. Horat. Prima dicte mihi, summa dicende camœna.
Dicere cœnam, cœnandi locum constituere. In Stich. Nanq. ædepol cœna dicta est.
Dicere copia alicuius, idem quod, pace.
Dicere controuersiam, exponere. Plaut. Plus minus opus quam erat, dixeram controuersiam.
Dicere conuitium alicui. Plaut. Faxo vt scias, quid pericli sit dotatæ vxori conuitium dicere. Vergil. Fumo conuitia dixit.
Dicere contumeliā. Plaut. Quotq; innocenti ei dixerit contumelias. Idem: Contumeliam si dices, audies.
Dicere diem, est trahere in ius. Cice. 3. Offic.
Dicere diem alicui, id est, constituere. In Cap. His diem dicam. Cice. Diem mihi dixerat.

Dicere diem capitis, vel rei capitalis. Liu. Cæson capitis diē dicit. Idem: Rei capitalis diē Posthumio dixerūt.

Dicere diem iuris. In Men.

Dicere diē nuptiis. In Andr. Hic nuptiis dictus est dies, id est, constitutus.

Dicere diem operi. Cic. postquam diem operi dixerat.

Dicere dictatorem, creare. Liu. Cum consul oriente noctis silentio, diceret dictatorem.

Dicere dimidium. Ter. Vix dum dimidium dexteram, intellexerat.

Dicere dolo. Men. Non dicam dolo, ineptè, absq; mendacio.

Dicere æqui boniq;.i. bona fide, aut iusta ratione. In Phor. Si tu aliquam partem æqui boniq; dixeris.

Dicere factum. In And. Quasi tu dicas factum id consilio meo.

Dicere falsum, mentiri. In Casin. Quæ omnia facta dixi huic, falsa dixi.

Dicere futurū. In Amph. Tragœdiam dixi futurā hanc.

Dicere bona fide. In Pseu. Bona ne fide isthuc dicis.

Dicere horam alicui, designare.

Dicere hymnum, est laudare aut canere.

Dicere id quod res est, aut dicere ita vt res est.

Dicere id quod videtur.

Dicere inducias. In Curc. Inducias occœpi dicere.

Dicere ioco. In Amph. Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi, Ter. Iocon an serio illæc dicat, nescio.

Dicere ius, iustitiam exequi. Ci. Qui anno ante Romæ ius dixerat.

Dicere ius ex syngrapha, id est, secundum syngrapham. Cicero.

Dicere interuallo. Idem: Nisi interuallo dixisset, ipsi prodeant.

Dicere legē præscribere. Hora. Dicta tibi est lex. Liui. Quando perinde ac victo iam sibi leges dicerentur.

Dicere

Dicere leges pacis Vergi.12.
Dicere loco idoneo. Cic. De qua dicetur idoneo loco.
Dicere loco & modo. Idem: Vt loco dicat, id est, rogatus: vt modo, ne sit infinitus.
Dicere mendacium, mentiri. In Amph. Si dixero mendacium, solens meo more fecero.
Dicere modos, canere. Dicere modo diximus.
Dicere modo vno omnia. Cice. Omnia fore vt similiter atq; vno modo dicerentur. Dicere mulctam. Pli.
Dicere nugas. In Heauton. Magna iam conatu magnas nugas dixerit, id est, ex industria nugabitur. In Casin. Nugas isthic dicere licet.
Dicere nummos, promittere. Salust.
Dicere pacem alicui. Ascon. Carthaginensibus bello secundo dicta est pax.
Dicere pace alicuius. Cice. Hoc pace dicam tua. Idem: Pace vel Quirini vel Romuli dixerim.
Dicere pecuniam doti dare. Cice. Doti Valeria pecuniam omnem dixerat. Dicere preces horarias.
Dicere prælium, describere. Horat.
Dicere prologum. In Phorm.
Dicere rationem. Plaut. Rationem dicam, quia qui alterum incusat probari, ipsum se moneri oportet.
Dicere rem ipsam, vt res est.
Dicere sententiam. Cice. Cum vero iurato sententia dicenda sit meminerit deum se adhibere testem.
Dicere sententiam per tabellam. Salust.
Dicere sententiam in aliquem. Cice. Is quum honorificentissimam in me sententiam dixisset.
Dicere salutem articulate. Idem.
Dicere sacramentum vel sacramento, iurare. Hor. lib. 2. Ode 17. Cæs. Milites Domitianos sacramentum apud se dicere iubet, id est iusiurandum dare.
Dicere sales scommata.
Dicere signa. Ouid. 3. Metamor. Signa tibi dicam, tu cō-
dita

dita mente teneto. Dicere tempus designare.
Dicere testimonium vel testimonia, testificari, probare. Cicero.
Dicere testimonium, in vel contra, vel aduersus aliquē grauiter. Cice.
Dicere testimonium de auditione, id est, ex eo quod audis.
Dicere testimonium de coniuratione, de scelere, improbitate, audacia ambitu alicuius. Cicero.
Dicere testimonium secundum fidem & religionē. Idē.
Dicere vale, supremum vale. Ouid. 6. Metamorph.
Dicere venia alicuius. Dicere vera. In Pseud.
Dicere verba peccantia. Ouid. 7. Metamorph.
Dicere verbo vno. In And. Quin tu vno verbo dic.
Dicere versus. Cice. Versus sæpe in orationem per imprudentiam dicimus, id est, dicendo facimus.
Dicere vitium alicui. Terent. Reddi autem patri, cui tu nihil dicas vitii, superbum est, id est, quam merito in nulla re accuses.
Dicere venturum. In Heau. Quum venturam dixero.
Dicere a principio. Cicero: Dixeram a principio, de Repub. vt sileremus.
Dicere ad aliquid. Idem: Dicendum est mihi igitur ad ea, quæ sunt a te dicta.
Dicere ad ætatem. Idem: Ea quidem, quę adhuc dixisti, quamuis ad ætatem rectè isto modo dicerentur, id est, accommodarentur.
Dicere ad iudicem. Cice. Ad stantem iudicem dicunt.
Dicere ad summam. Idem: Ad summam dic M. Tulli.
Dicere ad veritatem. Cic. Nisi hii omnes multa ad veritatem admirabilia dixissent. i. vera prædixissent.
Dicere ad voluntatem alicuius. Idem.
Dicere aduersus aliquem. In Amph. Mirum quinte aduorsus dicat.
Dicere, apud prætorem, In Pers. Illic dicam apud prætorem,

tórem, id est narrabo.

Dicere de pecuniis repetundis, de capite, de incesto, ex vinculis, ex quadam partem caussam, diximus.

Dicere cum aliquo, id est, loqui. Plaut. Cum quo bellatos Mars haud ausit dicere.

Dicere de auditione, quære, dicere testimonium.

Dicere de opinione. Plau. Hic nisi de opinione certum nihil dico, id est, quod opinor.

Dicere de peccatis alicuius. In Heaut. De illius peccatis plura dicet. Dicere de omni re. Cice.

Dicere de se. In Eunu. Omitte de te dicere. Cice. Sed nihil de me.

Dicere de scripto, citare aliquid, vel declamare ex scriptis. Item: Ita enim dixisti, & quidem de scripto.

Dicere ex syngrapha aliquid: vide, dicere ius.

Dicere ex animo quicquam. Terent. Vtinam isthuc verbum ex animo ac verè diceres.

Dicere ex loco inferiore. Cic. Q. Catulum ex inferiore loco iusserat dicere.

Dicere ex tempore. Plin. Dicit semper ex tempore, id est, sermonem non præmeditatum habet.

Dicere in aurem. Dicere in vtranq; partem. Cice.

Dicere in aliquem grauius, conuitiari. Terent.

Dicere in sententiam. Ci. In eam sententiam quum multa dixisset.

Dicere inter nos. Idem. Quod inter nos liceat dicere. In Adelph. Dictum inter nos hoc fuit.

Dicere intra, se pro cogitare: scripturæ sacræ Tropus.

Dicere per imprudentiam, vbi dicere versus habetur.

Dicere per iocum. Plaut. Scis iamdudum hac me dixisse per iocum.

Dicere pro aliquo caussam, habes apud dicere caussam.

Dicere pro certo. Ci. Aut ego certo discedere audeam.

Dicere pro testimonio. Idem: Neq. dixi quicquam pro testimonio.

testimonio.

Dicere-positũ cum iis aduerbiis reperimus, aceruatim, adstrictius, angustè, amicè, articulatè, atticè, aliouersum, breuiter, circumscriptè, clanculum, clarè, cõmodè, contentè, criminosè, directò, elatè, enualeatè, grauiter, grauius, grauissimè, impolitè, incisè, inclementer, imperitè, inconditè, iniustè, leuissimè, lectissimè, minutè, nimium, sæpè, nimis, admirabiliter, parum, planè, plenè, plenissimè, præcisè, pressè, primum, pulchrè, secus, sedulò, seriò, sordidè, subitò, summissè, verè, veteratoriè, vicissim.

Dicere iunctum aduerbio cum, non caret elegantia. Cice. Sæpe enim soleo audire Roscium, cum ita dicat se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem, pro audire dicentem.

Dicere si. In Trin. Dicis, si facies modo.

Dicere vt. In Eunu. Vt apparenter dicam. Ibidem: Nihil dixit tum, vt sequerere sese. In Merc. Dico vt res est.

Dicere, subaudito vt. Plautus. Dicam partiant, pro vt partiant.

Dicere volui, vulgò, putabam dicere. In Mil. Illud dicere volui. In Eunu. Nesciebam id dicere illam, id est, voluisse dicere.

Dixi, hoc vtimur perorata caussa. In Phor. Dixi Phormio. Item: Dixi Demipho.

Diceret, id est, dicere posset. In And. Diceret, qđ feci?

Dicere, pro insonare, historicum & poëticum est. Verg. Taratantara dixit.

Dicere, pro loq: recurre ad dicere alicui, & dicere cum.

Dicere, nominare. Verg. Est locus, Hesperiam Graii cognomine dicunt. Martial. Patriæ diceris esse pater, id est, vocaris.

Dictu nihil facilius. In Phor. Nihil est dictu facilius.

DICtare, alio scribente prælegere. Cicer. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset, sed dictaui propter lippitudinem.

pitudinem. Idem: Hanc epistolam dictaui in rheda.
Dictare actionem, impingere dicam. Iuris vox est.
Dictat ratio multa. Plin.
Dictare rationem, subducere. In Amphit. Vt rationem te dictare intelligo.
Dictare testamenta, pro suo arbitrio disponere. Plin.
DICTITAre aliquid. In Heaut. Tum quòd maleuolas poëta dictitat. Idem: Non es obsecro, quem semper te esse dictitasti?
ADDIcere, est licitanti rem auferendam permittere. Cice. Fundus addicitur Ebutio, id est, adiudicatur.
Addicere animum amabilitati, amare. In Pœn. Qui amabilitati animum diceret.
Adducere aues alicui, dicuntur quum approbant facienda. Liuius. Fabio auspicanti aues semel atque iterum non addixere.
Addicere bona alicuius, proscribere, licitantibus obiicere. Cic. Eorum bona in publicum addicebat. Quint. Rus, seruulos & omnia vtiliora properanti festinatione parentis addixi. Suet. Amplissima prædia minimo addixit, id est, frusto panis vendidit.
Addicere familiam prætor dicebatur, quando debitorem tradebat in potestatem creditoris. In Pœn. Vbi in ius venerit, addicet prætor familiam totam tibi.
Addicere fidem pretio. Cice. Flagitiosum ob rem iudicandam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religionem.
Addicere filium, condemnare. Plin. Quum ipso iudicii die superuenisset, & filiam iam addictam videret.
Addicere fortunas alicuius. Idem: Vt ciuis optime meriti fortunas prouinciarum, fœdere addiceres.
Addicere meretricem alicui, vendere. Plaut.
Addicere morti aliquem. Cic. Is qui morti addictus esset, id est, condemnatus.
Addicere sanguinem alicuius. Cice. Eius ipsius domum euertisti,

euertisti, cuius sanguinem addixeras, id est, vendideras quasi sub hasta.

Addicere sententiam. Idem: Cum te neq; frequens senatus agendo de vendita atq; addicta sentenria mouere potest.

Addicere se alicui, dedere. In Bacch. Ducite nos quocunq; lubet, tanquam vobis addictos quidem.

Addicere se amori. In Pœn. Ne tuo nos amori seruos esse addictos censeas.

Addicere se cupiditati. Cic. Quæ corpus suum addixerit turpissimæ cupiditati.

Addicere se intemperantiæ, petulantiæ. Idem: Nuda cupiditati petulantiæq; addicatur.

Addicere se legibus. In Capt. Quasi fundum vendam meis me addicam legibus.

Addicere seruituti aliquem. Cæs. Omnem Galliam prosternere, ac perpetuæ seruituti addicere.

Addicere supplicio aliquem. Cic. Non tamen sententiis prius iudicum cōuinceretur, q̃ supplicio addiceretur.

Addicere vastitati omnia. Idem: Mihi ista omnia addicta vastitati videntur.

Addicere in publicū aliqd: positū, apud addicere bona.

BENEdicere. In Eunu. Bene dixisti, ac mihi istuc non in mentem venerat. In Adel. Omnes benedicunt, id est, laudant.

Benedicere, in sacris literis, est bene cominari, bene velle, benefacere. Benedicere deo, est ei benefacere.

CONdicere, promittere, denuntiare, confirmare.

Condicere alicui. Cic. Quum mihi condixisset, cœnauit apud me. id est, venturum se promisisset.

Condicere alicui cœnam, conuiuium, prandium, symposium. Sue. Cœnam ea lege condixit, ne qd ex consuetudine immutaret, id est, se conuiuam fore spopōdit.

Cōdicere inducias, statuere. Iustinus: Inducias quas proprio nomine condixerat, &c.

Condi-

Cōdicere locum. Idem: Hi per epistolas inuicem se con firmantes, locum tempusq. coëundi condicant.

Condicere nuptias, hymenæos.

Condicere operam. Pli. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc albo .i. quum hoc opus suscepi.

Condicere ad cœnam, In Stich. Eo condictum symbolum ad cœnam, id est, denũtiatum vt omnes in vnum conferant aliquid ad apparandam cœnam.

Condicere diem cum aliquo, est iudicio diem constitue re. Gell. Condictus dies cum hoste.

E D Icere, publicè demandare, & est propriè magistratum. Vergili. 10. Principio sociis dicit. Horat. Edicta rum : ent Iulia. In Eunu. Dico, edico vobis, nostrum esse illum berilem filium. Ibidem: Edico tibi.

Edicere comitia. Cice. Comitia sine mora futura videntur, edicta sunt ad X I. Calend. Febr. in eum diem quasi iussa.

Edicere ne. In Hecyra. Edicam seruis, ne quoquam efferri sinant. In Eunuc. Edicit ne vir quisquam ad eam adeat.

Edicere, diuulgare. Cic. Curabo edicendum, & proponendum locis oĩbus. In Pseu. Iam edicam omnibus.

Edicere pro dicere. Plin. Edicas quid absumpseris.

I N D Icere, denunciare quid faciendum sit.

Indicere bellum alicui. Liui. Latinis bellum indico. Pallas Marti perpetuum indixit bellum.

Indicere bellum aut certamen cantus, cursus, luctæ, digladiandi, præliandi, scribendi. Verg. 7. Ouid. 6. Me tamorpho.

Indicere bellum diuitiis, ignauiæ, somnolentiæ, ventri, voluptati. Cicer. Ne omnino bellum indixisse videar voluptati. Hora. Ventri indico bellum.

Indicere bellũ artib⁹, bõis morib⁹ ciuilitati, virtutib⁹ &c.

Indicere concilium. Cæs. Indictas inter se conciliis. Idẽ: Totius Italiæ concilium Bibractæ indicitur.

Indicere dies festos.

Indicere forum, leges statuere. Ver. 5. Indicitq; forum.

Indicere funus, euocare homines per præconem ad funus. Cæsar: Funere indicto rogus extructus est. Cic. Funestum funus te indixisse Reipub.

Indicere honorem. Verg Diuũ templis indicit honorẽ.

Indicere ieiunium. Horat.

Indicere iustitium. Liui. Iustitium indici iussit.

Indicere iter, profectionem, legationem. Verg. 7. Ergo iter ad regem polluta pace Latinum Indixit primis iuuenum.

Indicere legem sibi. Cic. Legem sibi indicunt innocentiæ, continentiæ, virtutum omnium, id est, imponũt.

Indicere mercatum. Cice. Tanto mercatu prætoris indicto, concurritur vndiq; ad istum.

Indicere operam, negotium, iniungere.

Indicere pactionem. Ascon. Interpretes, per quos indicitur pactio.

Indicere spectacula, ludos faciundos publicare. Liuius. Indici finitimis spectaculum iubet.

Indicere tributum populo, a populo exigere. Liui. Tributo populo indicto.

Indicere venditionem. Cæs. Vt qui eorum bona redemisset, se bonorum venditionem indicturum.

Indicere verecundiæ alterius aliquid. Plin. Onerosum nescio qui verecundiæ tuę cõsensus noster indixerat.

INTERdicere, datiuum cum ablatiuo frequentissime rogit. Ci. Iubent ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua & igni interdici. Pli. A qua & igni interdixit ei, qui in leges suas non iurasset.

Interdicere domo alicui. Sueton. Alteri ob ingratum & maleuolum animum.

Interdicere sacrificiis. Cæs. Si qui eorum decreto non steterint, sacrificiis interdicunt.

Interdici passiue. Cice. Vt M. Tullio aqua & ignis interdicatur?

dicatur? Sueton. Hi quibus magistratus prouinciæ interdicerentur.
Interdicitur, impersonale. Cicero. Male rem gerentibus patriis bonis interdici soles. Plinius: Prisco in biennium Italia interdictum est.
Interdicere præmium. Cice. Qui se opponat periculis nõ modo nullo ꝓposito pręmio, sed etiã interdicto.
Interdico datiuum cum accusatiuo rarius admittit. Liui. Fœminis duntaxat vsum purpuræ interdicemus. Sueton. Interdixit histrionibus scenam.
Interdicere cum accusatiuo & ablatiuo. Cęs. Omni Gallia Romanos interdixisset.
Interdicere pro obstare cum solo datiuo. Cice. Cui nemo interdicere possit.
Interdicere ne. In Hecy. Interdico, ne extulisse extra ædeis puerum vsquam velis.
MALEdicere, cum contemptu loqui. Cic. Optimo & clarissimo viro fugitiui ore maledicere.
PRAEdicare. In Andr. Hoc primum in hac re prædico tibi.

DIGNOR.

Dignari, dignum iudicare seu habere. Cicero. Quæ secundum naturam essent, ea sumenda & quadam æstimatione dignanda docebat.
Dignari honore. Vergil. Haud equidem tali me dignor honore. Ouid. Quos quoniam cœli nondum dignamur honore.
Dignari aliquem alloquio, amicitia, literis suis. Vergil. Nec deus hunc mensa dea nec dignata cubili est.
Dignari passiue. Cice. Qui apud nos hoc nomine dignantur, id est, digni habentur. Vergi. Coniugio Anchisa Veneris digna te superbo.
DE Dignari simplici contrarium. Vergili. Quos ego sum toties iam dedignata superbos.
IN Dignari aliquid, indigne ferre vel irasci. Cic. Ei dice

re ea, quæ indignantur aduersarii, tibi quoq; indigna videri, id est, quæ indigna esse ostendunt.

DISCO.

Discere literas. In Trucul. Literas didicisti: quando scis, sine alios discere.

Discere vsu. Salust. Per laborem vsu militiam discebat.

Discere ab. In Adelph. Pater esse disce ab aliis qui veré sciunt.

Discere de. In Eunu. Cœpit me obsecrare, vt sibi liceret discere id de me. Plaut. Discam de dictis meliorib.

Discere, pro intelligere. Cæs. Discit cum omni equitatu Litauicum ad solicitandos Heduos profectum.

DE Discere, quod didiceris obliuisci. In Amphi. Haud æquum facit, qui quod didicit, dedidicit. Propert. Turpe est virtutem dedidicisse datam.

EDIScere, memoria, complecti. Cicer. Exercenda est memoria, in ediscendis ad verbum quàm plurimis ex nostris scriptis. & alienis. In Persa: Meum ingenium non edidicisti.

DIVIDO.

Diuidere, partiri, non habet simplex. Totum autem diuidi solet, non pars: nisi fortè Plautino more.

Diuidere aliquid alicui, cum aliquo, in aliquos.

Diuidere animum, est animum in diuersa rapere, nunc hoc nunc illud cogitare & mente voluere. Vergili. 8. Atq; animum nunc huc nunc diuidit illuc.

Diuidere agros viritim. Cic.

Diuidere infortunium. In Mili. Tu meam partem infortunii, si diuidetur me absente, accipito.

Diuidere nummos aliquibus. Cice. Pater eius nummos vobis diuidere solet.

Diuidere oscula, est nunc hunc illum osculari. Hora.

Diuidere sententiam, est de singulis rebus separatim referre, cum de pluribus sententia dicenda sit. Cice. Diuisa sententia est, postulante nescio quo. Idem: Postu

latum est vt Bibuli sententia diuideretur.
Diuidere seditiōe ciuitatē. Asco. Ciuitas seditiōe diuisa.
Diuidere spolia.
Diuidere temporibus aliquid. In And. Non sat commo de diuisa sunt temporibus tibi hæc.
Diuidere cum aliquo dimidium. Plau. Boni dimidium, volui diuidere cum Ioue.
Diuidere cum aliquo factum. In Stich. Factum ego hoc tecum diuido, vide vtrū tibi lubet etiam nunc capere.
Diuidere cum aliquo imperium. Vergil. Diuisum imperium cum Ioue Cæsar habet.
Diuidere cum aliquo partem. Plaut. Dimidiam tecum potius partem diuidam, id est, partem dimidiam dabo. Sic non loquemur.
Diuidere in. Sueton. Punicum bellum diuisit in septem libros. In Aulul. Diuidere nummos in viros.
Diuidere inter se. In Pœn. Composita est fallacia, vt eo me priuent, & inter se diuidant.

DO.

Damus quæ repeti possunt.
Dare actiones. Ci. Quanq̄ tum qdem vel alię quępiam rationes, honestas nobis & curas & actiones darent.
Dare adiumentū. In Epi. Nec mihi plus adiumenti das, q̄ ille, qui nunquam etiam natus est.
Dare adiutorem ad. In Phor. Opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.
Dare aliquid alicui. Cic. Dabimus hoc Pompeio quod debemus. Idem: Vni hoc damus.
Dare amicis. Plin. Dandum etiam nobis amicis.
Dare amplexus. Verg. I. Aene. Quum dabit amplexus, atq; oscula dulcia figet.
Dare angori se. Cic. Nec me angoribus dedi.
Dare animam, pro mori. Vergil. 10.
Dare animum alicui. Cic. Quum Resp. maiorem etiam mihi animum, q̄ vnquam habuissem, daret. Ouidi. 12.

Vina dabāt animos. In Asi. Animum meum isti dedi.
Dare animum in luctus, obstinatè lugere. Oui. 2. Meta.
Dare annos, statuere. Hora. Sed quare breues annos fata dederunt?
Dare annos lusibus. otio, studiis. Idem: Et studiis annos septem dedit.
Dare ansam. Cic. Et sermonis ansas dabat. Idem: Quò plures det sibi tanquam ansas ad reprehendendum.
Dare aquam manibus. Plaut. Date illi aquam manibus.
Dare aquis, est submergere.
Dare arraboni aliquid. Plaut. Quas arraboni tibi dedi.
Dare arbitrium. Idem: Nisi das sequestrum, aut arbitrū. In Rud.
Dare argentum. In Heaut. Argentum dabitur ei ad nuptias.
Dare arma. In Orat. Nullis armis datis.
Dare audaciam. Cicer. Vide quid licentiæ Cæsar nobis tua liberalitas det, vel potius audaciæ.
Dare audaciam verbis. Ouid. I. Metamorpho.
Dare augurium. Vergil. Da pater augurium.
Dare aures alicui. Ci. Quum multos annos aures meas Aculeio dedissem.
Dare aures verbo dei, fabulis, &c.
Dare auribus aliquid alicui, assentari, blandiri. Cicero: Noli putare me hoc auribus tuis dare.
Dare autorem alicui. In Trin. Id ita esse vt credas, rem tibi autorem dabo.
Dare autoritatem, Iuuenibus in rebus magis arduis nō datur autoritas.
Dare auxilium. Dare balatus, boatus. Ouid. 7.
Dare beneficium. Cic. Maius mihi dare beneficium nullum potes.
Dare bibere. In And. Quod iussi, ei date bibere.
Dare bonum. In Men. Cui homini vnquam vno die boni dedistis plus, qui minus sperauerit?

Dare

Dare brachia. Horatius.
Dare campum. In Oratio. Nullum enim vobis sors campum dedit. Dare se campo.
Dare calculum, supputare: aliàs, approbare rem.
Dare caussam. In Oratio. Datam non modo iustam sed etiam necessariam caussam esse dicendi.
Dare ceruices. In Oratio. Aut ceruices latronibus dandæ.
Dare ciuitatem. In Orat. Ciuitas prouinciis totis dabat.
Dare cœnam. In Heaut. Ei vnam cœnam atq; eius comitibus dedi.
Dare cognitorem. In Oratio. Qui cognitores homines honestos daret. Ibidem: In hanc rem me cognitorem dedisti, id est, iudicem.
Dare commodato, est quum eadem res redditur. Plura habes apud commodare.
Dare concionem. In Orat. Data concio Lælio est.
Dare consilium. In Adel. Mihi qui dedissem consilium, egit gratias. Ibidem: Is quod mihi hac de re dederit consilium, id sequar. In And. Facile omnes quum valemus, recta consilia ægrotis damus. Mãtuanus: Consilium post factæ dari, quod oportuit ante.
Dare copiam. Terent. Ea res dedit tum æstimandi copiam. Idem: Date cognoscendi copiam. In Heau. Date crescendi copiam nouarum. Vergil. Et coràm data copia fandi. Item: Dabitur tibi copia nostri.
Dare crimini. In Orat. Quum accusatione sua. Q. Gallo crimini dedisset.
Dare cruci. Plaut. In Mil. Illa nos vult propter suum amorem omnes crucibus contubernales dari.
Dare curas, recurre ad, dare actiones.
Dare culpæ. In Oratio. Summam laudem Sext. Roscio vitio & culpæ dedisse.
Dare cursus. Verg. 3. Cursusq; dabit venerata sacerdos.
Dare damnum, inferre: Ineptè, facere damnum. Ter. in

Andr. Quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?
Dare dapes, administrare.
Dare decumas. In Orat. Quorum incolę decumas dāt.
Dare decus. Plaut. Mihi tibiq; magnum dedisti decus.
Dare defensum. Vergilius.
Dare defraudandum. In Rud. Nactus hominem, quem defraudandum dares.
Dare delationē. In Orat. Vt ne hęc mihi delatio detur.
Dare delectum. In Orat.
Dare depexum. In Heaut. Si viuo, adeò exornatum dabo, adeò depexum, vt dum viuat meminerit mei.
Dare desidiæ se. De Offi.
Dare dexteras. Plau. in Merc. Date dexteras nunc iam.
Dare dicta, dicere. Verg. 12. Aene. Hæc vbi dicta dedit.
Dare dicta dulcia, blande loqui. In Truc. Acerbo aceto linguis dicta dulcia datis.
Dare diem alicui, constituere. In Philo. Dabis diem nobis aliquem, vt contra ista dicamus. Pli. Reliqua pars diei tribunali dabatur.
Dare diem luculentum. In Epid. Mihi hunc diem dedistis luculentum.
Dare diem lusibus, otio, studiis, potationibus, &c.
Dare dignitatem, documentum. In Orat. Dederas iam ab adolescentia documenta maxima, id est, significaras. Ouid. 4. Metamorpho.
Dare dolorem. Atti. Hoc tamen profecit, dedit illi dolorem.
Dare dolori. Plin. Tunc si dolori dabat.
Dare dono. In Eunu. Hanc tibi dono do.
Dare dorsum, vertere terga.
Dare dotem. In Phor. Quæ tantundem dotis dabat.
Dare dubitationem. Cæs. Respondit eo sibi minus dubitationis dari.
Dare duras. In Heaut. Etiam duras dabit: subaudi lites vel partes.

Dare effectum. Ter. In Eunu. Quin effectum dabo.
Dari epulas oculis, quod Terentius dixit, pascere oculos. In Pœnulo.
Dare epulum. In Orat. Quum epulum. Q. Maximus Po. Ro. daret Dare æquum, est per pari referre.
Dare exceptionem. In Phil. Quid attinet luxuriosis ullam exceptionem dare, id est, excipere.
Dare excruciatum aliquem. In Mil. Dato excruciatum me, id est, torturæ.
Dare exitium. Ter. At tibi dii dignũ factis exitiũ duint.
Dare exitum. In Ora. Quæ plurimos exitus dant ad eiusmodi digressionem.
Dare exornatum, exornare, dictum apud dare depexũ.
Dare expectationem. Attic. Quantam porrò mihi expectationem dedisti?
Dare exuuias ad hostes, ab hostibus dispoliari. In Epid. Si in singulis stipendiis, ad hostes exuuias dabit?
Dare fabulam, recitare, ædere, agere. In Prologo Hecyræ.
Dare faciendum aliquid. In Curc. Ibi nunc statuam vult dare auream solidam faciendam ex auro Philippeo.
Dare factum. In Casin. Factnm & curatum dabo.
Dare facultatem. In And. Dii date facultatem obsecro húic pariundi.
Dare se fatis, Deo se committere. Verg. 3.
Dare fenestram, est opportunitatem offerre. Oui. Met.
Dare fidem alicui, promittere. In Hecyr. Si mihi fidem das te tacituram dicam.
Dare fidem alicui de aliquo. In Famil. Me in hanc mentem impulit Pompeii fides, quam de me Cæsari dederat, id est, quam propter me Cæsari obligarat.
Dare fidem publicam. Salust. Si fides publica data esset, ineptè, saluum conductum.
Dare fieri. In Truc. Da obsonii me participem fieri.
Dare flammis, est comburere.

Dare finem malis Aene.I. Dabit deus his quoq; finem.
Dare fœcunditatem terris. In Philo Nos aquarum inductionibus terris fœcunditatem damus.
Dare fœnore. In Curc. Ibi qui dant, quiq; accipiunt fœnore.
Dare fœnori. In Oratio. Pecuniam iis, qui aliquid ab isto mercabantur, fœnori dabat.
Dare formam. In Phil. Formam autem & maxime sibi cognatam & decoram dedit.
Dare fructus. In Oratio. Ob earum rerum laborem & solicitudinem fructus illos datos.
Dare fugam, nunc aufugere, nunc fugiendi locum dare.
Dare gloriam. In Oratio. Vt mihi illa omnia immortalem gloriam dederint.
Dare gratiam alicui, obsequi. Ter. Sine labore hanc gratiam, te, vti sibi des, pro illa nunc rogo.
Dare laxas habenas, est remittere frena. Olet prouerbium, pro nonnihil indulgere.
Dare herbam, est sese victum fateri. Adag.
Dare Hilarem se. In Asin. Da te hilarem mihi, id est, mecum sis hilaris.
Dare hoc. Famil. Vt hoc mihi darent, id est, mea caussa hoc vt facerent. Dare honori.
Dare horam studiis, &c. quære dare diem.
Dare hospitium, est hospitio excipere. In Pœn.
Dare humo, est sepelire.
Dare iacturam, idem quod dare damnum. In Sticho: Præter nos iactura nemini dabitur.
Dare ignibus, comburere.
Dare imperium. Aeneid. I. Imperium sine fine dedi.
Dare impunitatem. In Phil. Impunitas enim peccatorum data videtur eis.
Dare incensum, iratum facere. Terent. Hisce ego dictis, illam ita tibi incensam dabo.
Dare iudicium. In Orat. Si tibi iudicium postulas dari.

Dare indicias. Ouid. 12.
Dare indulgentiam. Plin. Cui, & si quid mihi credis, indulgentiam tuam dabis.
Dare inimicum. In Oratio. Quem mihi inimicum Siculi dederunt.
Dare initium. Att. Velim proximis literis, vt se initia dederint, perscribas.
Dare insidias, decipere. In Casin. His ego insidias dabo. In Mil. Huic insidias dabo.
Dare inuentum aliquid. In And. At iam hoc tibi inuentum dabo.
Dare iter. Att. Mihi Epyrus aut iter ad salutem dabit. i. iter per Epirum faciam. Dare se itineri.
Dare itionem. In Phil. Ad domum itionem dari, id est, domum redire posse.
Dare se iucunditati. De Offic. Quum relaxare animos & dare se iucunditati volent.
Dare iudicem In Oratio. Dat quem velit iudicem. Pli. Fingamus, tres omnino iudices in hanc caussam datos esse.
Dare iudicium. Ibidem: Prætor in ea verba iudicium det, id est, illud iudicium alii faciendum tradat.
Dare iugulum. In Phil. Si nudus es, da iugulum.
Dare iura, imperium exercere. Aene. I. Remo cum fratre. Quirinus Iura dabat.
Dare ius alicui. Plin. Quum ius mihi dederi referendi ad te, de quibus dubito.
Dare iusiurandum, iurare. Cæsar: Dato iureiurando ab omnibus. In Adelp. Iusiurandum dabitur te esse indignum iniuria hac. In Bacch. Ego iusiurandum verbis conceptis dedi.
Dare laborem. Aeneid. 7. Hunc mihi da proprium virgo sata nocte laborem.
Dare laborem voluptati. Plin. Labores si non continuos desidiæ ac voluptati dedisset.

Dare se labori. In Ora. Dabat se labori atq; itineribus.
Dare lachrymas, flere. Aeneid. 4.
Dare lachrymis. Plin. Dandum filię lachrymis.
Dare languori. De Off. Dare laudatorem. In Orat.
Dare laudem vitio: vide, dare culpæ.
Dare laudi. De Offi. His modo non laudi, verum etiam vitio dandum puto.
Dare legationes. Att. Alia legatio dicta erat, alia data est. In Orat. Quibus vos legationes dedistis.
Dare legem: In Philo. Illa lex, quam diis humano generi dederunt, rectè est laudata.
Dare, legare. Consule Cardinalē. Dare letho Aenei. 6.
Dare libertatem. Att. In quo sibi libertatem cēsent Gręci datam.
Dare licentiam, habes apud, dare audaciam.
Dare limphas manibus. Aenei. 1. Dant famuli manibus limphas.
Dare litem secundum tabulas, iudicare. In Orat. Quo minus secundum eas lis detur, non recusamus.
Dare literas Romam, scribere. In Orat.
Dare literas ad Attic. Literas ad te, nunquam habui cui darem, quin dederim.
Dare locum, pro cedere. In Heaut. Da illis locum abi deambulatum. In Phor. Da locum melioribus.
Dare locum, pro recipere. In Rud. Obsecro hospes da mihi aliquid loci. In Orat. Dat locum vel vitiosissimis oratoribus.
Dare locum existimandi. In Fam. De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nōnihil loci dedisse.
Dare locum gladiatoribus. Attic. Num consueui Siculis locum gladiatoribus dare?
Dare locum honoris alicui deferre honorem. In Orat. Vt quem locum semel honoris cuipiam dederit, eundem reliquis honoribus debeat.
Dare locum peccandi. In Andria. Atq; illi in aliis potius

tius

tius peccandi locum.

Dare locum suspitioni, admittere. In Orat. Dare potuit suspitioni locum. Dare lora, remittere frena.

Dare lucem. Elegantiæ dant lucem orationi.

Dare lucem rei gestæ, dare lucem patriæ. Horat.

Dare ludum desidiæ. In Bacch. Sed nimium nolo desidiæ ei dare ludum.

Dare ludum labori, est per vices quicquã agere. Horat.

Dare magistratum. In Oratio. Vti curiata lege magistratus detur.

Dare malum alicui, quære, dare dãnum. In An. Vt pro hoc malo mihi det malum. Dare plus mali. In Orat.

Dare malam rem. Plaut. Malam rem vis pro maledictis dari.

Dare mammam, lactare. In Adel. Huius filio hodie primam mammam dedit hæc.

Dare mancipio. In Persa: Mancipio neq; promittet, neque quisquam dabit.

Dare mancupi. In Mil. Ego me illi mancupi dabo.

Dare mandatum alicui. Cice. Quum ista mandata dedisset Lucio Cæsari. Atti. C. Cælio mandata ad me dedisse &c. In Famil. Viro forti atq; strenuo plura etiam verbo, quam scriptura mandata dedimus. Salust. Mandata verbis dat.

Dare manum alicui, iuuare. In Aulul. Da mihi optima fœmina manum.

Dare manus, est victum se fateri. In Persa: Vobis do manus. Att. Ad extremũ det manus, vinciq; se patiatur.

Dare manus socias, auxiliares. i. iuuare.

Dare manu contracta seu parca, est parcè aliquid aut frigidè dare. Hora. lib. 3. Ode, 16.

Dare se mari, id est, committere.

Dare maturitatem. In Famil. Vt res ipsa maturitatem tibi animaduertendi omnium concessu daret.

Dare medicamentum. De Offic. Si quis medicamentum cuipiam

cuipiam dederit ad aquam intercutem.

Dare memoriæ. Gellius: Cretenſes quoq; prælia ingredi ſolitos, memoriæ datum eſt.

Dare mercedem. In Amph. Id modo ſi mercedis detur ſatis mihi eſſe dicam. In Oratio. Data merces eſt erroris mei magna.

Dare merita. De Amic. In dandis recipiendisq́; meritis.

Datur hæc ſexaginta argenti minis. In Perſa.

Dare miſſionem.

Dare mœrori animum. Attic. Neq; totum animũ tuum mœrori mecum ſimul dediſſes.

Dare moram. In Hecyra. Nec moram vllam quin ducat dari.

Dare morti. Metamorpho. 5. Plaut. Atq; ibi me toxico morti dabo.

Dare munus. Plin. Munus magnificentiſſimum dedit.

Dare mugitus.

Dare mutuo vel mutuum, eſt quum eiuſdem pretii res penſatur. Att. Non reddit, quæ dedi eius filio mutua. In Heaut. Huic dragmarum hæc argenti mille dederat mutuum.

Dare mutuum frumentum. In Oratio. Etiam mutuum frumentum dedit. Contra Vallam.

Dare natalitia. In Oratio. Dat natalitia in hortis, id eſt, natalem celebrat.

Dare neci. Metamorpho. 5.

Dare negotium. In Andr. Id mihi da negotii. Ibidem: Id ſibi negotii credidit ſolum dari. i debere ſe. Lentulus. Non habui cui potius id negotii darem, q̃ tibi.

Dare nequam. Plaut. Vin tu illi dare nequam nunc?

Dare nomen, imponere. Hora. Vitreo daturus nomina ponto. Tyberinus ſubmerſus in Traiectu Albulę amnis dedit nomen Tyberi fluuio Italico.

Dare nomen, pro pati ſe inſcribi, aut ſe ſub alterius ius dedere. In Baptiſmo omnes noia dedimus Chriſto.

Dare

Dare normam. In Philo. Quodq; natura quasi normã scientiæ & principium sui dedisset.

Dare nugas, idem quod dare verba. Plaut. Nugas nunquam mihi ædepol dabat.

Dare nuptum. In Andr. Datur ne illa hodie Pamphilo nuptum? id est. in matrimonium. In Adel. Pro virgine dari nuptum non potest.

Dare nuptum ad. In Stich. Hostis est vxor pater, inuita quæ ad virum nuptum datur.

Dare nutrimentum. Aeneid 1. Arida circum Nutrimenta dedit.

Dare nutum. i. nutare. Dare obliuioni. i. obliuisci.

Dare obsides. Cæs. Obsides inter se dare, copias parare cœperunt.

Dare obuiam aut obuium. In Adel. Nihil est quod malum, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam.

Dare occasionem. In Orat. Dederit occasionem nobis aliquam. In Pseu. Vbi data occasio est.

Dare otium. In Orat. Id ipsum quod datur otii.

Dare se otio. In Trinum. Certum est otio me dare, satis partum habeo.

Dare operam alicui, morem gerere. In Heaut. Operam daturum me hodie. In Aulula. Da mihi operam amabo. In Andr. Dabo equidem operam. Cic. Danda est igitur opera.

Dare operam alicui, pro auditorem esse. In Ora. Miloni Rhodio Romæ dedimus operam.

Dare operã abortioni. In Tru. Vt abortiõi operã daret.

Dare operam amico. In Casi. Amico cuidam dedi operam dum emit vnguenta.

Dare operam amori. In Casi. Vxor sensit amori virum operam dare. In Heaut. Ego isthuc ætatis non amori operam dabam.

Dare operam assiduam foro: pro semper in prætorio versari. In Asin.

Dare operam aurium, auſcultare. In Bacch. Vbi lubet recita, aurium operam tibi dabo.

Dare operam auſcultando, idem. In Amphi. Si quidem vos vultis auſcultando operam dare.

Dare operam capiti, eſt obſtinatum eſſe. In Pſeu.

Dare operam domino veteri priore ſeruiri. In Capt.

Dare operam egregiam. Atti. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam.

Dare operam fabulæ. In Capt. Profectò expediet fabulæ huic operam dare, id eſt, hanc audire.

Dare operam furtiuis rebus. In Amphit. Ni illa furtiuis rebus te ſciat operam dare.

Dare operam id. In And. Et nunc id operam do.

Dare operam irę, iraſci. In Pœn. Irę operam dedimus.

Dare operam laudabilem. In Perſa: Dediſti virgo operam laudabilem.

Dare operam liberis. De Offi. Liberis dare operam, re honeſtum eſt, nomine obſcœnum.

Dare operam malam. In Capt. Mihi ægre eſt me huic dediſſe operam malam.

Dare operam memoriæ alicuius. In Fam.

Dare operam optimam. In Aulu. Da mihi paulum operæ. In Eunuch.

Dare operam promiſſam. In Aſinar. Dixit ſeſe operam promiſſam dare.

Dare operam rei. In Adelph. Non fratrem videt rei: dare operam. In Aul. Ei rei operam dabant.

Dare operam Reip. In Fami. Cum Reip. darent operã.

Dare operam ſenatui. In Aſina. Ego cenſeo eum etiam hominem ſenatui dare operam aut clientibus.

Dare operam ſermoni alicuius, auſcultare. In Epid. Diſſimulabam me harum ſermoni operam dare.

Dare operam ſomno. In Pſeu. Vbi prandero, dabo operam ſomno.

Dare operam ſtudio, aduigilare. In Ora. Iuris ciuilis ſtudio.

dio.aduigilare.In Orat. Iuris ciuilis ſtudio multum operæ dabam.Dare operam ventri.In Pſeud.

Dare operam virtuti.De Amicitia.Virtuti opera danda eſt.

Dare operam ad.In Caſinar.Vt operam detis ad noſtrum gregem.

Dare operam in aliquam rem.In Philo.In quam exercitationem ita nos ſtudioſè operam dedimus.

Dare operas in.In Orat.Quin in portu Syracuſis operas dabat.

Dare operam ne.In Perſa:Et rei operam do,ne alii dicant,quibus licet.

Dare operam ſi.In Mil.Si poſſet vllo modo impetrari, ne te adduceret,operam dedi.

Dare operam vt.In Eunuch.Des operam vt cum ratione inſanias.

Dare optionem.De Offi.Cui quum tres opiniones Neptunus dediſſet.

Dare opus expolitum.Plaut.Tibi meum opus ita dabo expolitum,vt improbare nequeas.

Dare orationem.In Rud.Alieno ne prius q̃ tuo dabis orationem?

Dare orationem,pro reſpondere.In Mil.Vt vtrobiq; orationem docte duint.

Dare oratorem,legatum mittere.In Amphitr.Iuſtè ab iuſtis iuſtus ſum orator datus.

Dare oſculum.In Epi.Ego ne oſculum huic dem? Idẽ: Venienti des ſalutem atq; oſculum.

Dare pacem.In Merca.Pacem atq; otium date iſtis.Ar. Tibi data eſt ſumma pax,ſumma tranquillitas.

Dare palmam.In Heauton.Huic equidem conſilio palmam do.

Dare partes alicuius.In Familia.Tibi dedi partes Antiochianas.

Dare participem,quare,dare fieri.

Dare

Dere paternum aliquid, paterno more facere. In Adel. Haud paternum istud dedisti.

Dare paucis, dicere. In Heaut. Quamobrem has partes didicerim paucis dabo.

Dare pedem. Att. Vnum mihi solum pedem dat, id est, mediocrem mihi operam dat.

Dare pensum, est officium absoluere.

Dare se periculo. Vergil. 9.

Dare se petitioni. In Fam. Ante hanc commutationem Reip. petitioni sese dedit, id est, petere cœpit.

Dare pignus. In Epid. Vel da pignus, ni ea sit filia.

Dare pignus amoris, coniugii, fœderis. Metamor. 2.

Dare pignus alicui. Atti. Minus multa dederant illi Reipu. pignora. i. pro Repu. multa non erant passi.

Dare pignus cum aliquo. In Bacch. Næ ego cum illo pignus haud ausim dare.

Dare pignori. In Most. Quadraginta etiam dedit huc vsq; pignori?

Dare plagas. In Asinar. Ducentas plagas prægnantes dabo.

Dare plausum. De Senect. Quibus cum a cuncto consessu plausus esset multiplex datus.

Dare plus mali. In Oratio.

Dare pocula, administrare. In Orat. Cum ipse poculum dedisset.

Dare pœnas pati. In Orato. Nisi in facinore manifesto deprehensus pœnas legibus & iudicio dedisset. Vergi. Dabis improbe pœnas.

Dare se populo. In Orat. Populo se ad coronā daturū.

Dare portorium. In Oratio. His pro rebus quod portorium non esset datum.

Dare potestatem. In Phorm. Ait vterq; sibi potestatem eius habendæ dare.

Dare possessionem. In Ora. Mihi det possessionem, mihi non adimat.

Dare prandiũ. In Amphi. Daturus nemo est prandium aduenientibus. In Asi. Tibi potestatem dedi cum hac annum vt esses.
Dare præcepta. Cicero de Offic. Tamen quædam præcepta danda sunt.
Dare præcipitem. In And. Præcipitem me in pistrinum dabit.
Dare precibus alicuius. Pli. Dãdũ enim precibus vxoris.
Dare prædem. Plaut. Quid ille? prædem dedit.
Dare præfecturas. Attic. Itaq; duas ei præfecturas dederim.
Dare præmium. Plau. Date pudori præmia.
Dare prærogatiuam. In Oratio. Dedit enim prærogatiuam suæ voluntatis.
Dare præstare. Scæuola: Iubeo det, præstet filio & vxori meæ.
Dare pretium manu. Plaut. Ego manu pretium dabo.
Dare primas. In Oratio. Huic primas dedisse Demosthenes dicitur. Ita dare secundas, tertias.
Dare principatum. De Offic. Huic a maioribus nostris est in tota dignitate principatus datus.
Dare principium. In Eunuch. Quod dedit principium adueniens?
Dare prolem, parere. Vergil. Geminam partu dabis Ilia prolem.
Dare promissa, pro alio spondere. Verg. Non hæc Euãdro de te promissa parenti. Discedens dederam.
Dare proprium, est morem gerere. Vide dare laborem.
Dare prouincias. Plau. Dederamq; eas prouincias.
Dare pugnam. In Eunu. Dabit hic aliquam pugnam denuo, id est, inducet.
Dare quæstioni seruum, & in quæstionem, est permittere interrogari seruum.
Dare quietem membris aut per membra. Aeneid. 8. Seramq; dedit per membra quietem.

Dare rationem. In Oratio. Si non redderet pecuniam, nec rationem daret, id eſt, redderet rationem.

Dare rationem, oſtendere modum. In Milit. Rationem mearum fabricarum dabo. Idem: Dari iſtā rationem volo, id eſt, modum hunc & viam dici cupio.

Dare recordationem. In Fami. Das enim mihi iucundas recordationes conſcientiæ noſtræ, id eſt, in memoriam reuocas.

Dare reditum. De Offic. Reditum glorioſum tua dedit iniuria, non exitum calamitoſum.

Dare requiem. Pli. Nullamq́; requiē gratulationis, dare.

Dare res. Teren. Quot res dedere, vbi poſſem præſentiſcere, niſi eſſem lapis?

Dant res ſe. In Hecyr. Omnibus nobis, vt res dant ſeſe, ita magni atq; humiles ſumus. i. pro ſtatu rerum.

Dare ruinam pro cadere.

Dare riſus alicui, eſt decipere. Hor.

Dare ſacramentum, eſt ſanctè & cum iuramento aliquid promittere. Hor. Dare ſaltus, ſalire. Men. 2.

Dare ſalutem, ſalutare. In Epid. Venienti des ſalutem.

Dat deus ſalutem hominibus, id eſt, ſeruat. In Orat.

Dare ſe ſalutationi. In Famil. Cum enim ſalutationi nos dedimus amicorum, id eſt, ſatisfacere amicorum ſalutationibus.

Dare ſanctum canibus, margaritas porcis.

Dare ſceptra, id eſt, imperia. Aenei. 4.

Dare ſatietatem. In Phil. Quænam pœnis luendis dabitur ſatietas ſupplicii.

Dare ſe, pro oſtendere aut offerre. Metamor. 3. Da mihi te talem.

Dare ſe alicui, accommodare. In Adel. Da te hodie mihi, id eſt, ſine me tecum agere. Fam. Da te homini. In Heaut. Date mihi viciſſim.

Dare ſe ſenatui. In Oratio. Cum Repub. oppreſſa ſenatui me dediſſem.

Dare

Dare ſenatum. In Ora. Senatus ex aliqua ciuitate, qui iudicet, datur.

Dare ſenatu alicui. Att. Tyriis eſt ſenatus datus frequẽs.

Dare ſepulturæ, ſepelire. Dare ſequeſtram, quære, dare arbitrum.

Dare ſermonem. In Famil. Dabimus ſermonem iis, id eſt, materiam loquendi.

Dare ſeruandum. In Eunuch. Neq; Pol ſeruandum tibi quicquam dare auſim, neq. te ſeruare.

Dare ſignificationem. In Ora. Nullam Gręcarum rerum ſignificationem daret, id eſt, ſignificaret.

Dare ſignum amoris, ingenii, pudoris. In Famil. Signum enim magnum amoris dediſti. Idem: Non magna ſigna dedit animi erga te mitigati.

Dare ſignum buccina In Oratio.

Dare ſignum cœnę, lectionis, prandii, prælii. Metam. I.

Dare ſignum oculis: In Mil. Oculis ſignum dedit, ne ſe appellarem. In Eunu. Omnibus ſignum dabo.

Dare ſilentium, ſilere. In prologo Hecy.

Dare ſolatium. In Orato. Abſenti magna ſolatia dediſtis. Atti. Multa mihi dant ſolatium.

Dare aliquem ſolertem, reddere. Plautus.

Dare ſomnum, inducere. Leni murmure riui æſtiuis temporibus dant ſomnum.

Dare ſopori aliquem, occidere. In Aulul. Quatuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat.

Dare ſortem, dare ſpatium. Teren. Spatium quidem tandem apparandis nuptiis, vocandi, ſacrificandi, dabitur paululum. In Hecy. Neq; vt celari poſſet, tempus, ſpatium vllum dabat.

Dare ſpecimen. In Orat. Qua in re nõ modo ſpecimen cæteris aliquod dediſti, ſed tute tui periculum feciſti.

Dare ſpecimen indolis. Plinius,

Dare ſpectandum. In Aulula. Spectandum ne cuiquam annulum det.

Dare ſpem. In Men. Spem inſperatam date mihi. In He aut. Re ipſa ſpem vitæ dare. Aenei. 4.
Dare ſtabilitatem. In Phil. Stirpes ſtabilitatem dant iis.
Dare ſtatuam. In Orat. Neq; illam ſtatuam eſſe ex publica pecunia datam. Vide, dare faciendum.
Dare ſtolam. In Oratio. Et tanquam ſtolam dediſſet, in matrimonio ſtabili & certo locauit.
Dare ſtudium alicui rei. In Fam. Quibus a primis temporibus ætatis ſtudium tuum dediſti.
Dare ſuauium. In Ciſtel. Sine dem ſuauium. Ibidem: Da ergo vt credam ſuauium. Alii legunt, ſauium.
Dare ſupplicium, puniri. In Eunu. Dabis ei vltro ſupplicium. In Heauton. Illi de me ſupplicium dabo. In Aſina. Dabitur ſupplicium mihi de tergo veſtro.
Dare ſuſpitionem. Cęſar: Ex quo facilius hoſtibus timoris de ſuſpitionem. In Famil. Ne cui ſuſpitionem fictè reconciliatæ gratiæ darem.
Dare ſymbolum. In And. Symbolum dedit.
Dare tabellam. In Phil. Dedit huic quoq; iudicio Cælius tabellam, i. iudicauit. In Orat. Cui primam comitiis tuis dederas tabulam prærogatiuæ.
Dare tanti. In Adel. Vbi me dixero dare tanti.
Dare terræ, ſepelire. Dare terga, fugere.
Dare tempus. In Fami. Videtur mihi exponēdi tempus dari. In And. Dum tempus datur.
Dare tempus vacuū laboris, eſt laborem remittere. Ter. Sine me, vacuum tempus ne quod dem mihi laboris.
Dare teſtem. In Pſeud. Do Iouem teſtem tibi.
Dare teſtes in aliquem. Orat. Ficti teſtes in eum dantur.
Dare teſtes ſecundum. In Ora. Secūdum arbitrum tuum teſtes dabo.
Dare teſtimonium. Attic. Mihi conſeruatæ Reipub. dat teſtimonium.
Dare mutuum teſtimonium. Cice.
Dare thura. Horat. Dabimusq; diuis thura benignis.

Dare togam puram. Attic. Sororis tuæ filio togam puram iubeo dari.
Dare tranquillitatem, Vide, dare pacem.
Dare tumulo, ſepelire.
Dare turbas, facere. In Eunu. Eunuchum quem dediſti nobis quas turbas dedit. Plaut. dixit turbellas. In Pſ.
Dare vacationem. In Oratio. Pro hiſce rebus vacatio data eſt ab iſto ſumptus, laboris, militiæ, rerum denique omnium.
Dare vadem, id eſt, ſponſorem. In Phil. Vadem te ad mortem, tyranno dabas pro amico.
Dare vela. In Orato. Danda nimium vela ſunt.
Dare vela indignationi, iræ, dolori, eſt augere. Pli.
Dare vela, pro aufugere. Vergi. & Hor. metaphorice.
Dare vela ventis, nauigare. Aeneid. 7. Ventis dant comaſque.
Dare venenum. In Or. Venenum per quem datum eſt?
Dare veniam. In And. Aequum poſtulat, da veniam, id eſt, ignoſce. Idem: Da veniam filio. Atti. Dedi veniã homini imprudenter petenti, id eſt, conceſſi.
Dare ventis, eſt obliuiſci, aut vilipendere.
Dare venuſtatem. In Mil. Plus dabo quàm prædicabo, ex me venuſtatis tibi.
Dare verba, decipere. In Andr. Cui verba date difficile eſt. In Eun. Data hercle verba mihi ſunt. In Adelph. Satis iam verba dediſti nobis.
Dare verba rationem. In Fam. Mirificam mihi verberationem, ceſſationis epiſtola dediſti.
Dare viam, cedere. In Curcul. Date viam mihi noti atque ignoti.
Dare viam, modum oſtendere. Plau. In Epid. Ipſi bl mihi dant viam, quo pacto ad ſe argentum auferam. In Orato. Da nobis viam rationemque defenſionis, id eſt, doce.
Dare vias. In Phil. Nullas vias dant nobis ad ſignifica-

tionis ſcientiam.

Dare vicarium. In Oratio. Quod ſi in bello dari vicarii ſolerent.

Dare victũ. In Amph. Iã diu eſt ꝙ vẽtri victũ nõ datis.

Dare vim. In Oratio. Vim in inquirendo tantam habui, quantam mihi lex dabat.

Dare vim dicendi. Att. Doloris magnitudo vim quandam nobis dicendi dedit.

Dare vitã. In Amph. Huic homini dignum eſt diuitias eſſe diu vitam dare. Idem: Vitam longinquam darẽt.

Dare vitio dictum apud, dare laudem. Teren. Hoc vitio datur.

Dare viuis, eſt reſuſcitare.

Dare voluptatem. In Amph. Ipſa de me ſcio, cui voluptas parumper data eſt.

Dare ſe voluptatibus. De ſe. Cum ſe voluptatibus dediſſent.

Dare vocem, eſt aſſenſum præbere. Originem trahit a Romanis denunciaturis alicui prouinciam.

Dare vrbem, ædificare, conſtruere. Aeneid. 5.

Dare vſum. Metam. 2. Phœbe pater ſi das vſum mihi nominis huius.

Dare vſuram. In Oratio. Ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnam dediſti?

Dare vtendum. In Aſin. Scyphos quos vtendos dedi Philodamo retulit ne?

Dare vulnera, vulnerare. Meta. I.

Dare vxorem. In And. Vnicam gnatam ſuam cum dote ſumma filio vxorem vt daret. Ibidem: Poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo.

Dare a ſe aliquid, id eſt, de ſuo. Plaut. Da ſodes a te, pòſt reddidero tibi, id eſt, de tuo.

Datas a Lentuli triumpho, id eſt, ſub. Attic. Dicit ab A. Sextilio ſe dediſſe & a fratribus ſuis, id eſt, quod Sextilii & fratrum erat.

Dare ad aliquid. In Oratio. Ad quam rem data fuerint, oſtendat.
Dare ſe ad aliquid. In Philo. Quod ad Cn. Pompeii gloriam augendam tanto ſtudio te dediſti.
Dare ſe ad dicendum. In Orato.
Dare ad carnificem. In Capt. Ob furtum ad carnificem dabo.
Dare ad Diem. In Phor. Mihi veniebat in mētem eius incōmodum, in ſeruitutem pauperem ad diem dari.
Dare ad docendum. In Orat. Quanquam nemini ſe ad docendum dabat, id eſt, neminem docebat.
Dare ad epulas aliquid. In Philoſ.
Dare ad hoſtes exuuias: quære, dare exuuias.
Dare ad languorem. In Heaut. Vel me hæc deambulatio, quam non laborioſa ad languorem dedit. Nimia ſolicitudo corpus humanum, ſæpe dat ad languorē. Intenſa ſtudia caput dant ad languorem.
Dare ſe ad lenitatem. In Fam. Des te ad lenitatem.
Dare ad literas. Attic. Ad quas ego ipſo eo die dederam, id eſt reſcripſeram.
Dare ad mortem aliquem. Plaut. Hæc me modo ad mortem dedit.
Dare ad motus. Cice. Oculos natura nobis ad motus animorum declarandos dedit.
Dare ad partes populi. In Oratio. Vt id quoad liceret, populi ad partes daret.
Dare ad piſtores. In Aſin. Ad piſtores dabo, vt ibi cruciere currens. Dare ad purgitiones cloacarum. Plin.
Dare ad ſepulturam. Cic. 2. Philip. Ad ſepulturam corpus vitrici ſui negat a me eſſe datum.
Dare ad terram. Plaut. Tum genu vt quemq; icero, ad terram dabo.
Dare de delitiis. In Truc. Da mihi de tuis delitiis ſummis quicquid pauxillulum.
Dare de Gyaro literas. Attic. De Gyaro dedi literas.

Dare de lucro. In Orat. Dat de lucro, nihil detrahit de viuo.

Dare de naui literas. Atti. Tertiam, quam (vt ſcribis) ſolutis anchoris de Phaſelo dediſti.

Dare ex edicto aliquid. In Famil.

Dare ſe in aliquam partem. In Oratio.

Dare in caueam. In Capt. Te in caueam dabo.

Dare in concubinatum. In Trin. Ne mihi hanc famam differant, me germanam meam ſororem in concubinatũ tibi ſine dote dediſſe magis, quã in matrimoniũ

Dare in conſpectum. In Phor. Ipſum geſtio dari mihi in conſpectum.

Dare in conſuetudinem. In Oratio. Dedit ſe in conſuetudinem, vt prorſus vnam viueret.

Dare in cruciatum. Ibidem: Qui vel ipſe ſeſe in cruciatum dari cuperet. Dare ſe in curſum, currere.

Dare in cuſtodiam. In Orat. Iugulauit eos, quos in cuſtodiam dederat. Dare in diſcrimen.

Dare in diuitias. In Trinum. Ille illam in tantas diuitias dabit?

Dare in domum alienam. In Eunu. O fortunatum iſtum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum.

Dare in fugam. Cæſ. In hoſtes impetum fecerunt atq; eos in fugam dederunt, id eſt, fugarunt. In Oratio.

Dant ſeſe in fugam, id eſt, fugiunt.

Dare ſe in laqueum. In Caſin. Tu te in laqueũ ne duas.

Dare in leges. Plaut. Sed in leges meas dabo.

Dare in lucem. Dare in mandatis. In Amph. Hoc quoq; etiam mihi in mandatis dederat.

Dare in manum. In Phorm. Dic quid velis dari tibi in manum, id eſt, in promptis offerri. In And. Hanc mihi in manum dat, id eſt, committit.

Dare in manus hominum, ędere. Plin. Cogito quam ſit magnum dare aliquid hominum in manus.

Dare in manu literas. In Bacchid. Vt quando exeat, extemplo

templo aduenienti tabellas dem in manu.
Dare in matrimonium. Cæſ. Eiq; filiam ſuam in matrimonium dat.
Dare in nuptias. In Andr. Filiam darem in ſeditionem atq; incertas nuptias.
Dare in pane venenum. In Oratio.
Dare ſe in pedes, fugere. In Capt. Si non eſt quod dem, me ne vis dem ipſe in pedes? In Eunu. Ego me in pedes, quantum queo dabo.
Dare ſe in periculum, eſt caput obiectare periculis.
Dare in perpetuum. Teren. Non ego perpetuum dicebam, vt illam illi dares.
Dare in piſtrinum. In And.
Dare ſe in præceps, eſt diſperdere.
Dare in publicum, diuulgare.
Dare in quæſtionem In Or. Ne in quæſtionem dentur.
Dare in ruborem. In Capt. In ruborem te totum dabo, id eſt, verberabo, ita, vt vndequaq; rubeas.
Dare in ſeditionem: vide, dare in nuptias.
Dare in ſermonem ſe. Attic. Date in ſermonem.
Dare in ſermonem: quære, dare ad diem.
Dare in ſplendorem. In Aſin. Iuſſi ne in ſplendorē dari bullas has forib⁹ noſtris? id eſt, tergēdas eſſe bullas.
Dare in ſumptum. In Adel. Dedit prȩterea in ſumptum dimidium minæ.
Dare in timorem. In Pſeud. Ego illum dolis atq; mendaciis dabo in timorem.
Dare in tormenta. In Philo. Dabit, inquam, ſe in tormenta vita beata.
Dare ſe in viam, iter facere. In Fami. In viam, ꝙ te des hoc tempore, nihil eſt. Dare in vulgus, diuulgare.
Dare per manus, eſt aliquid veteri vſu obſeruatum poſteris relinquere: Vt Ritus eccleſiaſticus a veteribus eſt nobis quaſi per manus datus.
Dare præ manu. In Adel. Huic aliquid paululum præ
manu

manu dederis vnde vtatur.

Dare pro ambobus. Terent. Heri minas viginti pro ambobus dedi.

Dare pro re aliqua. Idem: Quas pro alimentis esse nūc duco datas.

Dare foras. Attic. Scripta nostra nusquam malo, quàm apud te, sed ea tamē foras dari, quum vtriq; nostrum videbitur.

Dare frustra. Att. Ne dem frustra.

Dare largius. i. liberaliter. In Eunuc. Et habet quod det, & dat nemo largius. Dare se retrò, fugere.

Dare satis. In Orat. Vt aut vterq; inter se, aut neuter satis daret.

Dare se turpiter alicunde, est cum dedecore discedere. Terent. Mirum ni ego me turpiter hodie hinc dabo.

Date mihi vicissim. i. tui copiam præbe: vide dare se.

Dare, pro dicere. Aeglog. I. Iste deus quis sit, da Tityre nobis.

Dare, permittere. Aenei. 6. Da iungere dextras.

Datur impersonale, id est, conceditur.

Dari, pro obuenire. Terent. Te mihi ipsum iamdudum exoptabam dari.

Duas, duit, duint, danūt: pro des, dēt, dāt, Comica sunt.

DONARE aliquid alicui, & aliquem re aliqua dicimus.

Donare ciuitate. Cice. Quum Gallos & Hispanos ciuitate donasset. Idem: Vt ab aliquo imperatore ciuitate donaretur.

Donare ciuitatē. Atti. Donabat ciuitates ex cōmētario.

Donare dono. In Stic. Quum hoc donauisti dono tuum seruum.

Donare gaudiis. In Aul. Dii immortales quibus & quātis me donatis gaudiis.

Donare inimicitias suas Reip. In Famil. Tu tuas inimicitias vt Reipu. donares, id est, Reip. caussa eas inimici

tias

tias deponeres.

Donari vacatione. In Philoso. Et agro a senatu & vaca tione donatus.

CONdonare, pro dare datiuo & accusatiuo iungitur. In Men. Ego illam non condonaui, sed sic vtendam dedi. In Amphit. Tibi condono.

Condonare, debitum remittere. In Phorm. Argentum quod habes, condonamus te.

Condonare creditum. Salust.

Condonare crimen. In Orat. Vt crimen hoc nobis mul ta propter præclara in Remp. merita condonetis.

Condonare dolorem suum. Cæs. Vt & Reip. iniuriam, & suũ dolorem eius voluntati, ac precibus cõdonet.

Condonare erratum præteritum. Idem: Præterita Di-uiatico fratri condonare dicit.

Condonare hæreditatem. In Oratio. Cui condonarat hæreditatem ereptam liberis, id est, donarat.

Condonare iudicium. In Famil.

Condonare malefacta. Salust. Haud facile alterius libidi ni malefacta condonabam.

Condonare peccatum. In Eunuch. Habeo alia multa, quæ nunc condonabuntur.

Condonare pecuniam. De Offic. Quum aliis adimun-tur condonantur pecuniæ, id est, dantur.

Condonare supplicium. In Famil.

ABDEre, recondere. Att. Neq; ne Arpinum hoc tem pore abdam.

Abdere se domum. Cic. Domum se abdidit.

Abdere domo. In Georgi. Abde domo, nec turpi, igno sce senectæ.

Abdere se literis. In Orat. Si qui ita se literis abdiderũt, id est, in studiis literarum assidui sunt.

Abdere se rus. In Hecy. Senex rus abdidit se.

Abdere speluncis. Vergili. Aeneidos I. Speluncis abdi-dit atris.

Abdere ſtultitiam. In Trin. Ne ſubito metus exoriatur ſcapulis, ſtultitiam abde.

Abdere ſe ex conſpectu alicuius. In Pſeu. Ex conſpectu heri ſui ſi ſe abdiderunt, luxuriantur.

Abdere ſe in Aegyptum, Attic. In Aegyptum nos abdimus.

Abdere ſe in bibliothecam. In Famil. Abdo me in bibliothecam.

Abdere in claſſem. Ibidem: Et ſeſe abdiderit in claſſem.

Abdidit ſe in intimam Macedoniã, quò potuit longiſſimè a caſtris. In Famil.

Abdere in priuato. Liui. Conſules in priuato abditi.

Abdere ſe in ſyluas. Cęſ. Reliqui ſeſe fugæ mandarunt, atq; in proximas ſyluas abdiderunt.

Abdere ſe in tectis. Liui. Se in ſuis qſq; tectis abdiderũt.

Abdere ſe in tenebras. In Ora. Quum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebras abdidiſſet. Alii legunt, tenebris.

Abdere intra. Li. Abdito intra veſtẽ ferro proficiſcitur.

ADDEre alacritatem. Attic. Abdis mihi ſcribendi alacritatem, id eſt, auges.

Addere alas, id eſt, velocitatem. Vergil. Pedibus timor addidit alas.

Addere animum alicui. In Amphit. Vbi noſtris animus additus. Atti. Quos tu laudando animos mihi addidiſti, id eſt, animoſum & audacem me reddidiſti.

Addere animos verbis. Diuitię addunt amicos & aĩos.

Addere aurum. Attic. Vnus annus additus labori tuo, id eſt, adiunctus.

Addere audaciam, idem quod animos addere.

Addere calcar, eſt prouocare aut inſtigare quempiam. Horatius.

Addere calculum, ſuffragari.

Addere colophonem, eſt ad finem deducere. Prouerbium ſapit.

Addere cornua. Hor. Addis cornua pauperi. i. audaciã.

Addere custodē. In Mil. Cui me custodē herus addidit.
Addere dieculam. In And. In satis habes, quod tibi dieculam addo?
Addere ditioribus. In Phorm. Quàm iniquē comparatum est, hi qui minus habent, vt semper aliquid addant ditioribus.
Addere dono. In Epi. Ei quæ accessere, tibi addam dono gratis. Addere famam.
Addere fidem. Pli. Addebat fidem, quod credibile erat neminem hoc ausum sine authore.
Addere flammas.
Addere gradum, procedere. Plin. Manum eius amplexus, addere gradum cogo.
Addebat hoc mercator, id est, subiiciebat. In Eunu.
Addere iuramentum aut ius rei.
Addere laborem. In Trin. Quid ego, quod periit, petam? nisi etiam laborem addam, id est, augeam.
Addunt mihi lassitudinem tua verba. In Men.
Addere manum alicui. In Casina. Lepidè addita vobis manus, id est, bene vapulastis.
Addere manum extremā operi, est parare aut perficere.
Addere memoriam.
Addere mentem. Horat. Timido quoq; possunt addere mentem.
Addere molestias. In Eunuch. Neq; præterquam quas ipse amor molestias habet, addas.
Addere multum Reipub. Salust. Quorum maiores Punico atq; aliis bellis multum Reip. addiderant, id est, multum Remp. auxerant.
Addere noctē operi. Aen. 8. In Truc. Addūtur noctes.
Addere nomen. Egregiis hominibus fortia facta addūt nomina.
Addere operam. In Pers. Optata vt conueniant, operam addito.
Addere pōdus verbis, officio, dignitati, proceritati, &c. est gra-

est grauitatē, autoritatē, cōmendationem'ue tribuere.

Addere preces. Plin. Addit preces suas.

Addere sacramentum rei.

Addere virtutem. Salu. Compertum habeo milites verba, virtutem non addere.

Addere vitium ædibus, corrumpere ædes. In Mostel. Hic iam ædibus vitium additur.

Addere vitium pudicitiæ, cōprimere virginem. In Amphi. Pudicitiæ huius, vitiū, me hic absente, est additū.

Addere ad rem aliquid. Attic. Ad illam celeritatem adde etiam si quid potes.

Addere ad compendium, paucis dicere. In Casi. Ea addito ad compendium.

Addere ad gratiam. In Trinum. Adde ad istam gratiam vnum.

Addere ad memoriā. In Fam. Curasti enim, vt plus additum ad memoriam nominis nostri, q̄ ademptum de fortuna videretur.

Addere ad officium. In Fami. Et si meo iudicio nihil ad tuum prouinciale officium addi potest.

Addere ad studiū. Ibidem: Intelliges hac re nouata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, q̄ quicquam esse detractū.

Addere ad vitam. In Asi. Iam ipse vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.

Addere de meo, tuo, suo. In Famil. Sed aliqd atq; adeo multum addunt & afferunt de suo. In Men. Ecqd audes de tuo isthuc addere? In Phi. Nihil addo de meo

Addere in fasciculum literas. Atti. Eas in eundem fasciculum velim addas, nisi iam fortè dedisti.

Addere in rem aliquid. Idem: In illam orationem Metellinam addidi quædam.

Addere in sententiam. Salust. Quamobrem in sententiam non addidisti, vti prius verberibus in eos animaduerteretur?

Adde,

Adde, quære in coniunctionibus.
CIRCVNdare. In Phil. Quum fossam latam cubiculari lecto circundedisset.
Circundato me brachiis. In Asin.
Circundedit noua mœnia oppido. Plin.
Circundat vellera collo. Martial.
CONdere carmen, est componere, effingere. Horati. Seu condis amabile carmen.
Condere cibum, reponere.
Condere arcem, domum, ædificare.
Condere diem cum laude. Plin. Quum tibi dies omnis summa cum vtilitate nostra, cum tua laude conditur.
Condere dolores in corpus. Plaut. Mihi magnos dolores, per voluptatem tuam condidisti in corpus.
Condere se fluuio, submergere.
Condere fructus. Pli. Formicæ æstate condunt fructus, quibus hyeme fruantur.
Condere gladium. Colu. Herba ea vocatur vagina, qua latet conditus gladius.
Condere humi cadauer, funus sepelire. Metam. 2.
Condere iusiurandum. In Rud. Iusiurandum seruandæ rei, non perdundæ conditum est.
Condere leges. In Phil. Constat profecto ad salutem ciuium ciuitatumq; incolumitatem vitamq; omniū quietam & beatam conditas esse leges.
Condere literas. In Oratio. Quas in ærario sanctiore condi imperauit. Condere mel. Horat. Epist. 2.
Condere monumento corpus, sepelire. Pli.
Condere opus. Idem.
Condere pecuniam. In Oratio. Vt liceat illi inuidiam deponere, pecuniam condere.
Condere potestatem tribunitiam per arma. Salust.
Condere triticum. De re Rust. Triticum condi oportet in granaria sublimia, id est, recondi.
Condere vrbem, ædificare. Salust. Vrbem Romani condidere

didere Troiani.

Condere in aluo, abſcondere. Vergili. Et nota condun-tur in aluo.

Condere in carcerem. In Orat. Atq; in carcerem condi imperauit.

Condere in corpus dolores: vnde condere dolores.

Condere in crumenam argentum. In Truc.

Condere in furnum calidum. In Caſi. Vna ædepol opera in furnum calidũ condito, atq; ibi torreto me pro pane rubido bera.

Condere in lapidicinas. In Capt. In lapidicinas compeditum condidi, vbi reſciui mihi data eſſe verba.

Condere ſe in neruum brachialem, brachiis amplexari. In Pœn.

Condere in piſtrinum. In Pſeud. Nunquid cauſſa eſt ilico quin te in piſtrinum condam.

Condere in puteum. In Aulu. Vincite, verberate, in puteum condite. Condere in vaſa ceruiſiam, vinum.

Condere intrò, quod dediſti.

Conditum ſeruare. Aegloga. 3. Sed condita ſeruo.

AB Scondere ſtultitiam. In Ciſt. In latebras abſcondas pectore pœnitiſſimo tuam ſtultitiam.

RE Condere, in vſus poſteros reſeruare.

Recondere æs, carnes, ceruiſiam, mella, panes, poma, vinum, &c.

Recondere, abſtrudere. Diana Hypolitum ſyluis recondidit.

Recondere aculeos. In Orat. Noli aculeos orationis meæ, qui reconditi ſunt, excuſſos arbitrari, id eſt, tecti, repoſiti.

CR Edere, committere, fidem adhibere. In Eunu. Credis huic quod dicat. Quid iſti credam? In And. Credo ne tibi hoc?

Credere ſe alicui. In Trin. Crede huic tu te.

Credere aliquid alicui. In Adelph. Hoc nunquam mihi ipſe

ipſe voluit credere, id eſt, patefacere. In Heaut. Nec tibi ille eſt credere auſus, quę eſt æquum patri. In Ruden. Tibi ego núquam hodie quicquam credam, niſi accepto pignore.
Credere animum ſuum alicui. In And. Quę mihi ſuum animum atq; omnem vitam credidit?
Credere animum ſuum literis, habebis, credere literis.
Credere argentum alicui. In Aſi. Nunquam hodie induces, vt tibi credam hoc argentum ignoto.
Credere ſe ſuæ arti, audaciæ.
Credere audita libris, eſt inſcribere.
Credere ſe campo. Aenei. 9.
Credere ceræ aliquid, in cereis tabellis ſcribere. In Perſa: Poſtquam recitaſtis quod erat ceræ creditum, iam mihi credis.
Credere ſe cœlo, volare. Aeneid. 6. Præpetibus pennis auſus ſe credere cœlo.
Credere colori. Aeglo. 2. Nimium ne crede colori.
Credere conſilia ſua alicui. In Adel. Me fugitant, illi credunt conſilia omnia, id eſt, aperiunt.
Credere diuitiis. Credere ſuæ eruditioni.
Credere exercitum alicui. In Eun. Verum credere omnem exercitum.
Credere facinus aliquod timido pectori. In Pſeu. Stultitia eſt facinus magnum timido cordi credere.
Credere fidei alicuius. Plaut. in Caſin. Tuæ fidei credo. In Eunuch. Crede hoc meæ fidei. In Aulu. Tuę fidei credidi aurum.
Credunt ſe gramina in nouos ſoles, id eſt, ineunte vere pullulant. Georgi. 2. Inq; nouos ſoles audent ſe gramina tuto Credere.
Credere iuſſa ſua literis, habes infra.
Credere literis ſeu chartis animum ſuum, iuſſa, negotia, ſuam ſententiam, ſecreta, verba, eſt alicui ſuum animum per literas aperire. Horat. in Saty.

Credo misericors est. In Amphit.

Credere negotia literis: dicetur, credere literis.

Credere se mari, Neptuno, pelago, ventis, est nauigare. Ouid. Non ideo pelago debet se credere, si qua Audeat exiguo ludere cymba lacu.

Credere se nocti, iter ingredi. Metamor. 4. Iamq; cadente die veritus se credere nocti.

Credere nummum alicui. In Pseu. Ne quisquam credat nummum, iam edicam omnibus.

Credere pecuniam. In Famil. Qui per prouinciam imperii tui pecunias ei credidissent.

Credere se pelago: vide, credere mari.

Credere se pugnæ, est confligtari.

Credere ripæ. Aeglo. 3. Non bene ripæ Creditur.

Credere se suæ scientiæ.

Credere secreta, sententiam suam literis: vide, credere literis.

Credere se ventis: quære, credere se mari.

Credere se viribus suis.

Credere verba alicui. In Phor. Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, verere ei verba credere?

Credere vitam alicui, diximus apud credere animum.

Credere de. In Fami. Bis ad te scripsi me purgãs diligenter, te leuiter accusãs in eo, qđ de me cito credidisses.

Credere ex chyrographis. Ibidem: Ipse chyrographa omnia, ex quibus credidi, &c.

Credere per syngrapham. In Oratio. Tibi soluat, quod ei per syngrapham credidisti.

Credere pro certo. Salust. Pro certo creditur, &c.

Credere malè alicui. In Cur. Ibi sunt qbus credat malè.

Credere satis. In And. & Eunu. Satis credo.

Credere cum infinitiuo. In Eunuc. Credo eqdem illum iam affuturum esse.

Credo credere. In Andr. Oẽs nos gaudere hoc Chreme, te credo credere.

Credo

Credo confecturos deos. In Adel. Credebas dormienti hæc tibi confecturos deos? id est, putasti.

Credere fieri. In Eunu. Quid tu his rebus credis fieri?

Credere fore. In Asina. Credam fore, dum quidem ipse in manu habeo.

Credere posse. In Truc. Viginti minis venire illæc posse c e le dona.

Creditur impersonale. In Stich. Creditur tibi. In Curc. Male creditur, qui nunq̃ reddũt. In Men. Neq; apud amicam mihi iam quicquam creditur.

Creduis vel creduas, pro credas, Plautinum.

CONcredere, est quicquam alicui bona fide committere: vt Concredere pecuniam perferendam amico. In Oratio. Cui tu & rem & famam cõmendare proficiscens, & concredere solebas?

Concredere alicui suam caussam, domum, familiam, literas, negotium, officium, rem, substantiam, sese, thesauros, vicem, &c.

DEDEre, deuictorum hostium proprium est.

Dedere aliquem alicui. In Curc. Ego illũm tibi dedam. In And. Tibi pater me dedo. In Heaut. Dedo me patri nunc iam. In And. His sese dedere.

Dedere animum amori. In Hecyra. Habebam alibi animum amori deditum.

Dedere aures alicui. Atti. Vide enim quibus hominibus aures sint deditæ meæ.

Dedere cruci aliquem. In Aulu. Ego te dedam discipulam cruci.

Dedere diem alicui. In Sti. Hunc tibi dedo diem.

Dedere doctrinæ se. De Offic. Qui excellenti ingenio doctrinæ sese dediderunt.

Dedere libidinibus se. In Philoso. Et se totos libidinibus dedissent.

Dedere morti aliquem. In Asina. Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?

Dedere negotium alicui. In Andr. Dauo isthuc dedam iam negotii.

Dedere operam. In Eunu. Vterq; pater & mater quasi dedita opera erant.

Dedere pœnas. Attic. Dedo pœnas temeritatis meæ, id est, satis superq; do.

Dedere se & sua. Cæsar. Qui se suaq; omnia sine mora dediderunt. Plaut. in Amphi. Deduntq; se, diuina, humanaq; omnia, vrbem atq; liberos in ditionem atque arbitratum cuncti Thebano populo. Ibidem: Vrbem agrum, aras, focos, seq; vti dederent.

Dedere ad supplicium aliquem. Liuius. Ad supplicium Numitori Remus deditur.

Dedere in ditionem, dictum vbi dedere se. Plautus in Milite: Aures meas profecto dedo in ditionem tuã.

Dedere in pistrinum aliquem. In Andr. Verberibus cæsum te in pistrinum Daue dedam vsq; ad necem.

AEDEre annales. Att. Vt Annales suos emendem & ædam, id est, in vulgus dem.

Aedere annos, ætatem dicere. Ouid. Dum licet & veros etiam nunc æditis annos.

Aedere bellum. Liuius. Regia statio atrocissimum bellum ædebat.

Aedere cædem, præliari. Idem: Multa iam ædita cæde senescit pugna.

Aedere clamorem. In Phil. Clamoremq; maiorem cum admiratione ædidisset, id est, validè inclamasset. Liui. Aedidit clamorem, vt auerteret etiã pugnantiũ aios.

Aedere cruciatum: vide, ædere exemplum.

Aedere exemplum auaritiæ, modestiæ, seueritatis, temperantiæ. &c. Cicero. Liuius.

Aedere exẽplum in aliquẽ, est aliis documẽto esse. Cæs. In eos omnia exempla cruciatusq; ædere. Ter. Vterq; in te exempla ædent, id est, alii de te exẽplum capiẽt.

Aedere in aliquẽ exempla furti, homicidii, est malè affi-

cere

cere aut perdere fures.
Aedere facinus: vide, scelus ædere.
Aedere fœtum. In Orat. Quo meliores fœtus posset & grandiores ædere, id est, producere.
Aedere ignem. Liui. Aeditus ab Hannibale ex composito ignis est.
Aedere iudicium. In Orat. Tibi meo familiari & contubernali prius etiam æedituri fuerint iudicium scribæ mei, si voluisses, q̃ in codicem retulissent.
Aedere librũ. Ci. In iis libris quos de diuinatione ędidi.
Aedere ludos. Sue. Aedidit spectacula varii generis munus gladiatorium, ludos etiam regionatim, vrbe tota.
Aedere munus gladiatorium: vide, ludos ædere.
Aedere nomen, dicere, dare. Liui. Iussi nomina ædere. Idem: Aedit nomina eorum quibus conuentis opus est. In Orat. Meum nomen operariis ædiderat.
Aedere oracula, dare responsa. In Phil. Cur isto modo iam oracula Delphis non æduntur?
Aedere prælium. Liu. Memorabile illud ædidit pręliũ.
Aedere pugnam. In Capti. Iam aliquid pugnæ ædidit, id est, commisit. Attic. Quas ego pugnas, & quantas strages ædidi, id est, pugnaui.
Aedit pro se quisq. id quod potest, id est, demonstrat. In Amphit.
Aedere rationem. In Aulul. Postquam hanc rationem cordi ventriq; ædidi, accessit animus ad meam sententiam.
Aedere rationes. Attic. Ego mihi ab illo non rationes expectabam, quas tibi ædidit, id est, attulit.
Aedere rem. Plau. Rem omnem hanc ædere vos vt velim, demonstraui ordine.
Aedere risus, ridere. Att. Memini miros risus vos ędere
Aedere ruinas. In PhILo. Si inuaserit in hæc, quæ satis scitè nobis instructa & composita videntur, nimias ædet ruinas.

Aedere ſcelus. In Orat. Quod ſcelus, quod facinus parricida non ædidit?
Aedere ſcelus in aliquem. In Orat. Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt ædita, id eſt, commiſſa. Liuius. Si quicquam ſceleris, quod homo in homines ædere poteſt, non prætermiſit.
Aedere ſcriptum, ſcriptis indicare. In Orat. Aede mihi ſcriptum quod argenti in prouincia Siciliæ pararis.
Aedere ſignum. Liui. Aedito è ſpeculis ſigno.
Aedere ſocium ſibi. In Ora. Qui ſibi eum nuper ędidit ſociū. Idē: Sociū tibi in huius bonis ędidiſti Quintiū.
Aedere ſonos. Ouidius. Funereoq; graueis ædidit ore ſonos.
Aedere ſpiritum. In Oratio. Cuius in complexu libenter extremum vitæ ſpiritum ædiderim.
Aedere ſtragem. Liu. Tantoq; maiorem ſtragem ædidere, q̃ inter hoſtes ædiderant.
Aedere teſtes. In Oratio. Teſtibus æditis ita mittam in conſilium.
Aedere verba. In Orati. Iudicium quum acciperet in ea ipſa verba, quæ Næuius ædebat, non recuſaſſet.
Aedere vitam. In Phil. Quàm Pythagoræ ipſum illum locum, vbi vitam ædiderat, ſedemq. viderim.
Aedit vitis hæc centum vaſa, id eſt, producit. Sueto.
Aedere in lucem. In Phil. Simul atq; æditi in lucem, & ſuſcepti ſumus, id eſt, nati.
Aedere in vulgus. Atti. Ei rei ſunt indicio præter eos libros, in quibus de eo facit mentionem, qui in vulgus ſunt æditi.
Aedere foras ſe, egredi. Plau. Me clanculū ædidi foras.
AEDIficare claſſes. In Ora. Poſteaquam maximas ędificaſſet claſſes.
Aedificare domum Atti. Domus vtriuſq; noſtrum ædificatur ſtrennuè.
Aedificare hiſtoriam. In Ora. Ipſa autem ædificatio poſita eſt

ſita eſt in rebus & verbis. Agitur de hiſtoria.
Aedificare hortos. Atti. Cui Cn. noſter locum vberem, vt hortos ædificaret, dedit.
Aedificare mundum. In Phil. Mundum ædificauit Platonis deus.
Aedificare nauem. Cic. Aedificauerint ne nauem onerariam.
Aedificare plateas. Cæſar: Vicos plateasq; ædificat.
Aedificare prædia. Attic. Quodq. temporis in noſtris prædiolis & bellè ædificatis.
Aedificare Remp. In Fam. Ad ædificandam Rempub. poterimus & nos libenter accurrere.
Aedificare vicos: quære, plateas.
Aedificare villam. In Phil. Hanc vides villam vt nũc quidem eſt, lautius ædificatam patris noſtri ſtudio.
EX AEdificare, ædificanda abſoluere.
Exædificare domum, templum. Ci. Cum Apollini templum Delphis exædificaſſent.
Exædificare opus. In Orato. Ne grauere exædificare id opus quod inſtituiſti.
Exædificare ignauiam. In Trin. Qui exædificaret ſuam inchoatam ignauiam, id eſt, promoueret, perficeret.
Exædificare ex ædibus aliquem, eiicere. In Tri. Exædificaſſet me ex his ædibus, ſi abſq; te foret.
IN AEdificare ſtramentum. In Orat. Parum coniectis celeriter ſtramentis, quæ tentoriorum integendorum gratia erant inædificata.
RE AEdificare meritum. Att. Cæſarem immerito reædificando diligentiorem fore.
EDERE vel eſſe, abſumere. Aenei. 4. Eſt mollis flamma medullas.
Edere cor, cor ne edito. i. curis ne tuũ animum crucies.
Edere eſcas. Plaut. Ad forum eſt hominum indies, qui ſingulas eſcas edunt.
Ede naſturtium. Adagium in ſocordem, ignauum, hebetem

tem, ſtupidum.

Edere prandium. Plautus. An tu ne etiam mecum eſſes prandium?

Edere pugnos, pugnis cædi. In Amphit. Quiſquis homo huc venerit, pugnos edet.

Eſſe de ſymbolis. Idē: In hūc diē vt de ſymbolis eſſem⁹.

Eſtur. Plin. Propter eius amaritudinem non eſtur.

ESVrire mane maturè. In Curcul. Meditatiuum eſt.

ADEdere aliquid. In Orat. Quis tam perditus ac profuſus nepos, non adeſa iam, ſed abundanti pecunia ſic diſſolutus fuiſſet, id eſt, conſumpta pecunia.

AMBEdere. Plaut. Dicit capram, quam dederam ſeruandam ſibi, ſuæ vxoris dotem ambediſſe.

COMedere vel comeſſe. Martial. Scæuola tu comedis apud omnes, nullus apud te. Alterius ſiccas pocula, nemo tua.

Comedere aliquem, abligurire, ſpoliare. In Moſtel. Sine modo venire ſaluum, quem abſentem comes, id eſt, cuius abſentis bona conſumis. In Eunu. Hunc comedendum & deridendum vobis propino.

Comedere bñficia In Ora. Bñficia Cęſaris comederūt.

Comeſſe bona. In Oratio. Quaſi bona Romæ comeſſe non liceret.

Comedere cor. Adagiū, pro ſe excruciare animi dolore

Comedere nummos. Attic. Putat enim ſuos nummos non comediſſe.

EXEdere aliquem, inopem reddere. In Heaut. Quid te futurum cenſes, quem aſſiduè exedent?

Exedere aliquid. In Phor. Tute intriſti, tibi omne eſt exedendum.

Exedere animum. In Phil. Accedunt ægritudines moleſtiæ, mœrores, qui animos exedunt. Ibidem: Eorum animi noctes atq; dies exeduntur. Item: Aegritudo lacerat, exeſt animam, planeq; conficit.

Exedere corpus. Plin. lib. 26 Naſcuntur quoq; in ſanguine ipſo

ne ipso hominis animalia exesura corpus.

OB Edo, peredo, semedo, superedo, satis constant, at quæ ab his deriuantur vsitatiora sunt, vt obesus, semesus.

IND Ere catenas captiuis. In Capt. His indito catenas singularias, id est, iniicito.

Indere cicatricem in scapulas alicuius. In Asinar. Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt, id est, fecerunt.

Indere compedes seruis. In Men. Qui fugitiuis seruis indunt compedes.

Indere coriandrum, fœniculum, allium, atriũ, holus &c. id est, immiscere cibis. Plaut.

Indere fenestras domui. In Rud. Illustriores fecit fenestrasq; indidit, id est, fecit.

Indere guttam vini in os. In Casi. Dii me & te infœlicitent, si ego in os meum vini guttam indidi.

Indere ignem in aram. In Mil. Inde ignem in aram, id est, iniice, impone.

Indere limina ferrea. In Persa: Aedes commutes, limina indas ferrea.

Indere nomen alicui. In Capt. Iuuentus nomen indidit scorto mihi, id est, fecit. In Men. Ex forma nomen inditum est.

Indere salem in aquam. In Merca. Cor meum guttatim contabescit, quasi in aquam tu indideris salem.

OB D Ere, opponere, claudere. In Eunu. Pessulum ostio obdo In Heaut. Foribus obdit pessulum. In Casina. Forem obdo.

PE Rdere aliquem, id est, corrumpere. In Adelph. Cur perdis adolescentem nobis. Ibidem: An laudi putat fore, si perdiderit gnatum? Idem: Vbi isthic scelus est qui me perdidit? Item: Dii te perdant, id est, malis omnibus cumulent, disperdant.

Perdere aliquem capitis. In Mil. Quem Pol ego capitis

tis perdam, id est, priuabo vita.
Perdere amicos. Vide, perdere parentes.
Perdere aquam. Quint. Temporibus præfinitis aquam perdit, id est, tempus datum frustra conterit, cum ad clepsydram dicitur.
Perdere caussam. In Orat. Caussam perdidisti.
Perdere cohortes. In Orat. Neq; equitatum in Syria & cohortes optimas perdidissemus.
Perdere famam. In Trin. Vt famam per flagitium perderes?
Perdere fidem. In Curcul. Eum rem, fidemq; perdere, tametsi nihil fecit, aiunt.
Perdere formam. In Amph. Vbi ego formam perdidi?
Perdere gratiam. In Epi. Quam quidem iam te diu perdidisse oportuit.
Perdere honores. In Sticho: Neq; ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.
Perdere impensas: vide, oleum perdere.
Perdere ius, litem. In Casina. Quem Hercle ego litem adeò perdidisse gaudeo.
Perdere libertatem. In Orat. Cum Coss. prouinciarum pactione libertatem omnem perdidissent.
Perduntur literæ bonæ immerito, id est, condemnātur.
Perdere memoriam De Senect.
Perdere mores. In Truc. Nouos omnes mores habeo, veteres perdidi.
Perdere oculos. In Orat. Aut quod oculos non perdidisti, id est, erepti non sunt.
Perdere operam & oleum, seu impensas, cum laborem frustra sumptum significamus. In Pœ. Ego & oleum & operam perdidi. In Epid. Perdidisti omnem operam. In Rud. Et operam & sumptum perdunt.
Perdere parētes, patriam. In Phil. Multi parentes, multi amicos, nonnulli patriam, pleriq. autem seipsos penitus perdiderunt.

Perdere rem. Vide, perdere fidem. In Trin. Perdidit rem paternam.
Perdere se. Vide, parentes perdere. Adolescentes sibi permissi, sese perdunt.
Perdere valetudinem. In Philo. perdita valetudo.
Perdere virtutem animi In Or. Virtutem animi non haberet, quam nunq̃ perdidisset. Perdere vitam.
D I Sperdere rem. In Casi. Vt lubet ede, bibe, disperde rem. In Famil. Tot ciues Romanos cecidit, arripuit, disperdidit.
P E Ssundare, opprimere. In Andr. Quæ si non astu prouidentur me aut herum pessundabunt. In Bacch. Pessundedit tibi filium vnicum, id est, perdidit.
Pessundare iracundiam. Plaut. In Merc. Pessundedi irã, inimicitiam, lachrymas, mœrorem, exilium.
Pessundari ad aliqd. Salu. Sui captus prauis cupidinibus ad inertiam & voluptates corporis pessundatus est.
P R Odere, longè proiicere, deserere. Aenei 1. Vnius ob iram Prodimur In Hecy. Prodemus quæso poti⁹.
Prodere aliquẽ, deferre, ostendere, patefacere. Aene. 2.
Prodere voce sua quenquam. In Heaut. Tu quidem illum planè prodis. Prodere amicitiam. Salust.
Prodere caput alicuius. In Orat. Neq; vero longè ab eo C. Iulii caput hospitis Hetrusci scelere proditum.
Prodere diem. In Orat. Prodita die qua iudicium sit futurum.
Prodere dies. In And. Impetrabo, vt aliquos saltem nuptiis prodat dies. Alii legunt protrahat.
Prodere fidem. Salust. Sed ea sæpe antehac fidem prodiderat.
Prodere flaminem. Ascon. Profectus est ad flaminem prodendum id est, declarandum.
Prodere genus, propagare. Aenei. 4. Genus alto a sanguine Teucri Proderet.
Prodere gnatum, decipere, deserere. In Adelph. Prodi

disti

disti & te,& illam miseram & gnatum.
Prodere interregem. Ascon. Qui interregem prodere non essent passi.
Prodere literis aliquid. In Oratio. Quod est proditum memoriæ ac literis.
Prodere memoriæ, mandare. In Oratio. Hoc iudices non sine caussa fictis fabulis doctissimis homines memoriæ prodiderunt. Idem: In virorum fortium factis memoriæ prodendis.
Prodere memoriam posteris. De Offic. Quorum liberis posterisq; prodatur memoriam.
Prodere monumentum. In Phil. Nihil, est autem, quod non longinquitas temporum excipiente memoria, prodendisq; monumẽtis efficere atq; assequi possit.
Prodere nomen. In Philo. Quum Lacedæmonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, mortem tantopere contempserit, id est, cuius ne nomen quidem extat. Prodere officium. In Philo.
Prodere patriam. Cic. In eum pœnam qui prodere hostibus patriam cogitaret. Salu. Antequam arcem proderent hostibus.
Prodere posteris aliquid. Cęs. Posteris prodi pulcherrimum iudicarem. De Senect. Non accipere modo hęc a maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodere.
Prodiderunt poetæ quidam Tragici, id est, scripserunt. De Offic.
Prodere Rempub. alicui. Salust. Vindicandum in eos, qui hosti prodidere Rempublicam.
Prodere vitam. In Heauton. Prius proditurum te tuam vitam.
REDdere, acceptum restituere.
Reddere aliquid. In Phorm. Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Reddere aliquem, representare. Plin. Tantæ fœminæ matrem rursus videor amittere, quam hæc vt reddit
ac

ac refert nobis.

Reddere animum alicui. In And. Reddidisti animum, id est, creasti.

Reddere beneficium. In Phor. maleficio si beneficium summum nolunt reddere.i.referre gratiam.

Reddere caussam, rei est, dicere.

Reddere certiorem, aut certum, id est, facere.

Reddere cõmotũ. In And. Ego iam te cõmotũ reddã.

Reddere conuenientia cuiq; attribuere. Horat. Ille profectò reddere personæ scit conuenientia cuiq;.

Reddere delibutum gaudio, lætum facere. In Phorm. Satin est, si te delibutum gaudio reddo?

Reddere dictum ac factum, est studiosè rem curare. In Heauton. Dictum ac factum reddidi.

Reddere ducem summum aliquem. In Famil. Summum me ducem literæ tuæ reddiderunt.i. effecerunt.

Reddere effectum efficere. Terent. In And. Hoc ego tibi profectò effectum reddam.

Reddere elinguem. In Orat. Quò voluit, adduxit, conuicit, & elinguem reddidit, id est, mutum.

Reddere exercitatum. In Hecy. Amor me ad hanc rem exercitatum reddidit.

Reddere fructum prędia. In Phor. Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia, id est, perducunt.

Reddere gestum alicuius, repræsentare.

Reddere gratiam. Salust. Et quoad viues, nunq̃ tibi redditam gratiã putaueris, semper apud me integra erit.

Reddere habitum alicuius, referre.

Reddere hebetẽ. Att. Me hebetẽ molestiæ reddiderũt.

Reddere hominem. In Orato. Nox te nobis Antoni expoliuit, hominemq; reddidit.

Reddere impetratum, impetrare. In Epid. Id ei ego impetratum reddidi.

Reddere incertum. In And. Hic reddes omnia, quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt fient.

Reddere

Reddere ingenium alicuius.

Reddere insuaue aliquid. Attic. Sed ipsius videmus vitam insuauem reddidisse.

Reddere ius vel iudicium In Phor. Magistratus adi, iudicium de eadem caussa vt reddant tibi.

Reddere iunceum aliquid. In Eunu. Deducunt cibum, tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas.

Reddere lassum. Plaut. Ita me miserum restitando, retinendoq; lassum reddiderunt.

Reddere legibus suis vrbem. Iust. lib 8.

Reddere leue. Plaut. Eamq. herili imperio ingeniis vostris leuem reddere, id est, facere.

Reddere literas, deferre, tabellariorum est. Attic. Eodē die pueri tui a te mihi literas reddiderunt.

Reddere ludos. In And. Quos mihi ludos redderet, id est, vt me deluderet.

Reddere mitem, mollē aliquē. Vide, placidum reddere.

Reddere moribus suis aliquem.

Reddere mores, nomen patris, aut alterius.

Reddere officium. In Fam. Sed multa varietate temporum interruptum officium cumulatè reddidi.

Reddere otiosum. In Fam. Si Fabium otiosum reddideris.

Reddere operam. In Epid. Operam da opera redde ut tibi. In Asin. Redde operam mihi.

Reddere perfectum. In Asin.

Reddere placidum. Plaut. Placidum hodie te reddam. In Oratio Ita eum placidum mollemq; reddidi.

Reddere pœnæ aliquem Plin. Reddendumq; pœnæ quam fractis vinculis euasit.

Reddere quietum. In Eunu. Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam. Christus verbo suo turbatas conscientias reddit quietas.

Reddere rationem. In Aul. Tibi ego rationem reddam stimulorum seges. De officiis: Quod cur factum sit

ratio

ratio probabilis reddi possit.
Reddere salutem. In Oratio. Quibus salutem insperan tibus reddidisti. Idem: Qui mihi tum deniq; se salutem putauit reddere, si eam nullis spoliatam ornamẽtis redderet, id est, dare, incolumen seruare.
Reddere sanguinem. Plin. Veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit.
Reddere sanitati pristinæ aliquem, restituere.
Reddere se sibi. Reddere se suis. In Eun. Vt reddã suis.
Reddere studium patris. i. diligentiam referre.
Reddere surdum. Terent. Quod vt efficerem, orando surdas iam aures reddideras mihi.
Reddere talionem, est iniuriam iniuria pensare. Capiturq; ferè in peius. Reddere transactum. in Capt.
Reddere verbum verbo, est ad verbum transferre in diuersas linguas. Hora. Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.
Reddere virtuti aliquem.
Reddere virum probum, id est, efficere.
Reddere vitam pro aliquo, mori. In Oratio. Nam qui pro Republica vitam reddiderunt.
Reddere viuis aliquem, resuscitare, ab orco reducem facere.
Reddere vocem alicuius. Aeneid. 6.
Reddere in splendorem aliquid. Plaut. Nec sua opera reddit unquã in splẽdorem compedes. Idem: Bullas illas mihi facito in splẽdorẽ reddas. i. lucidas efficias.
SATIS dare fide, iubere. Cice. Vt si quid satisdandum erit, amplius eo nomine peti cures, vt satisdentur nomine meo.
SVBDEre, supponere. Cato: Ignem subdito.
Subdere, subiungere, subnectere. Quint. His dictis & alia subdidit. Subdere calcaria, est adhortari.
Subdere oua adulterina, puerum, est loco alterius ponere. In Heaut. Subditum se suspicatur, id est, suppositi
tium

In Men. Hic filium ſubdiderat vicini pater vicinum.
Subdere, cõmittere. Plin. Vereor ne ſit cautum rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus ſubdere.
Subdere tergum. In Epid. Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum, id eſt, periculo exponas.
Subdere in locum alterius. Pli. In locum eraſorum ſubditi fuerant. In Fam. In Hircii locum me ſubdas.
Subdere ſub ſolum, proſternere. In Curc. Et datores & fautores omnes ſubdam ſub ſolum.
TRADEre amicis. In Mercat. Vt quæ mandat, amicis tradam.
Tradere cauſſam aduerſariis tacitum, eſt vinci ſe permittere. In Phor.
Tradere diſciplinam. In Orat. Traditam tenuit diſciplinam. In Orat. Diſciplina quæ erat ab hoc tradita.
Tradere effectum, In Curcul. Ego hoc effectum lepidè tibi tradam, tace.
Tradere exemplum aliis. Salu. Et tradite exemplum poſteris ad pop. Rom. circumueniendum.
Tradere immortalitati. In Ora. Cuius ingeniũ varioſq; ſermones immortalitati ſcriptis ſuis Plato tradidit.
Tradere lampada curſu. Adagium.
Tradere memoriæ. In Orat. Traditum eſt memoriæ.
Tradere obliuioni, obliuiſci.
Tradere ſe otio, otiari. Plin. Teq; ſtudiis vel otio trade.
Tradere operas mutuas. In Phorm. Cum ille abeſt hic præſto eſt, tradunt mutuas operas.
Tradere opinionem. In Orat. Quibus non ſcientia eſſe tradenda, ſed exigui temporis aut falſa, aut certe obſcura opinio.
Tradere os. In Oratio. Os ſuum tibi tradidit, id eſt, præbuit, vt cum Terentio loquar.
Tradere poteſtatem. In Orat. Cui populus ipſe moderandi & regendi ſui poteſtatem, quaſi quaſdam habenas tradidiſſet.

Tradere præcepta. In Orato. Cum tradita sunt cuiusq; artis difficillima.
Tradere præceptori aliquem, docendum curare. Pli.
Tradere eum præceptori, a quo mores primum, mox eloquentiam discat, quæ malè sine moribus dicitur.
Tradere prouinciam alicui. In Heaut. Huic nostro tradita est prouincia.
Tradere quieti se. In Phil. Vt igitur qui se tradet ita quieti.
Tradere regnum. In Men. Qui in morte regnum Hieroni tradidit.
Tradere salutem pro pignore. In Orati. Quoniam me animo esse oportet eo, cui illi salutem pro pignore tradiderunt.
Tradere scientiam, quære, tradere opinionem.
Tradere se alicui. In Orato. Totum ei me tradidi. De Offic. Meq; totum Reip. tradidi.
Tradere se studiis, studere. Vide, tradere otio.
Tradere vias. In Phil. Si artium vias traderem meis ciuibus, id est, docerem.
Tradere de manu in manum. In Fam. Totum deniq; hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum tuam istam & victoria & fide præstantem.
Tradere in custodiis. Sal. Qui in custodiis traditi erant.
Tradere in disciplinam. In Oratio. Etenim te in disciplinam meam tradideras.
Tradere in manum. In Merca. Ipsi facito, coram vt tradas in manum.
Tradere in otium. Teren. Non potest retrahere a studio & tradere hominem in otium.
Tradere in pistrinum. Plaut. in Mostel. Quod te in pistrinum scis actutum tradier.
Tradere per manus. Salust. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatum nobilitas inter se manus tradebat.
Tradere per successiones. Pli. Nam plerunq; morbi per

successiones quasi iam, vt alia traduntur.
Tradere, dicere Gell. Demosthenem tradunt & vestitu cæteroq; cultu corporis nitido, venustoq;, nimisq; accurato fuisse.
VENdere præter ablatiuũ pretii, hos quoq. genitiuos admittit tanti, quãti, multi, pluris, plurimi, magni, maioris, maximi, parui, minoris, minimi, & similes. Dicimus etiam paruo, paulo, minimo, magno, nimio, plurimo, dimidio, duplo, vili De Offi. Vendo meum nõ pluris, q̃ cæteri. Varro: Magno vendidit.
Vendere hederam. Att. Vt deniq; illi palliati topiariam facere videantur, & hederam vendere.
Vendere mancipiũ. Cic. de Offi. In mancipio vendẽdo.
Vendere sectionem. Cæs. Sectionem eius oppidi vniuersam Cæsar vendidit.
Vendere silentium Ascon Cominii autem magna infamia flagrauerunt, vendidisse silentium magna pecunia, id est, vt tacerent magnam accepisse pecuniam.
Vendere q̃ plurimum. De Off. An silentio suum q̃ plurimum venditurus.
Vendere prçclarè. Atti Ligarianam prçclarè vẽdidisti. i. eam orationem in maxima existimatione posuisti.
VENditare ingenium, ostẽtare. ad Heren. Aut ingenii venditandi, vel memoriæ ostendendæ caussa.
Venditare operam. Quintil. Potentibus contra humiles venditandi operam suam.
Venditare se. Att Qui non florentibus se venditauit & afflictus semper succurrit. In Orat. Vide quibus te cõtra ipsorum voluntatem venditabas.
Vendere virtutem. De Off. A multis ipsa virtus contẽnitur, & venditatio quçdã atq; ostẽtatio esse dicitur.
VAEnire, vendi. In Men. Quibus his pretiis porci vænerunt. In Orat. Eius hominis qua ratione vænire potuerunt.
Vænire ab alio. In Ora. Immunitates ab eo vænierunt.
VEN-

VENundare. Plin. Octoginta talentis venundatas.
DIVENdere. Liuius: Quum diuendenda præda. xl. talenta argenti effecisset.

DOCEO.

Docere aliquem. De Senect. Adolescentulos doceat, instituat, ad omne officii munus instruat.
Docere aliquem cursuram. In Trin. Is hunc hominem cursuram docet.
Docere aliquem fallaciam. In Pseu. Præceptor tuus qui te hunc fallaciam docuit.
Docere aliquem fidibus. In Fam. Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen.
Doctus Græcis. Saluft. Hæc mulier literis Græcis & Latinis docta. In Oratio. Censorinus Græcis literis satis doctus.
Docere literas aliquem. In Mostel. Docent literas, iura & leges.
Doceri literis: vide Græcis.
Docere mercede. Cic. Inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quãta iam proferam, nihil sapere docuit. Item cum genitiuis tanti, quanti. Iuuena. Tenta Chrysogonus quanti doceat, vel Pollio quanti.
Doctus ad fallaciam, fraudem, malitiam, nequitiam, &c. In Hecy. In eodem omnes mihi videntur ludo doctę ad malitiã. In Epi. Nimis es doctus ad malè faciendũ.
Docere ad. Gell. At nunc videre est philosophos vltro currere vt doceant ad foreis iuuenum diuitum.
Docere de re aliquid. Sal. Romam legatos miserat, qui senatum docerent de rebus fratris & fortunis suis.
Docere Latinè. Plini. Quos Latinè huius libelli amor docuit. Suetonius: Nec minus Græcè quàm Latinè doctus.
Docere male. In Heauton. Male docet te mea facilitas multa.
Docere absolutè. Vergili. Docuit pòst exitus ingens.

Aeneid.4. Paucis aduerte, docebo.

Docere, certiorem facere. Cicer. Si qua erunt, doce me. Idem: Nec literas quidem vllas accepi, quæ me docerēt qd ageres, Bene te valere, tuç me docuerūt literę.

CONdocefacere aliquid. In Philo. Et vtamur domitis & condocefactis, vt elephantis.

Condocefacere animum. Ibidem: Nemo enim est, qui eorum bonorum animum putet esse iudicem, eumq́; condocefaciat.

DEDocere, secus ab eo quod quis doctus est docere. Quint. lib. 2. Dedocendi onus, plusq̃ docendi est.

EDocere. In Epid. Eadem hæc intus edocebo, quæ ego scio. In Trin. Istam volo me rationem edoceas. Salust. Cicero per legatos cuncta edoctus. In Phor. Sed id vnde, edoce.

PERdoctus a perdoceo. In Heaut. Perdocta est ꝓbē.

SVBdocere aliquem. Attic. Ciceronesq; nostros meo potius labore subdoceri, quàm me alium magistrum quærere.

DOLEO.

Dolere aliquid. In Philos. Illud quod Alcibiades dolebat, non ex animi malis vitiisq; constabat. In Tri. Hęc ego doleo, hæc sunt quæ excruciant.

Dolere alicui aliquid. In Capt. Huic illud dolet. In Cistel. Ne quid quod illi doleat, dixeris. In Eunu. Illi facile fit quod doleat.

Dolet animus. In Mercat. Vt huc sum aduectus, nescio qui animus dolet.

Dolere caput. In Amphi. Caput doleo, neq; audio, neque oculis prospicio satis.

Dolet cor. In Mostel. Cor dolet mihi, quum scio nunc vt sum, atq; vt fui olim.

Dolet hoc cordi meo. In Amphitrio. Ego illud scio, q̃ doluerit cordi meo.

Dolere dictum. In Eun. Dolet dictum imprudenti adolescenti & libero.

Dolere interitum alicuius. In Oratio. Quis non dolet interitum talis & ciuis & viri?

Dolere latus alicui. In Orato. Tum latus ei dicenti condoluisse sudoremq; multum consequutum esse audiebamus.

Dolere malas alicui. In Amph. Mihi etiam misero nunc malæ dolent.

Dolere oculos alicui. In Phorm. Et quò tuo viro oculi doleant.

Dolere vicem, dicimus quū dolemus aut nostro aut alterius incommodo. Atti. Ipsius vicem minime dolemus. Idem. Nihil eius vicem doleo. Item: Meorum familiarium vicem doleo In Orati. Si alienam vicem pro nostra iniuria doleremus, id est, damnum alterius æquè ac nostrum.

Dolere ab animo. In Cistel. Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritudine.

Dolere ex aío. Plau. In Cap. Satis iam dolui ex animo.

Dolere vehementer. In Adel. Me hoc delictum admisisse in me, id mihi vehementer dolet.

CONdolere. In Tru. Mihi de vento misere condoluit caput.

INDOlere. In Orat. Quis qui non indoluerit, &c.

DOMO.

Domare aliquid. In Oratio. Domuisti gentes immanitate barbaras, id est, subegisti. Plinius. Prętor Galliam domuit.

Domare pugnos in parietē In Amph. Si in me pugnos exerciturus es, quęso in parietem vt prius domes.

PERdomare terram, excolere. Plin.

DOMINOR.

Dominari cum datiuo. Ver. Victis dominabitur Argis.

Dominari in bonis. Seruius Sulpitius: Casus & natura in bonis dominatur.

Dominari in capite, In Orato, Non eo vsq; tamen, vt in

capite fortunisq; hominum honestissimorum domi-nentur hi.

Dominari in cætera. Metamor.I.Et quod dominari in cætera posset.

Dominari in concionibus. In Orat. Dominetur in con-cionibus, iaceat in iudiciis.

Dominari in fortunis. Vide, in capite.

Dominari in iudiciis. In Oratio. Se in iudiciis dominari non posse.

Dominari in re aliqua. Salusti. Fortuna in omni re do-minatur.

Dominari in suos. De Senect. Felix senectus, si vsq; ad vltimum spiritum dominetur in suos.

Dominari in vrbe. Aeneid.2. Incensa Danai dominan-tur in vrbe.

Dominari passiuè. De Off. O domus antiqua, quàm di spari domino dominaris.

DORMIO.

Dormire noctem solidam principem non decet.i.vigi-lantia & solicitudo maxime conueniunt principibus.

Dormire omnibus. In Famil. Non omnibus dormio, sic ego non omnibus mi Galle seruio, id est, non omni-bus per omnia morem gero. Adag.

Dormit sol, quando non lucet. In Amphi. Credo equi-dem dormire solem, atq; appotum probè.

Dormire somnũ Endymiõis. Ada.i ociosos & desides.

Dormire ad horã. Atti. Puella eius mane primum dor mit ad horas treis.

Dormire in dexteram aurem. Pli. Nihil est quod in dex-teram aurem fiducia mei dormias.

Dormire in vtramuis aurem, est animo otioso & secu-ro esse. In Heau. In aurem vtrãuis otiose vt dormias.

Dormire in vtrumuis oculum. In Pseud.

Dormire sine omni cura. In Trinum. Sine omni cura dormias.

Dormis

Dormis vltra Epimenidem. De somnolento.

Dormire, pro mori In sacris scripturis frequẽs Tropus.

DORmitare. Horat Quandoq, bonus dormitat: Homerus. In Epid. Non enim nunc tibi dormitandi, neque cunctandi copia est Attic. Cœnato mihi, etiam dormitanti.

Dormitare grauiter. In Philo. Ad lucem denlq; arctè & grauiter dormitare cœpisse.

EDORmire crapulam, dormiendo excoquere. Edormi crapulam inquam, & exhala.

Edormire vinum. Gel. Donec discipuli nocturnum omne vinum edormiant.

EDORmiscere crapulam. In Ruden Vt edormiscam hanc crapulam quam potaui, præter animi q̃ lubuit sententiam.

Edormiscere somnum In Amphi. Paulisper mane dum edormiscat vinum somnium.

Edormiscere vinum. In Adel. In angulum aliquò abiã, atq; edormiscam hoc villi.

INDORmire caussæ In Oratio. An faces admouendæ sunt, quæ te excitent tantæ caussæ indormienti?

Indormire desidiæ Plin Quod me longæ desidiæ indormientem excitauit.

Indormire saxis Hor. Cõgestis vndiq; saxis Indormis.

Indormire in re aliqua. Atti. Sic ego qui in isto homine colendo tam indormiui diu.

OBdormire crapulam. In Most. Vbi somnum sepeliui, omnemq; obdormiui crapulam, id est, concoxi.

Obdormiit in Lycio Endymion. i. diutius dormiuit.

DVBITO.

Dubitare, in dubio esse: gaudetq; infinitiuo. Iuue. Quis tam perditus, vt dubitet Senecam præferre Neroni.

Dubitat dicere. In Epi. Quid isthuc dubitas dicere? De Senect. Non dubitauit dicere illa. In Pseu Quid dubitas dare?

Non dubito quin. Teren. in And. Hic nunc non dubito, quin te ducturum neges. De Senect. Non dubitas quin breui Troia sit peritura.

Dubitare cum accusatiuo. In Adel. Hæc dum dubitas, menses abierunt decem.

Dubitare an. In Capt. At etiam dubitaui hos homines emerem, an non emerem.

ADDVbitare. In Fam. Si quid addubitarem, non potius vterer. Liu. Delegatis paululum addubitatũ est.

SVBdubitare. In Fam. Mihi significabant literæ tuæ, subditare qua esses erga illum voluntate.

DVCO.

Ducere aerem. In Philos. Aliud ab aere, quem spiritu ducimus.

Ducere agmen. Aeneid I. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis.

Duci amore rei. Singulari amore literarum ductus.

Ducere anhelitum ex cursura. In Asinar. Non vides me ex cursura anhelitum etiam ducere? id est, cum difficultate spirare.

Ducere animam. In Oratio. Ita viuunt vt ducere animam de cœlo non queant.

Ducere animo. Aeneid. 6. Sic equidem ducebam animo, rebarq; futurum.

Ducere aquas. Inde Aquæductus, us, vi.

Ducere aratrum. Meta. 7. Ducere argentum, aurum.

Ducere arbores. Poeticum.

Duri artificio. In Oratio. Indicauit non solum artificio, sed etiam pretio quæstuq; duci, id est, induci.

Ducere augurium Aeneid. 5. Triste per augurium Teucrorum pectora ducunt.

Ducere naribus spiritum: vide, ducere spiritum.

Ducere bellum. In Fam. Suadere institui, vt bellum duceret. Aeneid. 9. Hi bellum assidue ducunt cum gente Latina.

Ducere baculum, ad asserem. In Cebetis tabula.
Ducere callum, si ad animū transferas, prouerbiū sapit.
Ducit Cascus Cascum, id est, similis similem, deformis deformem, &c.
Ducere centesimas. Attic. Confeceram, vt soluerent centesimis sexennii ductis, cum renouatione singulorum annorum, id est, detrahere, eximere.
Ducere choros cum aliquo. Horatius: Audet ducere nuda choros. Item: Ducere choros circa templum.
Ducere colorem. inducere. Ver. Et quo Duceret apricis in collibus vna colorem. Ducere comitem. Hora.
Ducere consultum, iudicare.
Ducere coniecturam. In Fam. Quanquam quò me coniectura ducat, habeo. In Orat. Tantummodo coniectura ducor ad suspicandum, id est, coniicio.
Ducere copias militum.
Ducere curam ex animo, eiicere. In Casin.
Duci curru. Horatius.
Ducere damno. In Bacch. Si alibi plus perdiderim, minus ægrè habeam, minusq; id mihi damno ducam.
Ducere despicatui. In Oratio. In Græco sermone tam tritum atq; celebratum est, quòd si quis despicatui ducitur, vt Mysorum vltimus esse dicatur.
Ducere dictis phaleratis. In Phorm. Vt Phaleratis dictis ducas me.
Ducere diem, Lucifer aut Sol dicitur. Aeneid. 3.
Ducere diem ex die. Cæs. Diem ex die ducere Hedui.
Ducere dignum, pro æstimare.
Ducere disciplinam ex. In Philo. Tanta vis admonitionis inest in locis, vt non sine caussa ex his memoriæ ducta sit disciplina, id est, deducta.
Ducere effigiem de marmore, ligno, &c.
Ducere equum. Aeneid. 10. Ducere equum in gyrum.
Ducere æra liquentia, fundere. Horat.
Duci errore. Plin. Non omnes homines aliquo errore ducuntur.

duruntur. De Orat. Nec quenquam hoc errorem du
ci oportet, id est, decipi.
Ducere ætatem Horatius.
Ducere exercitum. In Oratio. Qua in legatione duxit
exercitum.
Ducere exordium. In Philo. A qua totius vitæ ducat
exordium. i. trahat. Ducere facem. Aenei. 2.
Ducere ferrum, est laminas facere. Aeneid. 7.
Ducere filiam alicuius: vide, ducere in matrimonium.
Ducere fontem, deriuare.
Ducere formam. Ouid 2. Metamorph.
Ducere frigus, poëticum. Metamor. 10. Arborea frigus
ducebat ab vmbra.
Ducere funus. In Oratio. Huic acerbissimum viuo vi
dentiq. funus ducitur.
Ducere furem, suspendere, aut aliquem ex iudicio inter
ficere. Plin Perseuerantes duci iussi.
Duci gaudio falso. In And. Id voluit nos sic nec opinan
tes duci falso gaudio.
Ducere gemitus, gemere. Aeneid 2.
Ducere, gemmam ex auro, argento, metallo, plumbo,
stanno, &c.
Ducere genus. Metamorph. 6.
Duci gloria. Cice Si quis honore ac gloria ducitur.
Ducere honori. Salust. quod apud Numidas honori du
citur.
Ducere horas, terere tempus: Aenei. 6. Nos flendo du
cimus horas. Duci ignorantia.
Ducere ilia, inualidum esse membris & languidũ. Hor.
Ducere imaginem de ligno, marmore, &c.
Ducere incomitatum, a stinare.
Ducere indotatam. In Adel. Et ducenda indotata est.
Ducere initium. In Oratio Tunc quæro quam ob cau
sam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit.
Duci inuidia, iracundia. Ducere lac, sugere. Meta. I.
Ducere

Ducere laudẽ. In Adel. Eam laudem hic duxit maximã.
Ducere laudi. In Prolo. Adel. Laudi ne an vitio duci factum oporteat. Ducere lineas, pro effigiare.
Ducere lineam, studiis se exercere. *Plin.* Nullam hodie lineam duxi.
Ducere primas lineas, fundamenta iacere. *Quinti. lib.* 2. Alii quum primas lineas non duxissent. Dialectica primas lineas Rhetoricæ ducit.
Ducere liuorem. Iuuen. Vnaq́; conspecta liuorem ducit ab vua.
Ducere medium aliquem. Aenei. 8. Cœlicolæ medium quem ad limina ducunt. Ducere meretricem Plaut.
Ducere minoris. Salust. *Priuatim* fidem suam non minoris quam publicam ducebat.
Ducere mœnia, ædificare. Aeneid. I.
Ducere mortuum. In Truc. Mortuum herclẽ me duco satius.
Ducere mucronem, educere. Aeneid. 12. Et auxilium ducto mucrone petebat.
Ducere murum vel muros, struere. Aeneid. I. Pars ducere muros.
Ducere thura naribus, olfacere, poëticum. Hora. Illic plurima naribus duces thura.
Ducere nauem in altum. Ducere necessarium, æstimare.
Ducere naui. Horat. Quem ducit priuata triremis.
Ducere noctem. Pli. Iucundissimis sermonibus nox ducebatur. *Plaut.* Raras noctes ducit.
Ducere nomen. In Philos. Ex quo etiam nomen hoc duxerat, id est, sumpserat.
Ducere notam, est maculam contrahere. Horat.
Ducuntur dei nutu omnia, id est, regũtur. In Merc. Eius ducuntur nutu, illi obtemperant.
Duci oblectatione rei, capi.
Ducere obliuia aut obliuionem. Poëticum. Horat.
Ducere officii, Suet. Officii duxit, quantum in se esset,

exorare filiæ patrem. Dare orbem. Ouid.
Ducere ordinem. Cæs. Qui hunc eundem ordinem in exercitu Cn. Pompeii antea duxerat.
Ducere originem, ortum trahere. Metamor. 5.
Ducere operæpretium, existimare.
Ducere ortum. Metamor. 6.
Ducere pecudes, mactare, offerre. Aeneid. 6. Duc innocuas pecudes.
Ducunt pedes aliquem. In Mercat. Quem rus ducunt pedes. Plin. Ad dietam tuam ipsi me pedes ducunt.
Duci alterius persuasione.
Ducere pocula larga, vinum, ceruisiam bibere, Poëticū. Horat.
Ducere pompam funebrem, ecclesiasticam, nuptialem, triumphalem, regalem.
Duci pœnitentia seu pœnitudine.
Duci victoriæ præmiis, est affici. Cice.
Duci pretio: vide, duci artificio.
Ducere principem. Atti. Cretensi bello Metello imperatore octauum principem duxit.
Ducere principium. In Phil. Si a principe inuestigandæ veritatis huius disputationis principium duxero.
Ducere probro. In Amphi. Nemo id probro profecto ducet Alcumenę. Duci quęstu: vide, artificio.
Ducere rationem, id est, habere. In Orati. Debere eum aiebat suam quoq. rationem ducere. Item: Non vllius rationem sui commodi duci. Idem: Ego si mei commodi rationem ducerem, te mecū esse maximè vellē.
Ducere remos, nauigare.
Ducere res, differre. Cic. Ne res duceret, fecimus.
Ducere rictum.
Ducere rimam. Vas duxit rimam ad solem. Metam. 4.
Dicere riuulos. Ducere ruinam. Horat.
Ducere sacra, circūducere reliquias duorum. Aeneid. 8.
Ducere saxa, poëticum, pro mouere.
Ducere

Ducere ſcortũ. Pla. Lubet potare, amare, ſcorta ducere.
Ducere ſenectam, poëticum. Aenei. 10.
Ducere ſermonem. In Orato. Hinc tum Pomponii ductus eſt ſermo, id eſt, ortus.
Ducere ceſſum. In Pœ. Neu deſignator præteriens obambulet, neu ceſſum ducat.
Ducere ſimilitudinem. In Orati. Ex quo ſimilitudinem duceret.
Ducere ſomnum aut ſomnos. Vergi. Potes hoc ſub caſu ducere ſomnos, id eſt, dormire.
Ducere ſortem, iacere, ſortiri, aut quod mihi ſorte cecidit, aufero. Cice. Sors ducitur. Vergil. Stat ductis ſortibus vrna.
Ducere ſorte. Aeneid. 2. Laocoon ductus Neptuni ſorte ſacerdos.
Duci ſpe. Atti. Meq; temporis non longinqui ſpe ductum eſſe, moleſtè feram.
Ducere ſpiritum, viuere. Cic. In Oratio. Vti liberum ſpiritum ducendi nullam habeat poteſtatem. In Famil. Optandum vt poſſimus ad id tempus Reipub. ſpiritum ducere, id eſt, tamdiu viuere.
Ducere ſpiritum auribus. De re Ruſt. Sed auribus ſpiritum ducere ſolere. Ducere ſtamina, nere. Metam. 4.
Ducere ſuſpiria, ſuſpirare. Metam. 10. Suſpiria duxit ab imo Pectore. Ducere ſyluas, mouere, Poët.
Ducere tempus, pro terere. In Orat. Deinde ita tempus duceretur.
Ducere teſtes, germaniſsmus eſt.
Ducere tubam. Inde tuba ductilis.
Ducere turmas. Aenei. 5. Ducere turrim.
Ducere vallum, eſt ex palis munimentum ſtruere.
Ducere vela. Cæſ. Qui non eueſtigio ad caſtra Corneliana vela duxiſſet.
Ducere venatum. Stultitia eſt venatum ducere inuitos canes.

Duci

Duci ventre, est gulæ obsequi. Horat.
Ducere viam. Atti. Ea viæ pars valde accliuis est, sed intellexi aliter duci non potuisse, id est, fieri.
Ducere vitam. Aeneid.3. Vuo equidem, vitamq́; extrema per omnia duco.
Ducere vitem, maritare. Horat. Vitem viduas ducet ad arbores.
Ducere vitio, culpare. Vide ducere laudi.
Ducere voces in fletum, muliebre est. Aeneid.4. Et longas in fletum ducere voces. Duci voluptate rei.
Ducere vultum. Martial. Qui ducis vultu, & non legis ista libenter, id est, frontem corrugas.
Ducere vultum de marmore, de ligno, &c. Aenei.6. Viuos ducent de marmore vultus.
Ducere vxorem, barb. vxoratum esse. In Eun. Emoriar, si non hanc duxero.
Ducere se ab ædibus, egredi domo. In Ba c. Duc te ab ædibus. In Famil. Duxit se a Gadibus, id est, subduxit.
Ducere ad aliquem. In And. Duc me ad eam. In Adel. M. Duc me intrò ad Sostratam.
Ducere se ad aliquem, ire. In Amphi. Iam ad regem rectà me ducam. Ducere ad calcem, finem, metam.
Ducere ad credendum. In Philo. Ita me ad credendum tua ducit oratio, id est, persuadet.
Duci ad suspicandum: vide, duci coniectura.
Ducere se deorsum de arbore, descendere. In Aul. Vbi ille abiit ego me deorsum duco de arbore.
Ducere ex animo aliquid: vide, ducere curam.
Ducere in conscientiam. Salust.
Ducere in errorem, seducere. Metamor.8.
Ducere in gyrum. De Offi. Tanquam in gyrum rationis & doctrinæ duci oporteret.
Ducere in iudicium, in ius, est apud iudicem accusare. In Eunu. Si vim faciet, in ius ducito hominem.

Ducere

Ducere in ludum. In Phormio. In ludum ducere & reducere.

Ducere in matrimonium filiã, est vxorem ducere. Cæs. Ex ea ciuitate Orgetorigis filiam in matrimonium duxerat.

Ducere in orbitatem filios: vide perducere.

Ducere in sententiam: quære, perducere.

Ducere in transennã dolis, decipere. In Pers. Hunc ego hominem hodie in transennam doctis ducam dolis.

Ducere in vitium. Horat. In vitium ducit culpæ fuga, si caret arte.

Ducere per triumphum in aliquem. Salust. Filium eius Aristonicum hostium more per triumphum duxere, id est, triumpho.

Ducere post honorem. Salu. Et sua necessaria post illius honorem ducerent. i. sua illius honori posthaberent.

Duco pr̃ me, idem quod præ me fero, putat Valla. Alii recte dici negant.

Ducere pro falsis ficta. Salustius. Ea veluti ficta pro falsis ducit.

Ducere sub signum. In Casin. Vide vt sentis sub signum ducas.

Ducere deorsum: vide, de arbore ducere.

Ducere se foras. Terent. Vxor vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.

DVCTAre aliquem, fallere. In Men. Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.

Ductare aliq̃ vxorem ducere. In Phor. Et meam ductes gratis. In Asin. Amicam ductet decrepitus senex.

Ductare aliquem dolis. In Cap. Qui me, vt lubitum est ductauit dolis.

Ductare exercitum (quod Quintilianus ait non sine rubore dici.) Salu. Exercitum quem in Asia ductauerat.

Ductare aliquem maledictis. In Asina. Maledictis eam ductare postulas.

Ductare restim. In Adelph. Tu inter eas restim ductans saltabis.
Ductare aliquid pro nihilo, iudicare. In Pers. O mē ego pro nihilo esse ducto, quod fuit.
A B D Vcere aliquem. In Adel. Hunc abduce, vinci.
Abducere clauem, eximere. In Casi. Vbi intrò hanc no uam nuptam deduxi via recta, clauem abduxi.
Abducere conuiuam aliquem sibi. In Eun. Tum me con uiuam solum abducebat sibi.
Abducere rus aliquem. In Casin. Abduxi mecum vxo- rem rus.
Abducere vi. In Oration. Mimi filiam vi abductam ab Rhodio tibicine.
Abducere a cogitatione. In Phil. Magni est ingenii re- uocare mentem a sensibus, & cogitationem a consue tudine abducere.
Abducere a defensione contraria animos. Cic. In Ora.
Abducere a foro. In Adel. Amicus quidam me a foro abduxit modo.
Abducere a molestiis aliquem. In Fam. Vt mones, quan tum potero me ab omnibus molestiis & angoribus abducam.
Abducere a negotiis. In Rud. Et vos a vostris abduxi negociis, neq; id processit, qua vos duxi gratia.
Abducere a Republica. Q. Metellus: Me interea nec domesticus dolor, nec cuiusquam a Rep. abducet.
Abducere a solicitudine animum. In Fam. Quæ etiam si minus prodessent, animum tamò a solicitudine ab- ducerent.
Abducere ab aliquo aliquem. In Philo. Quem discipu lum cupio abs te abducere.
Abducere ab angoribus: vide, a molestiis.
Abducere ab lenone mulierem. In Asina. Quam ama- bam abduxit ab lenone mulierem.
Abducere ab oculis. In Phorm. Alius ab oculis meis il- lam in

Iam in ignotum hinc abducet locum? In Adelph. Quum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi, abduci ab oculis?
Abducere ab officio. De Ami. Nec enim ab isto officio abduci incommodo meo debui.
Abducere ab Roma, ducere. Liui. Flauius supplementum omne ab Roma abduxerat.
Abducere ab studio. In prolo. Hecy. Ne illum ab studio abducerem.
Abducere ad nequitiam. In Adel. Si illum potest, qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam abducere.
Abducere de alieno. In Truc. Quid si vestro quippiam orem abducere?
Abducere in ganeum. In Adelph. Credo abductum in ganeum aliquò.
ADducere aliquem. In Phil. Eum require atq; adduce huc adducere huc. Ibidem: Ego sum missus te vt requirerem atq. adducerem huc.
Adduci amicitia. Attic.
Adducere annum tertium, adiungere. Atti. Feci non sapienter, præsertim quum id commiserim, vt ille alter annus etiam tertium adduceret.
Adducere balistam, tendere. In Phil. Vt enim balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum, eò grauiores emissiones habent, quò sunt contenta atque adducta vehementius.
Adducere domum aliquem. In Asina. Me vxor adducit domum.
Adduci exemplo bonorum fide. Vide, officio adduci.
Adducere habenas, frenum constringere. Verg. Ipse ter adducta circum caput egit habena.
Adducere habenas amicitiæ. Cic. de Ami. Quam commodissimum esse laxisissimas habenas habere amicitiæ, quas vel adducas quum velis, vel remittas.
Adducere lacertum, extendere. Vergil. Ocyus adducto

torquens hastile lacerto.
Adduci mercede. In Orato.
Adduci metu. In Oratio.
Adduci misericordia: vide, adduci officio.
Adducere nutricem. In Hecy. Puero nutricem adduxit.
Adduci odio. Attic.
Adduci officio. In Oratio. Adductus sum iudices officio, fide, misericordia, multorum bonorum exemplo veteri consuetudine, institutoq́; maiorum, vt onus hoc laboris, &c.
Adducere ramum. In Philos. In agro ambulanti ramulum adductum, vt remissus est, in oculum recidisse.
Adducere seruitum aliquem sibi. In Pseu. Adducito me seruitum tibi, ni fecero. Adduci spe. Atti.
Adducere a foro aliquem. In Mil. Iam Hercle ego herum adducam a foro.
Adducere ad arbitrum suum aliquem. In Fam. Neq. ita feci, vt te ad meum arbitrium adducerem.
Adducere ad cœnam. In Heaut. Aduenientem è naui, egredientem ilicò adduxi ad cœnam.
Adducere ad indignationem animum. Ad Heren. Ad quam volemus indignationem, animum auditoris adducemus.
Adducere ad interregnum. Attic. Ad interregnum comitia adducta.
Adducere ad iracundiam. Ad Her. Auditorem ad iracundiam adducit.
Adducere ad misericordiam. In Heaut. Ad misericordiam ambos adduces citò.
Adducere ad nequitiam. In Bacch. Lycurgus (vt mihi quidem videtur) posset hic ad nequitiam adducier.
Adducere ad partes malas animum. In Hecy. Nunq̃ animum quæstus gratia ad malas adducam partes.
Adducere ad prandium. In Men. Meretrix hęc ad prandium me adduxit. In Pœn. Etiam me ad prandium ad se

ad se adduxit.
Adducere ad tempus aliquid. In Orato.
Adducere ad veritatem. In Orat. Satis ad veritatem adducta.
Adducere ante oculos. In Heauton. Non mihi per fallacias adducere ante oculos. In Eunuc. Miles verò sibi putare adductum ante oculos æmulum.
Adducere ante oculos coràm. In Eunu. Quæ mihi ante oculos amatorem coràm adduxisti tuum.
Adducere ex aliquo loco aliquid. Cæs. Quo ex Italia adduxerat.
Adducere in angustum. De Off. Ita contracta res est, & adducta in angustum.
Adducere in cognitionem. In Oratio. Non te illius vnguentorum odor, non vini anhelitus, non frons calamistri, notata vestigiis in eam cognitionē adducebat.
Adducere in discrimen. Attic. Ex quo te intelligere certò scio, multorum annorum ostentationes meas nūc in discrimen esse adductas.
Adducere in dubitationem. In Famil. Quod itinerum meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere.
Adducere i ędes. In Merc. Amicā adduxit ītrò in ędeis.
Adducere in honorem. In Famil. Dum volunt isti lauti terra nata, quæ leges excepta sunt, in honorem adducere &c.
Adducere in inuidiam. In Oratio. In summam enim L. Quintius inuidiam cōcionibus cum quotidianis adduxerat.
Adducere in iudicium. In Orat. Qui adductus in iudicium verbo.
Adducere in ius. In Oratio. Illud etiam restiterat, quòd hesterno die fecerunt, vt te in ius adducerent.
Adducere in locum. Atti. In eum autem locum rem adductam intelligit.

Adducere in obliuionem. In Oratio. Cum accusatio nostra in obliuionem diuturnitatis adducta sit.

Adducere in opinionem. In Famil. In eam opinionem rem adduxerunt.

Adducere in ordinem. In Philos. Idq; ex inordinato in ordinem adduxit.

Adducere in periculũ. Pli. In summũ periculũ adducta.

Adducere in sententiam. In Fam. Vt aut te in meam sententiam adducam.

Adducere in sermonem. In Orat. Adductus erat in sermonem, inuidiam, vituperationem.

Adducere in spem. Atti. In eam spem adducimur. Plin. In spem certissimam adducor, perpetuam nobis, maioremq; indies futuram esse concordiam.

Adducere in suspitionem. Atti. Pollicitus est sese curaturum, vt in aliquam suspitionem facinoris Curio filius adduceretur.

Adducere in vituperationẽ. Vide, adducere in sermonẽ.

Adducere in voluntatem. Atti. Pompeiũ adduxi in eam voluntatem, vt &c.

Adducere in viciniam. In Mercat. In hanc viciniam adductam autumant?

Adducere coram. In And. Illum huc coram adducam.

Adducere coram ante oculos. Vide, Adducere ante oculos.

Adducere intrò. Vide, Adducere in ædeis.

Adducere vt, cum verbo possum. In Fam. Non enim adduci possum, vt abs te &c. Idem: Nullo imbri, nullo frigore adduci potest, vt capite aperto sit. In Phorm.

Adduci non potest.

CIRcunducere aliquem argento, auro, est dolo auferre. In Pseu. Te velle amantem argento circunducere. In Bacc. Si me illo auro tanto circunduxerit.

Circunducere edictum, abolere. Vlpianus.

Circunducere exercitum. In Mil. Istum puer circunduce hasce

ce hasce ædeis. In Mostel.
Circunducere ab aliquo aliquid. In Pseu. Ab hoc lenone vicino tuo per sycophantiam, atq; perdoctos dolos tibicinam illam tuus quã gnatus deperit, eam circunducam lepidulè.
CONducere, cõuentionis verbum est, differt a locare.
Cõducere aliquem, ancillam coquos, fidicinã, tibicinas.
Conducere aliquid de aliquo. Atti. Asiani, qui de censoribus conduxerunt, questi sunt &c.
Conductas orationes magnas habere a publicanis. In Oratio.
Conducere cædendum aliquem. In Amph. Cędendum conduxi ego illum.
Conducere docendum aliquem. Vlpianus: Si quis seruum docendum conduxerit, id est, susceperit pretio.
Conducere domum, fundum, locum, nauem de aliquo. In Ora. Habuit conductum de Cesenna fundum.
Conducere faciẽdum aliquid. In Phil. Qui columnam illam de Cotta & de Torquato conduxerat faciendã.
Conducere manum. Cæs. Magnam manum Germanorum conductam Rhenum transmisit.
Conducere mercede aliquid. Atti. Istos mercede conductos habebimus.
Conducere pascendos vitulos, est pretio pascendos suscipere.
Conducere ad epulum. In Amphi. Credo iam quæ volebat sacrificia ad epulum conduxit.
Conducere ad fallaciam. Plaut. Fac modo vt conducta tibi sint dicta ad fallaciam.
Conducere de aliquo. Vide, conducere aliquid.
Conducere in foro populum, congregare. Varro.
Conducere, pro vtile esse, conuenire, datiuum vult.
Conducere agricolę. Col. Id minime cõducit agricolę.
Conducere dignitati. Atti. Respondi, id quod sentiebã, & dignitati tuæ maximè conducere.

Conducere ætati. In Bacc. Huic ætati non conuenit mulier, latebrosus locus.

Conducere existimationi. Atti.

Conducere rationibus. Att. Nostris rationibus maximè conducere videtur. In Famil. Et Reipubli. rationibus putem conducere.

Conducere ad. In Capt. Si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est.

Conducere in rem. In Capt. Faciam sedulò, vt potissimum in rem quod rectè conducat tuam, id petam. In Cistel. Illud quod tuam in rem bene conducat, consulam.

DEDVcere aliquem, comitari. Tibul. Deducat iuuenum sedula turba senem. Terent. Hunc deduce ad militem. De Senect. Aliquò eum deducit, vbi futurus sit æternus.

Deducere aliquam (secundum Cardinalem) est sponsam ad sponsi domum, vxorem ad maritum, amicam ad amantem perducere: Ci. Comparauit Seruilia hũc fundum, Tertia deducta: vbi Tertia nomẽ proprium est. Tibull. Vt iuueni primum virgo deducta marito. In Hecy. Vxorem deducit domũ. Oui. de Fast. Cum primũ cupido Venus est deducta marito. Vlpianus: In domum mariti deducta est. Deducere aquas.

Deducere candidatum. Attic. Cum candidatum deducerem.

Deducere carmen. Vergi. Deductum dicere carmen.

Deducere cibum alicui, detrahere. In Eunu. Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt, deducuut cibum.

Deducere cœlo, deorsum ducere. Aeglog. 8. Carmina vel cœlo possunt deducere lunam.

Deducere crines pectine. Ouid.

Deducere Coloniam, loquutio propria. In Oratio. Deduxisti Coloniam Corsinium.

Deducere domũ, comitari. Liu. Frequentes deduxerunt domum.

domum. In Hecy. Vxorem deducite domum.
Deducere filiam alicuius ad aliquē. Ci. Hic est Docimus ad quem iste deduxerat Tertiā, Isidori Mimi filiam.
Deducere filum, nere.
Deducere ignarum viæ, est viæ restituere.
Deducere Iouem, est pluere. Horat. Imbres niuesq. deducunt Iouem.
Deducere lachrymas. Oculi deducunt lachrymas.
Deduci lachrymis, a proposito per lachrymas auocari. Vide, Deducere de statu.
Deducere lunam cœlo. Vide, deducere cœlo.
Deducere mentem, redigere. Catul. Huc est mens deducta tua mea Lesbia cura.
Deducere morem. Hora. Mos vnde deductus.
Deducere naues proprie dictum. Vergi. Aenei. 3. Deducunt socii naues. Cæs. Neq. multum abesse ab eo, qn paucis diebus deduci possent. i. in mare protrudi.
Deducere orationem, est bene concinnare. Decet deducere, non consuere orationem.
Deducere partem, de summa demere. Afranius: Deducta parte tertia, reliqua sibi dos reddatur. Idem: Vno pluribus'ue filiis deducta parte.
Deducere pectine crines. Vide, Deducere crines.
Deduci pecunia, est per pecuniam ab opinione aut officio discedere. Vide, Deducere ab accusatione.
Deducere pedes de lecto. In Curcu. Deduco pedes de lecto clàm, ne miles sentiat.
Deduci pœna, a proposito auocari metu pœnæ. In Famil. Neque legis improbissimæ pœna deductus est, quo minus &c.
Deducere regem. In Fam. Tibi decernitur, vt regem deducas, id est, in regnum restituas.
Deducere riuos, aquam per sulcos emittere. In Georgi. Riuos deducere nulla Relligio vetuit.
Deducere stamina, nere. Metamor. 9.

Deducere versus, componere. Horat.

Deducere via recta profectuium, est in viam restituere rectam. In Casin. Vbi intrò hanc nuptam deduxi via recta, clauem abduxi.

Deducere virginem alicui. Vide, Deducere aliquam.

Deducere vitem.

Deducere vocem, mutare. Pompo. Vocem deducas oportet, vt videantur mulieris verba.

Deducere vxorem. Vide, Deducere aliquam.

Deducere a consilio, a mente aliquid. In Oratio. Quorum scelerum pœnis agitatur, & a mente consilioq; deducitur, id est, omni consilio priuatur.

Deducere a continentia Vide, ab integritate.

Deducere a pietate, infra habes.

Deducere a timore. In Philo. Hac deducimus a timore perterritos.

Deducere ab aliquo. In Famil. Ab eo deduci non potest, id est, retrahi abduci.

Deducere ab accusatione. In Orati. Me magna pecunia a vera accusatione esse deductum, id est, destitisse accusare.

Deducere ab errore. In Orat. Languentem labentemq; populum, aut ad decus excitare, aut ab errore deducere, id est, verum docere.

Deducere ab humanitate, mox habebis.

Deducere ab integritate. Attic. Sic vt nullum te signum, nulla conditio pecuniæ ab summa integritate continentia q; deduxerit.

Deducere ab religione. In Oratio. Quæ potuerit Heium hominem maxime locupletem, minime auarum ab humanitate & pietate, ab religione deducere.

Deducere ad aliquem. In Eun. Deducam ad Thaidem. Ibidem: Ad nos hodie deductus est adolescentulus. Item: Huc deducta est ad Thaidē. De Amic. A patre ita eram deductus ad Scæuolā. Vide, Deducere filiā.

Deducere

Deducere aliquem ad ciuitatem, ad currum, ad forum, ad mare, comitari. Metam. 2. Iuuenem deducit ad altos Currus.

Deducere ad iudicium. In Oratio. Qui ad hoc iudiciũ deducti non sunt, id est, adducti, alii legunt in.

Deducere ad otium. Cæs. Si qua hominum æquitate res ad otium deduci posset, id est, traduci.

Deducere de domo. In Fam. Cum q̃ magna multitudo optimorũ virorũ, & ciuium me de domo deduceret.

Deducere de fide. In Oratio Vt cuius diuitiæ me de fide deducere non potuissent, id est, abducere.

Deducere de finibus exercitum. In Amph. Vti propere de finibus suis exercitus deducerent.

Deducere de lecto pedes. Vide, deducere pedes.

Deducere de lenitate animum, auocare. Cic. Si impendens patriæ periculum me necessario de hac animi lenitate deduxerit.

Deducere de locis præsidia. Salu. Arma deponere, præsidia de locis deducere.

Deducere de prouinciis. In Orat. Hos vos de prouinciis si non aliquando deducendi essent, diripiendos non putaretis.

Deducere de rationibus, detrahere. De Offic. Vt boni ratiocinatores officiorum esse possimus, & addendo deducendoq́; videre, quæ reliqui summa fiat.

Deducere de sententia. Attic. An me aliquo præmio de sententia esse deductum, id est, sententiá mutasse.

Deducere de statu. In Oratio. Prope de vitæ meæ statu, dolore ac lachrymis suis deducerent.

Deducere ex aliquo loco. In Oratio. Hominem deductum ex vltimis gentibus. Plinius: Vt præsidium ex arce deduceret. Quidam non legunt ex.

Deducere in amplitudinem. Cæs. Et quam in fortunam, quanq; in amplitudinem deduxisset.

Deducere in angustum. In Philo. Sed ea contraherent, in an-

in anguſtumq́; deducerent.
Deducere in aſtra. Horat.
Deducere in controuerſiam. Cæſar: Et re in controuerſiam deducta.
Deducere in diſcrimẽ. In Fam. Aequo animo ſummam Reipublicæ in diſcrimen deduceremus.
Deducere in domum. Vlpian. In domum mariti deducta eſt.
Deducere in fortunam, ſupra habes apud deducere in amplitudinem.
Deducere in fraudem. In Fam. Qui qdem cum in fraudem deductum ſe videret.
Deducere in hyberna. Cæſar. In hyberna in Sequanos exercitum deduxit.
Deducere in iudicium, quære, ad iudicium.
Deducere in locum. In Famil. In eum locum res deducta eſt.
Deducere in noctem. Cæſ. Spe enim conficiendi negocii prope in noctem rem deduxerant.
Deducere in ordinem ſeſſum. In Fam. In quartumdecimum ſeſſum deduxit.
Deducere in periculum. Cæſ. Quos cupiditate gloriæ adductus in periculum deduxi.
Deducere in rationem vitæ. Att. Quoniam in eam rationem vitæ nos, non tam cupiditas quædam glorię, q̃ res ipſa ac fortuna deducta.
Deducere in ſententiam. Plin. Fortaſſe hanc ipſam cunctationem noſtram in alterutram ſententiam emendationis ratio deducet.
Deducere in viam. In Trin. Nunc ne quis erret veſtrum, paucis in viam deducam.
Deducere per viam aliquem.
DIDVcere complexus. Proper. Non ego complexus potui diducere noſtros.
Diducere humorem. Geor. I. Quiq́; paludis collectum humorem

humorem bibula diducit arena.
Diducere manus. Cæs. Vt aduersariorum manus diduceret, id est, in aliam partem duceret.
Diducere mentem, distrahere. Persius: Vitæ nescius error Diducat trepidas ramosa in compita mentes.
Diducere studium. Plini. Diductumq; in partes audientium studium.
EDVcere inter alia, extrahere vel nutrire significat. Nam quod nos educare dicimus, ueteres educere dicebant.
Educere cœlo, erigere in altum. Aenei. 6. Cœloq; educere certant.
Educere gladium, nudare. In Ora. Illi qui erãt cum Clodio gladiis eductis partim recurrere ad rhedam.
Educere labore magno. i. educare. In Adel. Eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos paulo sumptu.
Educere legiones. Vide, Educere ex.
Educere liberos.
Educere sumptu suo. In Men. Meo cibo & sumptu eductus est.
Educere telum, id est, extrahere. Aeneid. 10. Eduxit corpore telum.
Educere vinum, promere. In Amphit. Cirneam ego, vt matre fuerat natum, vim eduxi meri.
Educere a paruulo. In Adelph. Ego hũc maiorem adoptaui mihi, eduxi a paruulo.
Educere ex, In Amphitr. Ex oppido legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.
Educere in ius. In Orat. In ius ipsum eduxi. Ascon. Eduxerunt Antonium in ins.
Educere pro suo. In Eunu. Eduxit mater pro sua.
Educere benè ac pudicè. In Heaut. Attamen habet benè ac pudicè eductam. In Andr. Benè & pudicè eius doctum atq; eductum ingenium.
Educere se foras, exire. In Hecy. Quã me propter exanimatum

nimatum citius eduxi foras.

Educere liberè. In Andr. Tu ne hic hoies adolescentulos imperitos rerum, eductos liberè, in fraudē illicis?

IN Ducere agrum venditum pecunia, contractum irritum facere. In Orat. Hic ager omnis quoquo pretio coëmptus erit, tamē ingenii pecunia vobis inducetur.

Inducere aliquem decipere. In Orat. Nouem homines honestissimos, eiusdem muneris, legationis, officii, mandatorumq; socios induxit, decepit, destituit. Att. Ego proditus, inductus, cōiectus in fraudem, omnia mea præsidia neglexi.

Inducere aliquem. i. persuadere. In Asin. Nunquam hodie induces, vt tibi credam hoc argentum ignoto. Cice. Ille induxit vt peteret.

Induci aliquem ab aliquo. De Offic. Hinc ille gyges inducitur a Platone, id est, fingitur.

Inducere animum. In Adel. Mea sic est ratio, & sic animum induco meum, id est, mihi persuadeo. In And. Si isthuc animū induxti esse vtile. In Heaut. Caussam hanc iustam esse animum inducite.

Inducere animum ad. In Hecyr. Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum:

Inducere animum, assentari alicui. In Eunuch. Qui huic animum assentari induxeris, è flamma te petere cibum posse arbitror.

Inducere animum credere alicui. In And. Oro vt ne illis animum inducas credere.

Inducere animum ire. In Oratio. Si mea voce ire in exilium animum induxeris.

Inducere animum ne. In Mili. Induxi animū ne oderim item vt aliàs. In Cistel. Possum equidem inducere animum, ne ægrè patiar.

Inducere animum vt. In Cistel. Meum animum ego inducam tamen vt illud, quod tuam in rem bene cōducat, consulam. Attic. Animum inducere non potui, vt aut

aut illum amantissimum mei, mollissimo animo, tanto in mœrore aspicerem, id est, constituere.

Inducere animum vti. In Epi. Si ego te noui, animum inducam vti noueris.

Inducere calceos, ocreas, soleas, tibialia &c. in pedes. In Orat. Ligneæ soleæ in pedes inductæ sunt.

Inducere conuiuam.

Inducere decretum, abrogare, & ducto per ceras stylo interlinere. Sueton. Amplissimis verbis collaudatum integrum restituit inducto priori decreto.

Inducere familiaritatem. In Famil. Accedit etiam quod familiaritatem inducit, id est, familiares facit.

Inducere iniuriarum. In Pœn. Iniuriarum multo induci satius est, id est, obliuisci.

Inducere locationem, abrogare, irritum facere contractum. Att. Questi sunt in senatu, se cupide prolapsos nimium magno cōduxisse, vt induceretur locatio postulauerunt. Liui. Quas locationes cum senatus precibus & lachrymis victus induci iussisset.

Inducere locum. Atti. Ille locus inductus est a me diuinitus, id est, interpositus.

Inducere loquentem aliquem, id est, interloquutorem. De Ami. Ipsos induxi loquētes, ne inquam & inquit sepius interponeretur.

Inducere moram sibi, differre. In Mostel. Sed magna pars moram hanc sibi induxerunt.

Inducere morem nouum in Rempublicam, id est, introducere. In Orat. Hunc morem nouorum iudiciorum in Rempublicam inducimus.

Inducere munus. Plini. Quanto magis decuit publicè consulentem vtilissimum munus, sed perinde non populare comitatæ orationis inducere.

Inducere nomen, delere. Attic. Et si nomina iam facta sunt, vel induci vel mutari possunt. Ibidem: Nominibus Pompeio autore.

Inducere nouercam alicui. Plin. Ille nouercam ei amore captus induxerat.
Inducere nubes. Matamorph. 2. Serenitati nubem inducere, est ex pace inimicitias concitare.
Inducere personam. i. loquentem aliquem. Vide supra.
Inducere pompam. In Truc. Quis homo est, qui inducit pompam tantam.
Inducere scuta pellibus, superinducere. Cæs. Scuti ex cortice factis, aut viminibus intextis, quæ subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant.
Inducere senatusconsultum, tollere, abrogare. Atti. Inducendi S. consulti maturitas nondum est.
Inducere sermonem adest ab. In Phil. Est igitur ambulantibus ad hunc modum sermo ille nobis, & a tali quodam inductus exordio.
Induci spe. In Orat. Inducere tunicam, id est, induere.
Inducere tectorium. In Ora. Tectorium vetus deletum & nouum inductum.
Inducere ad aliquid animum. Vide, inducere animum.
Induci ab aliquo aliquem, locũ. Vide, Induci aliquem, & inducere locum.
Inducere in animum. In Adelph. Nunquam te aliter, atq; es, in animum induxi meum. In Rud. Atq; hoc in animum scelesti inducunt suum. In Heauton. Et eum esse quæstum, in animum induxi maximum.
Inducere in consuetudinem. Atti. Si nobiscum eum rus aliquo eduxerimus, in hanc nostram rationem consuetudinemq; inducemus. i. vt faciat ita vt nos.
Inducere in errorem. In Oratio. Priusquam in errorem induceremini. Inducere in fraudem. Cice.
Inducere in memoriam. In Pers. Non vides nolle eam loqui, ne suarum miseriarum in memoriam inducas.
Inducere in mores. In Orato. Qui hoc primus in nostros mores induxit.
Inducere in pedes aliquid. Vide, Inducere in calceos.

Inducere in rationẽ, quære, Inducere in consuetudinẽ.
Inducere in regionem. In Mil. Tace dum in regionem astutiarum mercium te induco.
Inducere in Rempub. morem. Vide. Inducere morem.
Inducere in scholam puerum.
Inducere in spem. De Amic. Vt amici iacentem animũ excitet, inducatq; in spem cogitationemq; meliorem.
Inducere in vrbem. Plin. Aquam Anienem in vrbem induxit.
Inducere huc. In Merc. Consuetudine animus rursus te huc inducet. Ter. Syri promissa me huc induxerũt.
Inducere quò. In And. Vide quo inducas.
Indncere gaudet particula vt, quemadmodum exemplis patuit.
OBDVcere aliquem, circunducere. Attic. Vt mihi videatur nõ esse adynaton Curium obducere, solebat autem qui peteret, circũduci ab aliquo principe viro.
Obducere callum, gignere. In Philo. Et ipse labor quasi callum quoddam obducit dolori. In Tuscul. Quorũ animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat, id est, vetustate obduruerat.
Obducere caput. In Oratio. Carnifex vero & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit.
Obducere cicatricem. In Oratio. Ne aut refricare obductam iam Reipub. cicatricem viderer, id est, quæ iam coisset.
Obducere diem posterum. Attic. Itaq; obduxi posterum diem.
Obducere frõtẽ. Horat. Obducta soluatur fronte senectus.
Obducere prunas, tegere. Verg. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ. Obducere scelus.
Obducere tenebras alicui. In Philo. Conatus est clarissimis rebus tenebras obducere.
Obducere terram alicui. In Phil. Quam cum proximi fecerant, obductaq; terra erat, frugibus obserebatur.
Obducere

Obducere velum. Plinius. Obducere corporis vitium, contegere.

Obducere ad. In Pseud. Ad oppidum hoc vetus conti nuo meum exercitum protinus obducam.

PER ducere aliquem. Aeglo. I. En quo discordia ciues Perduxit miseros. Perducere aliquem domum.

Perducere altitudinem rei. Cæs. Vbi turris altitudo per ducta est ad contabulationem.

Perducere aquam ex aliquo loco. Plin.

Perduci cibo potes quouis. In Mostel. Perducere fos sas. Cæs. Fossas transuersis uiis perducit.

Perducere vitam ad Ci. Coruinium accepimus ad 100. annum vitam perduxisse, id est, vixisse. Alii legunt produxisse.

Perducere ad calcem, finem, metam, est rem planè perficere.

Perducere ad conditionem. In Ora. Quod si facere no lit, atq; inhibuerit eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere.

Perducere ad furorem. In Philo. Alacem ira ad furo rem, mortemq; perduxit.

Perducere ad sententiam. Atti. Veteranos perduxit ad suam sentẽtiam. In Pœ. Perduxit oẽs ad suã sentẽtiã.

Perducere ad HS. In Oratio. Hominem ad HS. 80. per ducit, eamq; ei pecuniam numerarat.

Perducere ad tempus. In Famil. Quæ si ad tempus tu um perducitur, facilis gubernatio est, id est, si ad tem pus tuum peruenire poterit.

Perducere in potestatem. In Trin. Mores, leges perdu xerunt iam in potestatem suam.

Perducere in sententiam. Cæs. Quoscunq; adit ex ciui tate in suam sententiam perducit.

Perdere aliquem per viam.

Perducere vt. In Mostel. Dictis nequis perduci vt ver ba hæc credas mea.

PRO-

PRODVcere aliquid conditionibus. In Orati. Conditionibus hunc quoad poteſt producit.
Producere conuiuium ſermonibus. De Seneđ. Conuiuium ad multã noctem vario ſermone producimus.
Producere diem. In Adel. Cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem.
Producere filiam, proſtituere. In Aſina. Audientem dicto mater produxiſti filiam.
Producere filios, gignere. In Capt. Quaſi in orbitatem filios produxerim, id eſt, vt eis amiſſis orbus fierem. In Oratio. Gracchi credo aut Saturnini, aut alicuius hominis eiuſmodi produxeram filium.
Producere moram. In And. Vt huic malo aliquam producam moram.
Producere nomen, eſt in medium ferre. Horatius. Signatum præſente nota producere nomen. In Phi. Neptuno nomen productum, vt Portunus a portu, ſic Neptunus a nando.
Producere rem. Cæſ. Producitur tamen res, acieſq; ad ſolis occaſum continentur.
Producere aliquem rus. In Adel. Num tu eum rus hinc modo produxe aiebas? Ibidem: Oh qui egomet produxi, id eſt, deduxi longius.
Producere ſcelus. In Adel. Qui illud produxit ſcelus.
Producere ſermonem in noctem. De Offic. Sermonem in multam noctem produximus.
Producere ſeruos, vendendos proferre. In Heanton. Ancillas, ſeruus omnes produxi ac vendidi. In Eun. Is vbi hanc forma videt honeſta virginem, & fidibus ſcire, pretium ſperans, ilico producit, vendidit.
Producere ſpe falſa aliquem. In And. Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres.
Producere ſui ſimile. In Oratio. Ex eo, quem ſui ſimillimum produxit. recognoſcere poteſtis. i. filio.
Producere teſtes. Aſconi. Loqui enim niſi interrogato

teste non licet: Interrogabatur autem, & ab eo cõtra quem productus.

Producere virginem: vide, producere seruos.

Producere vitam. In Trin. Nam & illud quod dat, perdidit, & illi producit vitam ad miseriam.

Producere è castris exercitum. In Amphi. E castris ilico producit omnem exercitum.

Producere in aciem copias. In Fami. Antonius in aciem suas copias de vico produxit, & sine mora concurrit.

Producere in concionem. Att. Fusius in cõcionem produxit Pompeium.

Producere in orbitatem liberos: vide, producere filios.

Producere longius. Colu. Paulatim longius cum oneribus producendi sunt.

Producere, prosequi. Vergi. Nec tua funera mater Produxi.

REDVcere aliquem. Terentius. Quouis illos tu die reducas.

Reducere amicitiam errantem, in suum locum restituere. Plin. Tu hanc pulsam & errantem reduxisti.

Reducere calculũ, est mutare factum cuius te pœniteat.

Reducere comitem, peregrinum. Erasmus: Precor vt te Deus semper deducat reducatq́. incolumen.

Reducere domum aliquem. In Amph. Se exercitum ex templo vnum reducturum. Attic. Crassum Cos. ex senatu domum reduxi.

Reducere exemplum. Plini. Nam vel instituere, vel reducere eiusmodi exemplum, non nisi seueri: institutum reductum'ue exercere, etiam leuissimi possunt.

Reducere funem, est in diuersum mutare sententiam.

Reducere libertatem. Plini. Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces ac reducas.

Reducere morem consulendi in publicum. Plin. Quod intermissum iam diu morem in publicum consulendi susceptis propriis simultatibus reduxissem.

Reducere numen, recōciliare. Ver. Numenq́; reducant.
Reducere sinum, replicare. Aen.I. Inq́; sinus scindit sese vnda reductos.
Reducere vxorem. In Hecy. Si est vt velit reducere vxorem, licet.
Reducere ad diuitias. In Cistel. Ego te reduco & reuoco ad diuitias.
Reducere ad misericordiam animum. In And. Reducāt animum ægrotum ad misericordiam.
Reducere ad sanitatem. In Orat. Ne tum quidem te potuit si non pecatis, at salutis tuæ ratio ad officium sanitatemq́; reducere.
Reducere de exilio. Ibidem: Petis vt tibi per me liceat quendam de exilio reducere.
Reducere se in arcem, recipere. Apuleius. Meq́; oppidò in arcem reduco.
Reducere in ciuitatem. In Orati. Me in ciuitatem Resp. ipsa reduxit.
Reducere in concordiam. Att. Cæsarem & Pompeium perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas.
Reducere in gratiam. In Oratio. Si me Cn. Pomp. autoritas in gratiam non reduxisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. Item: Qui me cum illo in gratiam reducat, id est, illi reconciliet. In Andr. Iamdudum res reduxit me ipsa in gratiam.
Reducere in memoriam. Plin. Veritus sum ne vos festis diebus confunderem, si in memoriam grauissimos luctus reduxissem.
Reducere in regnum. Iustinus: Reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat.
Reducere in sedem, tranquillitatem, aut vigorem pristinum. Horat.
Reducere in viam. In Pseu. Suo reduxit viatico me vsq; ex errore in viam.

Reducere sub limam, incudem, est iterato facere, aut melius reddere.

SED Vcere aliquem, seorsum ducere. Atti. Seducit me Scaptius.

Seducere aliquem solum. In Asi. Nam me hodie senex seduxit solum seorsum ab ædibus. In Hecy. Pamphilus me solum seduxit foras.

Seducere aliquem foras. In Aulula. Eō nunc te secretō huc foras seduxi. In Hecy. Vxor vbi me ad filiam ire sensit, seduxit foras.

Seducere animum. In Tuscu. Quū a negocio omni auocamus animum, qd inquam tum agimus, nisi animum ad seipsum aduocamus, secū esse cogimus, maximeq; corpore seducimus?

Seducere arrogantiam, deponere. In Oratio. Remittant spiritus, comprimant animos suos, seducant arrogantiam.

Seducere dictis, decipere. In And. Nūc me seducere istis dictis postulas? Alii legunt subducere.

Seducere testes. In Oratio. Obuersationes, testificationes, seductiones testium.

Seducere ab altero aliquem. In Famil. Quod a te viro optimo seductus est, id est, abductus. Plin. A Pontio Thelesino duce hostium per insidias seducti sunt.

SV Bducere annulum, ęs, peram, tunicā &c. furtim abripere. In Curc. Quū dormiscit, ei subduco annulum.

Subducere cibum alicui, demere. In Philos. Subduc cibum vnum diem athletæ. In Eun. Subducunt cibum.

Subducere classem, in terram trahere. Aenei. 1. Quassatam ventis liceat subducere classem. De Off. Classem Lacedæmoniorum quæ subducta esset.

Subducere dictis, fallere. In And. Etiam nunc me subducere istis dictis postulas? Alii legunt seducere.

Subducere ensem capiti: Aeneid. 6. Fidum capiti subduxerat ensem.

Subducere fundamentum. In Philos. Neq; intelligunt se rerum illarum pulchrarum atq; admirabilium fundamenta subducere.
Subducere ignem, detrahere. Cato: Vbi bullabit vinum ignem subducito.
Subducere lac agnis, surripere. Aeglo. 1. Et succus pecori & lac subducitur agnis.
Subducere lembum. In Bacch. Subducunt lembum.
Subducere manum ferulæ. Iuuena. Et nos ergo manum ferulæ subduximus, id est, nos quoq; literas didicimus, & præceptorum opera vsi sumus.
Subducere nauem. In Casin. Ibi intro, vt subducam nauim rursum in Polinatium. Cæsar: Naues quas in aridum subduxerat, æstus complebat.
Subducere oculis, est contegere, auferre. Erasmus.
Subducere pabulum equo ferocienti. Idem.
Subducere rationem, computum facere. In Adel. Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vsus semper aliquid apportet noui. In Famil. Rationibusq; subductis summam feci cogitationum mearum.
Subducere se, latenter abire. In Aulu. Tempus est subducere hinc me. In Eunu. Vbi primum poterit, se illinc subducet scio. Ibidem: Et cum eo clàm subduxti te mihi?
Subducere se a conuiuio, mensa.
Subducere se de loco. Attic. De circulo se subduxit.
Subductum ventis omnibus ędificium, id est, extructum & expositum. Plin.
Subducere vndam. Aenei. 3. Subducta ad manes descendimus vnda.
Subducere ex. Salu. Ex gregariis militibus quenq̃ armatum in prima acie subducit. i. extrahit, vt alibi locaret.
Subducere in collem, aciem. Plin. Ipse a Tullio in auxilium accersitus, aciem in collem subduxit. Ver. Qua

ducere colles incipiunt.
Subducere sursum. In Aul. Vt in puteo cœnam coquāt, inde coctam sursum subducemus corbulis.
TRAducere adolescentiam, transigere. In Oration. O adolescentiam traductam eleganter, id est, peractam.
Traducere aliquem, deridendum præbere omnibus per vicos & theatra. Sueton. Hos assidue in forosiagellis ac fustibus cæsos, ac nouissime traductos per amphi theatri arenam, &c. Liuius. Vestros liberos traductos per ora hominum.
Traducere copias. Cæs. Heluetii per Angustias & fines Sequanorum suas copias traduxerant.
Traducere equum. In Oratio. Quum contra nemo diceret, iussit equum traducere.
Traducere æuum. Horat. lib. 1. episto. 19.
Traducere lineam, ad vlteriora ducere. Plau. Traducere adhuc lineam plusculum.
Traducere munus. Atti. Faciam deniq; vt summa modestia & summa abstinentia munus hoc extra ordinariū traducamus, id est, transigamus.
Traducere orationem, conuertere. In Oratio. Tum omnem orationem traduxi.
Traducere pompam. In Heauton. Et tua pompa eò traducenda est.
Traducere tempus, transigere. In Fam. Qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus.
Traducere vitam, transigere. Atti. Quibus enim potius hęc vita factis aut cogitationibus traducatur, q̄ iis quę pertinuerint ad liberandos ciues meos.
Traducere a cura ad timorem. In Fam. Et animos a minore cura ad summum timorem traduceret.
Traducere a seueritate ad hilaritatem. In Oration. Atque a seueritate paulisper ad hilaritatem risumq; traduceret.
Traducere a seueritate in hilaritatem. Ibidem. Animosque

que omnium qui aderant, in hilaritatem a seueritate traduxit.

Traducere ab infamia in aliam partem. In Oratio. An ab hac eius infamia, nequitia vestros animos in aliam partem fortitudinis commemoratione traducat? id est, abducat.

Traducere ad defensionem suam Cice. in Orat. Abducere animos a contraria defensione, & ad nostram conor traducere, id est, transferri.

Traducere ad plebem. In Oratio. Traduxit ad plebem inimicum meum. Attic. Sæpe iam de Publio Clodio ad plebem traducendo agere cœpisse.

Traducere ad quęstionem. In Orat. Ad communem quęstionem vniuersi generis oratione traduceret.

Traducere ad quęstnm suum. In Oratio. Quia eam rem tu ad tuum quęstum nundinationemq́; hominum traduxeris, id est, venalem habueris.

Traducere ad se aliquem. In Philo. Traducas me te totum licebit, id est, in tuam sententiam. Terenti. in Adelph. Traduc & matrē & familiam omnem ad nos. Idem in Heautō. Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad nos properè. Ibidē: Age age traducatur Bacchis, id est, adducatur.

Traducere ad suam sententiam. In Oratio. Traduxit ad suam sententiam, id est, persuasit.

DVRO.

Durare, persistere, perseuerare. In Adel. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest. In Asi. Nō queo durare. In Curc. Sed enim nequeo durare, quin ego herum accusem meum.

Durauit animus illi vsq; ad extremum. Plin.

Durare cor. In Pseu. Cor dura, id est, patere.

Durante antiquorum memoria. Sueton. Durante adhuc ibi antiquorum memoria, nec dum omnino abolita.

Durare cum accusatiuo. Horatius. Vix durare carinæ

 possunt

possunt imperiosius æquor.

Durare vngulas, firmare, solidare. Colu. Feris locis pascitur, vt vngulas duret.

Durare se labore. Cæsar. Hoc se labore durant adolescentes.

Durare ad. In Tri. Ego ad hoc genus hominum duraui.

Durare in. In Amphit. Durare nequeo in ædibus. Ter. In hisce ædibus durare non possum.

Durantur vitia. Quinti. lib. I. Multa linguæ vitia nisi primis ximuntur annis, inemendabili in posterum prauitate durantur.

Durare, tolerare. Aenei. I. Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

INDVREscere. Plinius. Tam obstinatè magis ac magis induruisse.

OBDVrare contra aliquid. In Phil. Quis contra studia naturę tam vehementer obdurauit? id est, tam obstinatè contra sensit.

OBDVrescere frigore. In Oratio. Quum iam penè obduruisset, vix viuus aufertur. Item: Alii nescio quo pacto obduruerunt.

Obdurescere ad aliquid. Att. Obdurescunt enim magis quotidie boni viri ad vocem tributi, id est, duriores fiunt. In Famil. Magno dolore me affecissent tuæ literæ, nisi iam & ratio ipsa depulisset omnes molestias, & diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem nouum.

PERDurare. In Curcu. Quin tu aliquos dies perdura. In Hecy. Sanctè adiurat, non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.

EGEO.

Egere alicuius rei necessitatem habere, ablatiuum vel genitiuum admittit.

Egere abeuntis. In Asina. Tui amans abeuntis egeo.

Egere audaciæ: vide, egere consilii.

Egere colloquio. De Offic. Et interdum colloquio alterius non egeret.

Egere consilii. Salust. Maiores nostri P.C. neq; consilii neq; audaciæ vnquam eguere.

Egere humanitate. Pli. Cui tanto maior humanitas exhibenda est, quanto illa magis eget homo probus, officiosus, literatus.

Egere interpretatione. Plin. Non eget interpretatione.

Egere pudoris. In Amph. Saltem tute si pudoris egeas, sumas mutuum.

Egere per aliquem. In Merc. Et per nos quidem herclè egebit, qui suum prodegerit.

Egetur acriter. Plautinum in Pseu. Amatur atque egetur acriter.

Egere foris. In Mil. Quum apud te exemplum experiundi habeas, non eges foris.

IND Igere alterius. De Amicit. Quid enim erat Africanus indigens mei?

Indigere auxilii. Plaut. in Rud. Mulieres duæ innocentes intus hic sunt, tui indigentes auxilii.

Indigere celeritatis. In Oratio. Hoc bellum indiget celeritatis.

Indigere ope. Plini. Quum ope earum indigeret. Vergil. Haud opis indiga nostræ.

Indigere patris. In And. Quid mi pater? quasi tu huius indigeas patris.

Indigere pecunia. Valer. Maxi. lib. 7. Malo virum pecunia, quàm pecuniam viro indigentem.

Indigere præsidio. Pli. Impersonali vsus est. Nunquam conspectis nisi cum præsidio earum indigetur.

Indigere rerum omnium. In Cistel. Nostra copia nihil potesse, suiq; omnium rerum nos indigere.

Indigere sermonis. In Rud. Sermonis tui sum indigens.

EMO.

Emere, præter accusatiuum regit quoque genitiuum

adiectiui pretium significantis, vel ablatiuum substantiui pretialis.
Emere argento. In Asi. Tibi eme hunc isto argento.
Emere aliquem dicto audientē. In Men. Dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.
Emere die cæca. Plaut. Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die, id est, quod nocte furatus es, id die vendito.
Emere ædes. In Most. Caue ne illi obiectes nunc in ægritudine te has emisse, id est, emptionis pœnitere.
Emere fide bona aliquid. In Mostel.
Emere litigium, litibus gaudere. In Amphi. Noui te hominem molestum, quiue emas litigium.
Emere minoris. Meum emi librum minoris, q̃ tu tuum: vel, minore pretio.
Emere nuce vitiosa. Adag. Vitiosa nuce non emam, id est, ne minimo quidem.
Emere pretio. In Adel. Ego spem pretio non emo.
Emere sententias. In Orat. Oppianicum iudici ad emendas sententias dedisse pecuniam, iudicatum est.
Emere talento. In Tri. Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi, id est, me inimicum feci dando pecuniam mutuo.
Emere tanti, quanti. Offic. 3. Emit homo cubitos tanti quanti Pythius voluit.
Emere tempus. Ascon. Tempus emisse, id est, temporis dilationem.
Emere victum annum, barb. expensas emere.
Emere vilius. Ineptè, pro meliore vel pro minore p̃tio.
Emere ab. Ascon. Vt nihil neq; donari sibi voluerit neque ab hasta emerit. In Orat. Ex his princeps emitur ab inimicis meis.
Emere de. In Curc. De illo emi virginem triginta minis. In Capt. Emit hosce de præda, ambos de quæstoribus. In Ora. De lapide emptos Tribunos, &c.

Emere

Emere in diem aliquid, est emere non præsenti pecunia, sed certo solutionis die. Atti. Quum illa fundum secunda fortuna emisset in diem.

Emere bene. Attic. Tantum, quod ea emptionis & nos bene emisse iudicati sumus.

Emere salubriter. Plin. Si prædiolum istud, quod commendatur istis dotibus tam salubriter emerit, vt pœnitentiæ locum non relinquat.

ADImere animam, occidere. In Trin. Adimit animam mihi ægritudo. In Mil. Improbi & scelesti iis adimerent animam cito.

Adimere caussam. In Hecy. Ademptam quoq; hanc tibi caussam vides. In And. Vbi ea caussa quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent.

Adimere ciuitatem. In Oration. Et si semel ciuitas adimi potest.

Adimere consuetudinem. In Phorm. Dum expecto q̃ mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.

Adimere curam alicui. In Hecy. Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas? In Phor. Et Phedriç curam adimere argentariam.

Adimit diem nox. In Capt. Si ego item memorem quæ erga me multa fecisti bene, nox diem adimat, id est, non sufficeret dies.

Adimere ægritudinem alicui. In Heauto. Aut illud falsum est, quod vulgo audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus.

Adimere facultatem. Attic. Nisi mihi dolor meus, tum omnes partes mentis, tum maxime huius generis facultatem ademisset.

Adimere formam alicui, extinguere formã In Amphit. Vbi hodie mihi formam adimis, pergo quærere.

Adimere gladium alicui. In Casin.

Adimere ius. Pli. Epulandi, decantandiq; ius tibicinibus in publico ademit.

Adimere mentem: vide, adimere facultatem.
Adimere metũ. In And. Vt metũ in quo nũc est, adimã.
Adimit mors aliquid alicui. In Andria: Hanc nisi mors, mihi adimet nemo.
Adimere nomen alicui. In Epid. Cani quoq; ademptũ est, nomen.
Adimere potestatem. In Oratio. Cur his non modo persequendi iuris sui, sed etiam deplorandæ calamitatis adimis potestatem?
Adimere recusationem. In Orat. Adimere inquit omnem recusationem Crasso volui.
Adimere soccos alicui. In Epid. Soccos iussi adimere pedibus.
Adimere somnum. Attic. Ita me pupugit, vt somnum mihi ademerit.
Adimere spem. In An. Ita postquam adempta spes est.
Adimere spolia. In Amph. Regem mactaui Pterelam, spolia ademi & pateram.
Adimere suum alteri. In Trin. Ne noctu irem ob ambulatum, neu suum adimerem alteri.
Adimere de. In Fam. Curasti enim vt plus additum ad memoriam nominis nostri, quam ademptum de fortuna videretur.
CO Emere, simul emere. In Adel. Coëmisse hinc qua illuc veheres multa.
DEM Ere inter simplicia posuimus in litera D, ne rudioribus in quærendo negotium facesseremus.
DIR Imere, diuidere, separare.
Dirimere actionem. Plin. Actionem meam, vt prælia solet, diremit, id est, interrupit, & in alium diem reiecit eius exitum.
Dirimi auspicia dicuntur, quum rata esse nequeunt. Pli. lib. 8. Soricum occentu dirimi auspicia annales refertos habemus.
Dirimere charitatem. Cicer. de Amici. Ex ea charitate, quæ

quæ eſt inter natos & parentes, quæ dirimi niſi deteſtabili ſcelere non poteſt.

Dirimere coniūctionem cum aliquo. In Fam. Ego autē citius cum eo qui tuas inimicitias ſuſcepiſſet, veterem coniūctionē diremiſſem, quam nouam conciliaſſem.

Dirimere conſilium. Salu. Ea res conſilium diremit, id eſt, impedit cur conſilium non fieret.

Dirimere controuerſiam, diiudicare. Ouid. Res eſt arbitrio non dirimenda meo.

Dirimere litem, decidere. Cice. & Horat. Nil agit exemplum, quod litem lite diremit.

Dirimuntur oppida vnius diei itinere, id eſt, alterum ab altero diſtat. Plin. Item in Paneg. Diremptam mari gentem.

Dirimere pacem Cic. in Orat. Ideo ne ego pacem Pyrrhi diremi? id eſt, ne fieret pax vetui.

Dirimere prælium. Cæſ. Quod niſi nox prælium diremiſſet. In Amph. Sed prælium id tandem diremit nox interuentu ſuo. Verg. Et prælia voce diremit.

Dirimere rixam. In Amph. Rixam tamen, vt poteſt, dirimam.

Dirimere ſententias. Plin. Lex non apertè docet dirimi debere ſententias occidentis & relegantis?

Dirimere ſocietatem. In Ora. Hanc iucundiſſimam vitę atq; officiorum omnium ſocietatem certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.

Dirimere tempus. In Philo. Pulmo inciſus, etiam in bonis extis, dirimat tempus, & proferat diem?

EXImere, auferre. Plin. Adnotaui, quæ commutanda, quæ eximenda arbitrarer.

Eximere aliquem alicunde, liberare. In Andria: Si te inde exemerim, ego pro te molam.

Eximere curam. In Caſin. Curam erue, curam exime.

Eximere diem. Attic. Si ſibi cum populo dies agendi eſſent exempti, id eſt, adempti, Aeneid. 9. Nulla dies

vnquam

unquam memori vos eximet æuo, id eſt, veſtri nunquam erit obliuio.

Eximere diem dicendo, tranſigere. Atti. Diem dicendo, eximere cœpit.

Eximitur dies me gaudente, id eſt, præterit dies. Pli.

Eximere honoribus, priuare. Idem: Quid enim miſerius, q̃ exactum & exemptum honoribus ſenatoriis, laboribus & moleſtia non carere?

Eximere lapides, ſaxa, eruere, effodere. In Capt. Interdum ſub terra lapides eximet. Vitruuius: Ea ſaxa non hyeme, ſed æſtate eximantur.

Eximere laſſitudinem. In Mercat. Nunquam ædepol omnes balneæ mihi hanc laſſitudinem eximent.

Eximere metu. In Rud. Exime hoc miſeram metu.

Eximere nomẽ de tabulis, idem quod eximere aliquem ex reo, In Orat. Quum ille confirmaret ſeſe nomen Sex. Roſcii de tabulis exempturum. i. deleturũ. Reorum autem nomina in tabulis publicis ſcribi ſolebant.

Eximere periculo aliquem, liberare. Vergi. Variis exempte periclis.

Eximere pretio. In Merc. Eximam mulierem pretio.

Eximere ſaxa: vide, eximere lapides.

Eximito inde librum ſcalpro. i. aufer, detrahe. Cato.

Eximere ſcrupulum alicui. Plin. Exime hunc mihi ſcrupulum.

Eximere tempus ſtudiis. Idem: In ſeceſſu ſolum balinei tempus ſtudiis eximebatur.

Eximere vinculis. Plinius. Si vos eximat vinculis. Idem: Nos amor liberalitatis communibus auaritiæ vinculis eximebat.

Eximere de, vel ex reis aliquem. In Orat. Condemnare Diodorum nõ audet, abſentem de reis eximit. Ibidẽ: Ne tu eximere ex reo, ſi ego non affuiſſem ad diem.

Eximere de proſcriptis, cum ſuperiore idem. Atti. Gellium Canium de proſcriptorum numero exemiſſe.

Eximere ex cruciatu. In Epid. Si undecim deos præter se secum adducat Iuppiter, ita non omnes poterunt ex cruciatu eximere Epidicum.
Eximere ex manu. In Aulula. Exemi ex manu manubrium.
Eximere ex miseriis. In Capti. Ex miseriis plurimis me exemerunt.
Eximere sub terra lapides: vide, eximere lapides.
INTErimere, occidere. In Heaut. Si meum imperium exequi voluisses, interemptam oportuit. In Casi. Accurrite, ne se interimat.
Interimit hæc me modo oratio .i. enecat. In Mercat.
Interimere vitam. In Epid. Vitam tuam ego interimam. In Casi. Interimere ait velle se vitam.
PERImere, interficere. In Men. Hunc perimam impurissimum barbarum.
REDImere agrum, domum, bona vendita, &c. recuperare. In Orati. Ne iis redimeret, cuia res est. Idem: Re vilissima & parua maximam redemit.
Redimere aliquem, ex hostium manibus pretio soluto liberare. In Eun. Quid agas nisi vt te redimas captũ q̃ queas minimo, si nequeas paululo, at quanti queas. In Asin. Redime isthoc beneficio te ab hoc.
Redimere aliquem vel aliquid, est defendendum suscipere. In Orat. Si opus pupillo redimeretur, sibi nullã prædem esse videt. i. conduceretur. Idem: Qui istum eripiendum redemerũt. i. procurationem susceperũt. Curtius: Iactura quicquid seruari potest, redimit.
Redimere captum: vide, redimere aliquem.
Redimere culpam præteritam, est egregio facto compensare. In Famil. Non enim præteritam culpam videri volo redemisse.
edimere facinus flagitium. Saluft.
Redimere famam, reparare. Martial. Nolo virum facili redimat qui sanguine famam.

Redimere

Redimere lites. In Orat. Societatis non suas lites redemit, quum fundnm a Flauio accepit.
Redimere merces, emere. Cice. Qui merces red munt, vt ſtatim vendant. Redimere opus, diximus.
Redimere pacem. Cæſ. Seſe ne obſidibus quidem datis pacem Ariouiſti redimere potuiſſe.
Redimere paruo.
Redimere ſe. Habes vtrunq; apud redimere aliquem.
Redimere ſacramentum. Cæſ. Tranſmarina militia perterritos ad ſacramēti redemptionem vocabat, id eſt, vt pecunia liberarent ſe a ſacramento militari.
Redimere ſtudia literarum, ab interitu vindicare.
Redimere tempus, eſt melius collocare quod hactenus malis ſtudiis tritum eſt.
Redimere veſtem. In Men. Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam.
Redimere vectigalia. Cæſ. Omnia Heduorum vectigalia, paruo pretio redempta habere, id eſt, conducta.
Redimere aliquem a morte, a vitiis.
Redimere iuuentutem ab agreſtibus moribus.
Redimere aliquem è carcere.

EO.

Ire biga, vehi bigis. Ire comes, Aenei. 2. Nec nate tibi comes ire recuſo. Quis tibi mihi comes?
In dies, tranſit. In Rud. Verba facimus, it dies. In Caſi. Noſtro omine it dies iam. i. noſtro voto.
Ire domum. In Rud. Eā vidit ire è ludo fidicino domū. Ire eques. Ire equo, equitare.
Ire exequias alicui. Terent. Exequias Chremeti quibus eſt cōmodum, ire iam tempus eſt, id eſt, tempus eundi ad exequias eius.
In flumen, fluit. Meta. I. Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.
Ire gradibus grandibus. In Epid. Vt tu is gradibus grandibus.

Ire

Ire gradu suspenso, digitis pedum ingredi. In Phorm. Ad fores suspenso gradu ire perrexi.

Ire inficias, negare. In Adel. Si inficias ibit, testis mecũ est annulus. Ibidem: Ille inficias ibit, sat scio.

Ire inter constitutum. Cæs. Cæsar iter constitutum ire contendit.

Ire itineribus alicuius. Att. Patiamur illum ire nostris itineribus. It lucrum ad me Plaut. In Pœn.

Ire naui, nauigio. Aene. 10. Tot lecti proceres ter denis nauibus ibant.

Ibit in secula nomen tuum, id est, perpetua tui erit memoria. Plin.

Ire numero æquato, pares ire. Aeneid. 7. Ibant æquato numero.

Ire pede incerto, bene potis quadrat.

Ire pedes, pedester. Aeneid. 10. Pedes apparat ire.

Ire pedibus, Pleonasmus est. In Sticho: Pedibus ire nõ queo.

Ire pedibus in sententiam, suffragari, sententiæ subscribere. Liuius: In dexteram partem pedibus transite. Quint. Manibus pedibusq; imus in sentẽtiam necessitatis. Irerus.

Ire, suppetias. Cæs. Suppetias ire contendit.

It sagitta, pro volat. Poëticum. Metam. 8. Quantum simul ire saggitta Missa potest.

Ire, veha, vehiculo ferri. Ire via publica. Adag.

Ire viam rectam. Plaut. Rectam is leno viam.

Ire visere. In Phorm. Vultis ne eamus visere? In Hecy. Nostra illico it visere, ad eam.

Ire ad aliquem. In Andr. Ad te ibam. Ibidem: Ibo ad eum. In Phor. Quid ad me ibatis? In And. Itur ad me, id est, venitur, impersonaliter.

Ire ad arma. In Fam. Posteaquam itum est ad arma.

Ire ad astra, est deum ceu celebrem fieri. Verg. Macte non virtute puer, sic igitur ad astra.

Ire ad cœnam. In Eunu. Eamus ergo ad cœnam.

Ire ad coruos, male precantis. Adagium.

Ire ad matrem virginis, pro venire. In Adel. Quæso vt vna mecum ad matrem virginis eas.

Ire ad sacculum. Plaut. Vel extra portam ire terge minam ad sacculum licet, id est, emendicare.

Ire ad saga. In Orati. Propter cuius periculum ad saga issemus, id est, ad veneficam, præsagam.

Ire ad tonsorem. In Asin. Ad tonsorem ire dixit.

Ire ante, vel anteire. In Andr. Id te oro, vt ante eamus, dum tempus datur, id est, præoccupemus.

Ire cum onere, id est, onustum. In Amphitr. Vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.

Ire in aliquem, est eius mores & vitam sectari. Aenei. 9. de Nyso & Euryalo. Ibat in Euryalum.

Ire in aliquem, pro aduersari. Attic. Equidem antequam tuas legi literas in hominem ire cupiebã. Salu. Quantis animis ierit in L. Quintium, vidisti, id est, quantus aduersarius extiterit.

Ire in alia omnia, est contra sentire. In Famil. Frequentes ierunt in alia omnia, id est, dissensere.

Ire in amplexus. Meta. II.

Ire in auras, disperire, euanescere. Aeneid. 3.

Ire in cõsilium, iudicare. In Oratio. Cum his iudicibus, de te in consilium iturum putasti.

Ire in malã crucem, est in exitium ire. In Asi. in crucem.

Ire in derisum.

Ire in duplum. In Orati. Vt si iudicatum negaret, in duplum iret. Ire in exemplum.

Ire in ius. Plini. Ne quis ad eam in ius iret. Terent. In ius eamus. Atti. In ius de sua re nunquam iit.

Ire in lachrymas. Poëticum. Aeneid. 4. Ire iterum in lachrymas.

Ire in matrimonium. In Tri. Fieri non potest vt eam perpetiar ire in matrimonium sine dote.

Ire in neruum, est in vincula conijci. Ter. in Hecy. In neruum potius ibit. i. omnes perferet cruciatus.

Ire in nomen alicuius, vt Ire in nomen patris. Infantes abeunt in nomina diuum. Ire in obliuionem.

Ire in otium. In Fam. In summum otiũ te ire arbitrabar.

Ire in opus alienum. In Mil. Stultitia magna me ire in opus alienum.

Ire in pœnas, punire. Meta. 5. Ibimus in pœnas.

Ire in possessionem. In Orati. Dicebat iste, nisi cum muliere decideretur, in possessionem se ire iussurum.

Ire in prouerbium.

Ire in malam rem. In Pœn. I, in malam rem.

Ire in sententiam. Liuius: Omnes in eam sententiam ierunt. In Famil. Perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros.

Ire in viam. In Eun. Haud conuenit una ire amicam cum imperatore in viam.

Ire in vigiliam. Plau. Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tu ibas simul. Ire per deuia, est aberrare.

Ire per extensam funem, est rem difficilem præstare. Prouerb.

Ire post deos alienos, frequens est in sacris literis.

Ire præ, præire. In And. I præ, sequar.

Ire sub vmbras, pro mori. Poëticum.

Ire aduerse vel aduorsum, est ire obuiam. In Adel. Neq; seruulorum quisquam qui aduorsum ierant.

Ire aliquò. Terent. Mane scio, istuc ibam, id est, hoc nũc volebam dicere.

Ire hinc, discedere. In Amph. Mihi necesse est ire hinc. Eò huc, venio. In Amphit.

Ire obuiam. In Amph. Ibo ego illi obuiam.

Ire prorsus. i. rectè, prospere. Atti. Prorsus ibat res.

Ire quò. Terent. I tu hinc quò dignus es. In Aulu. Nunc quò profectus sum, ibo. i. quò ire decreueram.

Ire quorsum. Terent. Nesciebam quorsum tu ires, id est,

quò tenderet oratio tua. Ire retro, retrogredi.

Ire cum priori ſupino, motum notat.

Ire accerſitum, alloquutum, calefactum, cœnatum, comeſtum, conſultum male aliquem, contẽptum, cõuentum, cubitum, datum operam amico, deambulatum depreſſum, deſertum, domitum, habitum, honorem oblitum, opitulatum, oppugnatum, peſſum, prãſum quæſitũ, rogatum, ſalutatũ deos, venatum, venũ &c.

A B Ire aliquid. In An. Mirabar hoc ſi ſic abiret.

Abire conſulatu, hoc officio defungi. Attic. Qua cum abiens conſulatu ſum domum reductus.

Abire contentum.

Abire deambulatum. In Heautont.

Abire domo. In Eunu. Suſpicor aliquid domo abeuntem abſtuliſſe.

Abire excuſatum. Horat. Multa quidem dixi, cur excuſatus abirem.

Abire exulatum. In Mer. Si opprimit pater quod dixit exulatum abit ſalus. i. de ſalute mea actum eſt.

Abire honore, abdicari. Suetonius.

Abiit hora. In Eunu. Dum hęc dicit, abiit hora.

Abire indictus. Aeneid. 7. Nec tu carminibus noſtris indictus abibis.

Abire magiſtratu. In Fam. Abeuntem magiſtratu, concionis habendæ poteſtate priuauit.

Abierunt menſes decem. In Adelph.

Abire nauſeam. Attic. Nauſea iam planè abiit.

Abire periturus, viſurus, auditurus. Aeneid. 8. Periturus abis.

Abire peſſum. Plaut. Ne peſſum abeat, id eſt, perditum. In Tru. Abiit rete peſſum. i. in fundum.

Abire peſtilentiam. In Famil. De loco nunc quidem abiit peſtilentia.

Abit ſol. Merc. Sol abit, id eſt, adueſperaſcit.

Abi tu ſuperior. i. aſcende, ſummo loco accũbe. In Sti.

Abire

Abire tempus. In Oratio. Abiit illud tempus, mutata ratio est. In Famil. Illa mea abierunt.

Abire viam suam. In Rud. Tu abi tacitus tuam viam.

Abire vrbe. In Merc. Si hac vrbe abis.

Abire ab aliquo. In Capt. Abeo ab illis, postquam video me sic ludificarier. In Aul. Abiit hinc a me.

Abire ab ædibus. In Men. Abi tu ab ædibus.

Abire ab iudicio. In Oratio. Nunquid caussare, quin ab iudicio abeas turpissime victus?

Abire ab iure. In Orati. De suis bonis ita dat vt ab iure non abeat, id est, vt contra ius non faciat.

Abire ab oculis. In Tru. Abite ab oculis, id est, vos hinc amolimini.

Abire ad aliquem. In Pœn. Iube hanc abire ad te.

Abire ad legiones, id est, in militiam. Plaut.

Abire ad mercatum. In Men. Cum patre vt abii olim Tarentum ad mercatum.

Abire ad restim. Ter. Ad restim res abiit. i. periit. Adag.

Abire de loco pestilentiam. Vide, abire pestilentiam.

Abire è conspectu. In Amph. Abin è conspectu meo?

Abire è medio, aberrare, vel mori. Terent. Ea mortem abiit, è medio abiit.

Abire è vita. In Philo. Cato autem sic abiit è vita.

Abire ex matrimonio, diuortium facere. Mil. Quasi istius caussa amoris ex hoc matrimonio abierim.

Abire in abusum. Res Christiana vulgo, abit in abusum

Abire in angulum. In Adel. In angulum aliquo abeam.

Abire in barbariem. Ablatis literis Respub. in barbariem abibit.

Abire in brutum, imitari. Abire in consuetudinem.

Abire in malam crucem. Ter. Abi hinc in malam crucẽ.

Abire in malum cruciatum. In Aulul. Abi in malum cruciatum ab ædibus.

Abire animum in varios cursus dicimus, dum diuersa cogitat. Aeneid. 9.

Abire in diem. Ter. Præſens quod fuerat malum in diē abiit.

Abire in faciem alicuius, eſt ipſius habitum induere. Metam. II. Abire in feram, verti.

Abire in flammas, incendio vel amore nimio perire. Metam. I. Sic deus in flammas abiit, id eſt, amore captus eſt.

Abire rem in fumum & cinerem dicimus, cum perdite cōſumitur. Huic res omnis in fumū & cinerem abiit.

Abire in monachum, in morem.

Abire in obliuionem. Commodum literarum iam ferè in obliuionem abiit.

Abire in malam peſtem. Cice. Quin tu abis in malam peſtem? Abire in præceps, pro perdi. Saluſt. Luxuria atq; inopia in præceps abierat.

Abire in malam rem.

Abire in ſacrificium, reddi.

Abire in ſumptum. Attic. In quos enim ſumptus abeunt fructus prædiorum.

Abeunt veſtes in villos, id eſt, vertuntur. Metamorph. I. In villos abeunt veſtes, in crura lacertos.

Abire in virum, eſt viri robur & animum inducere.

Abire in virum doctum, eſt talem effici. Abire in vſum.

Abire præ. In Amph. Abi præ Soſia, iam ego ſequar.

Abire hinc. Teren. Malam rem hinc abis? In Rud. Sine me hinc abire. In Aul. Abiit hinc a me.

Abire inde. In Eunuch. Cum inde abeo, iam tum incœperat turba inter eos. Abire Intrò. In Eunuch. Ego abeo intrò. Item Abeamus intrò.

Abire iſthoc. In Adel. Nimium iſthoc abiſti.

Abire longius. In Adel. Rogat frater, ne abeas lōgius.

Abire peregrè, eſt proficiſci.

Abire quò. In Heaut. Quo ego hinc abeam?

Abire abſolute. In Adel. Si pergis abiero.

ADIRE aliquem. Terent. Sed quid ceſſas hominem adire?

adire? Vergil. Nec quisquam ex agmine tanto Audet adire virum.
Adire capitis periculum. In Andr. Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Adire discrimen. Plin. Ex periculo eius tantum discrimē adierunt, quantum ex salute gloriæ consequentur.
Adire hæreditatem. In Oratio. Cum ipse patris hæreditatem non adisses, id est, hæreditario iure non cepisses. Plin. Rogauit enim testamento, vt hæreditatem suam adirem.
Adire manum alicui. In Pœn. Eo pacto auaræ Veneri pulchrè adii manum. Interpres exponit addidi. In Aul. Ita illis omnibus adii manum.
Adire mortis periculum. In Oratio. Nullum periculum mortis adiit.
Adire periculum. In And. Satis pericli cœpi adire. Pli. Literę ipsę omnesq́; bonæ artes in vno homine summum periculnm adire videantur, id est, in summo periculo esse vnius hominis caussa.
Adire postulatū. In Bac. Cum patrem adeas postulatū.
Adire prior. In Phorm. Nunc prior adito tu.
Adire blandis verbis. In Pseu. Satius est adire blandis verbis.
Adire ad aliquem. In And. Adeon ad eum? Liu. Scriba ad tribunos plebis adiit. In Oratio. Hæredes adeunt ad Verrem.
Adire ad caussas. In Oratio. Tunc primum nos ad caussas priuatas & publicas adire cœpimus.
Adire ad ædes, ad fores, ad lacum &c. Plaut. Liuius.
Adire ad hominem. In Bacch. Nunc est mihi adeundi ad hominem tempus. In Men. Adibo ad hominem.
Aditum est ad libros Sibyllinos.
Adire ad mulierem. In Casin.
Adire ad pactionem, pacisci. In Aul. Vult, scio mecum adire ad pactionem.

Adire prætorem. In Oratio. Quum ad prætorem in ius adiissemus.

Adire ad Rempu. Ibidem: Mentes eorum qui ad Rem pub. adeunt, maximè perspiciunt.

Adire de. In Hecy. Adii te heri de filia.

Adiri contra. i. obuiam. In Bacch. Is est, adibo contra.

Adire huc. In Truc. Adi huc modo.

Adire recta. In Pseud. Adit ad me recta.

Adire vicissim. In Asin. Adi ad me vicissim.

AMBIre, circundare. Verg. Quæ rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

Ambire magistratum. Plaut. Quasi magistratum sibi alteri ve ambiuerit, id est, cupiuerit.

Ambire palmam. Idem: Siue qui ambissent palmam histrionibus.

Ambire per aliquem. Ibidem: Siue qui ipse ambisset, siue per internuncium.

ANTeire præcedere. Terent. Id te oro, vt anteamus, dum tempus datur. Anteire eruditione.

Anteire ætate. In Philo. Qui hos ætate anteibat.

Anteire gloria. Salust. Et cum omnes gloria anteiret, omnibus charus erat.

Anteire intelligentia. In Orato. Qui intelligentia omnes anteibant.

Anteire patientia. Plaut. Sed Campas genus multo Syrorum iam anteit patientia.

Anteire sapientia. Teren. Incredibile est, quanto herum anteo sapientia.

Anteire virtute. De Offic. Qui anteire cæteros virtute putantur. Vel sicut Plautus. Virtus omnibus rebus anteit profectò.

COIre, nunc simul venire, nunc rem Veneream exercere dicitur. Offic. 3. Ne coiret instituit.

Coire cicatricem, consolidari. In Amph. Vt primum coiuit cicatrix rufula, sublurida.

Coire milites, pro congredi vel conuenire.

Coire societatem ad. Martianus: Qui societatem coie-tit ad obligationem innocentium.

Coire societatem cum aliquo. In Oratio. Vtinam Cn. Pompeii cum Cęsare societatem aut nunquam coisses, aut nunquam decreuisses. Ibidem: Auaritiam prę fers, qui societatem coieris de municipiis cognatisq; fortunis cum alienissimo.

Coire de. Ibidem: Collegia quæ coëant de hominum locupletissimorum bonis, pręda pręsertim populari, & spe largitionis oblata, id est, qui in abdito consilia agitent de euertendis diuitum fortunis.

Coire in accusationem alicuius. Iustin. Pœna legis Cornelię teneri iubentur, qui in accusationem innocentum coierint.

Coire in fœdera. Aeneid. II. Coëant in fœdera dextræ Qua datur.

Coire in lites, consultare de caussis agendis. Pli, Quæstus est venire aduocationes, venire etiam præuaricationes, in lites coiri. Coimus in porticum Liuię, id est, venimus simul.

Coire in Pyreo. In Eunu. Heri aliquot adolescétuli coimus in Pyreo.

Coire inter se. Cæsar: Reliqui coëunt inter se.

EXIRE, egredi. In Adelph. Vt nequa exeat. Ibidē: Exitum huc nollem, id est, vellem non exiisse.

Exit animus ætate. In Mercato. Animus ephœbis ætate exiit.

Exire annū. In Phil. Quinto autem anno exeunte, cum esset spes ex illo somnio, id est, vertente anno.

Exire ære alieno. In Orat. O hominem ridiculum, qui se exire ære alieno putaret posse, cum venderet aliena, id est, debitis liberari.

Exire limen. Terent. Cum limen exirem.

Exire nomen. In Oratio. Cuius nomen exisset.

Exire ſortem. Attic. Cum de conſularibus mea prima ſors exiſſet.

Exire ab aliquo. Teren. A me neſcio quis exit? Item: Sed meum virum abs te exire video. i. ex tua, mea domo.

Exire a patria. In Oratio.

Exire ad aliquem. In Bacch. Mane parumper, dum iam ad te exeo.

Exire ad cœlum. In Georg. Exiit ad cœlum ramis fœlicibus arbos.

Exire de finibus. Cæſar: Ciuitati perſuaſit, vt de finibus ſuis cum omnibus copiis exirent.

Exire de poteſtate, eſt mentis impotem fieri. In Tuſcul. Iratos proprie dicimus exiſſe de poteſtate.

Exire de vita. De Of. Quem fuit æquius vt prius introieram in vitam, ſic prius exire de vita.

Exire è finibus. Cæſ. Conantur, vt è finibus ſuis exeant.

Exire è miſeriis, id eſt, liberari. Cice. Vt tandem è tot miſeriis atq; ærumnis extremus.

Exire è patritiis. In Ora. Sed vt è patritiis exeat.

Exire è vita. In Philo. Aequo animo è vita, cum ea non placeat, tanquam è theatro exeamus.

Exire ex vrbe. In Amphi. Exire ex vrbe priuſquam luceſcat volo.

Exire in colonias. De Offi. In alias domos tanquam in colonias exeunt.

Exire in diem. Plin. In tertium diem probationes exierunt, id eſt, dilatæ ſunt.

Exire in fabulã. Quint. Si hiſtoricus narret fabulam eleganter, exit in fabellam, id eſt, efficitur fabula.

Exire in medium. Plaut. Vtriq; imperatores in medium exierunt.

Exire in rigorem, id eſt, fit, vel efficitur rigor. Plin. lib. 7. Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam toruitatemq; naturæ duram.

Exire in ſolitudinem. De Offic. Exiſſe in ſolitudinem, atq; ibi

atq; ibi sedentem diu secum multumq; dubitasse.
Exire in vulgus. Sueto. Quod ante paucos dies exierat in vulgus.
Exire foras. In Casin. Exitur foras.
INIRE adolescentiam, id est, incipere. In Orat. Qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia dedissem. De Senect. Studia sunt ineuntis adolescentiæ. Capitur intransitiue, vbi tempus determinat. Inire amicitiam.
Inire annum. Heaut. Hoc nouo ineunte anno.
Inire bellum. In Trucu. Quanquam hic horridus, citus bellum init.
Inire beneficium verbis. In Andr. Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.
Inire beneuolentiam.
Inire castra alicuius. i. ingredi. In Ora. Nequis suorum ciuium, castra imperatorum. Po. Ro. iniret.
Inire certamen, congredi cum aliquo. In Philo. Sed vt magnum & difficile certamen initur.
Inire consilium. Liuius: Consilia inire cum genero cœpit. Cæsar. Vnà cum Ambiorige consilium inierat. In Orati. Inita sunt in hac ciuitate consilia iudices vrbis delendę. Item: Quod facile fuisset, nisi intra parietes meos de mea pernicie consilia inirentur.
Inire consulatum. Liui. Consulatum ineunt.
Inire conuiuium. In Oratio. Quo cum inire conuiuium nemo vnquam, nisi turpis impurusq; voluisset.
Item: Conuiuia cum patre non inibat, id est, pater cum mensa non communicabat.
Inire domum, ingredi. In Casin. Videbo id, priusquam in eam domum. In Oratio. Tu illius domum inire, tu vetus hospitium renouare voluisti.
Inire epulas. In Phil. Sequebantur epulæ, quas inibant parentes coronati.
Inire equam. Vide, inire matrem.

Inire ætatem. In Orat. Illud tenebricosissimum tempus ineuntis ætatis tuæ latere patiar. Item: Quibus ille studiis ab ineunte ætate se imbuerat. De Amic. Si quid ineunte ætate venandi, aut pilæ studiosi fuerint.
Inire fœdus.
Iniit te vnquam febris, id est, accessit. Plautus.
Inire gratiam alicuius, mereri gratiam. In Adelph. Ego lepidus ineo gratiam. In Heaut. Caue ne falsam gratiam studeas inire.
Inire gratiam ab aliquo. In Cistel. Et eò a me maximam inistis gratiam. In Eunuc. Ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Cæs. Qui se summam a Cæsare gratiam inituros putarent.
Inire honorem, pro suscipere. Inito honore instituit vt &c.
Inire Ianuarium. In Fam. Ianuario ineunte, vt constituisti, cura vt Romę sis.
Inire inducias. Plin. Ac me inducias quidem, nisi æquis conditionibus inibant. Inire luctam.
Inire magistratum, est magistratum auspicari. Att. Qui magistratum simul cum lege Cælia iniit.
Inire matrem, dicitur cum a brutis generationi opera datur. Cato: Et coëgisset matrem inire. Plini. Asin, qui equas ineant, optimi legendi sunt.
Inire mensem. Vide, Inire Ianuarium.
Inire numerum, numerare. Liu. Numerus interfectorum haud facile iniri potuit. Cæs. Numerusq; inibatur.
Inire pacem. (pastum.
Inire pastũ. In Pers. Emitte sodes, ne enecet fames inire
Inire periculum, adire. In Philo. Cum pericula præliorum iniret audacius.
Inire prælium. Salust. Forti atq; parato animo sitis, prælium cum inibitis.
Inire pueritiam. Cic. In Fam. Ab ineunte pueritia tua.
Inire pugnam. Liu. Tẽtata verius pugna, quam inita est.
Inire

Inire rationem, consilium capere. Atti. Sed tamen ratio ædificandi initur. Cæs. Cui rei ferretur auxilium, vix ratio iniri posset, id est, deliberari. Ter. Ratio de integro ineunda est mihi.

Inire rationem, computare. Cato: Rationem inire oportet operarum dierum.

Inire sacerdotium. In Oratio. Huic nouo pontifici primā hāc post sacerdotiū initum religionem instituēti.

Inire societatem cum aliquo. In Oratio. Parum videtur omnium facinorum sibi cum Dolabella societatem initam confiteri.

Inire somnum. Aeglo. I. Sæpe leui somnum suadebit inire susurro.

Inire suffragium, est ire in suffragia. In Oratio. Contra me inisse se suffragium confiteatur.

Inire tentoria, ingredi. Pli. In Paneg. Nō tibi moris, tua inire tentoria, nisi cōmilitonum antè intrasses.

Inire thalamum eundem, concumbere, cōdormire. Metamor. IO.

Inire vaccam. Vide, Inire matrem.

Ineunte vere. Cice. de Senect.

Inire vigiliam secundam, tertiam, incipere. Cæsar. Secunda inita cum soluisset vigilia, silentio exercitum eduxit, id est, incœpta.

Inire vrbem, ingredi. Liu. Vt ouās sine militibus vrbem iniret. Idem triumphantes cū exercitu, vrbem inierūt.

Inire cum ratione aliquid, æstimare. In Phor. Hæc cum ratione ineas, q̃ sint suauia, & q̃ cara sint.

INTerire, funditus perire. In Hecy. Interii.

Interire beneficium. Plaut. Malo si benefacias, id beneficium interit.

Interire datum. Attic. Cumq; in quod dabitur, non esset interiturum.

Interire leges. In Orat. Sine interitu legum reliquarum.

Inire literas. Atti. Res dignę literis nostris sed non com

mittendæ

mittendæ eiusmodi periculo, vt aut interire, aut aperi-
ri, aut intercipi possint.
Interire ordines. Salust. Cuius in vrbem reditu, decus at-
que ordines omnes interierunt.
Interire vsum rei. Cæs. Suorum tormentorum vsum in-
terire, id est, tormenta nulli vsui esse.
Interire in nihilum. In Phil. Eoq; etiam interire, non in
nihilum, sed in suas partes.
Interire sine dolore. Attic. Vt posse videremur sine do-
lore interire.
IN Trare ædem. Sueto. Aedem Serapidis summotis o-
mnibus solus intrasset.
Intrare fissuram. Cato: Quia fissuram intrat.
Intrare in ædem. Cic. Sic Capitolium intrare.
Intrare in familiaritatem. Si quem es nactus, qui in tuam
familiaritatem penitus intrarit, id est, quo familiarissi-
me vtaris.
Intrare in insidias. Cæs. Primæq; turmæ in insidias in-
trauissent.
IN Troire. In Andr. Vt hinc te iussi introire. In Famil.
Introierat enim vrbem.
Introire ad. In Hecyra. Exeuntem aut introeuntem ad
amicam.
Introire in domum alienam. In Mil. Ne ille mox verea-
tur introire in alienam domum.
Introire in ædes. In Amphi. Introire in alienam domũ.
Introire in ædes. In Amphi. Introire in ædes nunquam
licitum est.
Introire in vitam, nasci. De Amicit. Vt prius introieram
in vitam.
PE Netrare pedem intra. In Men. Neq; huc vnq̃, postq̃
sum natus, intra portam penetraui pedem.
Penetrare se aliquo. In Trin. Ne penetrarem me vsquã.
Penetrare se ad aliquẽ. Ibidem: Quin prius me ad plu-
res penetraui id est, cum pluribus versatus sum.
Penetrare

Penetrare se ex ædibus, exire. Ibidem. Quo illic homo se penetrauit ex ædibus. Alii non legunt ex.

Penetrare se in fugam, fugere. In Amphi. Perduelles penetrauit se in fugam.

Penetrare se intra. Plaut. Eaq; intra pectus se penetrauit potio.

Penetrare ad deos. In Orat. Proxime ad deos accessit Clodius, propius q̃tum, cum ad ipsos penetrarat.

Penetrare sub terras. In Oratio. Non longe a Syracusis penetrasse sub terras.

OBIRE, proprie est circumire.

Obire Aegyptum. De Off. Et obieris legatus Aegyptũ Syriam, Asiam, Græciam. i. legatus his in locis fueris.

Obire annum petitionis suæ. In Fami. Quum Reipub. darent operam, annum petitionis suæ non obierunt, id est, non petierunt.

Obire Asiam. In Oratio. Asiam istam refertam & eandem delicatam sic obiit, vt in ea neq; auaritiæ, neq; luxuriȩ vestigium reliquerit.

Obire bella, administrare. Liui. Duo consules obire tot simul bella nequirent.

Obire ciuitates. In Oratio. Nolite expectare, dum omnes obeam oratione mea ciuitates, id est, recenseam.

Obire cœnas. Att. Quas eum cœnas & facere & obire scripsit ad me Sestius, id est, adire.

Obire comitia, magistratum eligere. Plin. Comitia consulum obibat ipse.

Obire consilium. Salust. Vel exiguam moram ipsius curiæ consiliis obeundis, id est, exequendis.

Obire cupiditatem, Idem: Flagrauit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeundam.

Obire diem, mori. In Aul. Nam item obiit diem.

Obire diem auctionis. Attic. Et tamen obire auctionis diem poterunt, id est, præsentes asse tali die.

Obire diem destinatum, id est, præsto esse ad præfinitum

tum

tum diem. Sueton. Adiicit Crassum diem cædi destinatum non obiisse.
Obire diem edicti. In Orat. Diem edicti obire neglexit, id est, adesse. Obire diem supremum.
Obire diem suum. In Cist. Ea diem suum obiit.
Obire domos aliquorum. In Orat. Quo facilius & nostras obire domos, & ipse a suis coli posset.
Obire fundos.
Obire hæreditates, aucupari. In Oratio. Hæreditatum obeundarum caussa.
Obire iudicia. In Ora. Iudicia priuata magnarum rerum obire.
Obire legationem, legatum agere. In Philo. In legatione illa nobili, quam ante censuram obiit.
Obire legatum aliquò. Vide, obire Aegyptum.
Obire libidines. Salusti. Versatam semper in obeundis libidinibus.
Obire locum facinoris, est accommodatum ad facinus parandum deligere. In Oratio. Quam nisi obire facinoris locum tempusq; voluisset, nunq̃ reliquisset.
Obire mortem. in And. Is obiit mortem.
Obire morte. Sueto. Morte obiit repentina.
Obire noctes. In Truc. Obeunt tres noctes. i. transeunt.
Obire munia. Liui. Haud grauatè munia obeundo.
Obire munus, administrare. De Offic. Illud munus solitus esse obire.
Obire munus consulis. Plin. Audimus quidem te omne munus consulis obiisse.
Obire munus vigiliarum. Liuius: Munus vigiliarum obibant.
Obire oculis, videre. Pli. Quum immensum exercitum oculis obisset.
Obire officia. Idem: Ille quoq;, quoad honestum fuit obiit officia, gessit magistratus.
Obire omnia per se. Cæs. Omnia per se obire, & quid

quoquo

quoquo loco faciendum esset, prouidere non posset.
Obit pellis aliquem. Vergil. Quem fulua leonis Pellis obit totum, id est, tegit, circundat.
Obire prouinciam, circuire. In Oratio. Tum putant obeundam esse maxime prouinciam, quum in areis frumenta sunt.
Obire regiones. Ibidem: Cum tantas regiones Barbarorum pedibus obiit?
Obire rem priuatam. In Oratio. Vt neq; priuatam rem maritimam, neq. publicam iam obire possemus.
Obire sacra. Liu. Quãquam ipse plurima sacra obibat, id est, circuibat.
Obire Siciliam. In Orat. Ego Siciliam totam quinquaginta diebus sic obii, id est lustraui.
Obire solem, occidere. De Offic. In reliquis orientis aut obeuntis solis partibus.
Obire terras, circuire. Vergil. Magnas obeuntia terras, Tot maria intraui.
Obire tempus facinoris: vide, obire locum facinoris.
Obire vadimonium, est ad diem se sistere. In Oration. Vadimonium mihi non obiit quidam socius & affinis meus.
Obire villas alicuius. In Fam. Vt nostras villas obire, & mecum simul lecticula concursare possis.
Obire per se omnia. Vide, obire omnia.
Obire absolutè, mori. In Epi. Malo cruciatu vt pereas, atq; obeas cito.
PER Ire, perdi. Plaut. in Truc. Illis perit, quicquid datur. In Aulu. Quando quod facias, perit.
Perire ædes. In Mostel. Non video mihi sarcire posse ædes meas, quin cum fundamento perierint.
Perire amore. Plaut. Et ego nunc amore pereo.
Perire animo. In Rud. Perii animo.
Perire dotem. In Adel. Quæ secunda ei dos erat, periit, id est, virginitatem amisit.

Perire fame. In Pœn. Ne & ipſæ ſitiant. & pueri pereant fame.

Perire fidem. Vide. perire rem.

Perire minas pro aliquo. In Adel, Tua arte viginti minę pro pſaltria periere, id eſt, amiſſæ ſunt.

Perire mulierem, amare. In Trucul. Tres vnam pereunt adoleſcentes mulierem.

Perire munus. In Eunu. Hoc peribit munus

Perire oleum, operam. Attic. Ne opera & oleum philologiæ noſtræ perierit.

Perire pecuniam. In Oratio. Tantam pecuniam. Po. Rom. tam breui tempore perire potuiſſe?

Perire prudentem. In Eunu. Prudens, ſciens, viuus, vidensq; pereo, nec quid agam ſcio.

Perire pudorem. In Bacch. Ego illum periiſſe dico, cui quidem periit pudor.

Perire rem. In Trucu. Ipſius perit & res & fides.

Perire ſocios, Att. Ac ſocios perire non ſinas, id eſt, opprimi.

Perire tanti. Pli. lib. 7. Tu qui te deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti tum perire potuiſti?

Perire tempus. Pli. Omne perit tempus, quod honeſtis ſtudiis non impartitur.

Perire ab animo, ab re. Plaut. Si iratum ſcortum forte eſt amatori ſuo, bis periit amator, ab re atq; ab animo (ſimul.

Perire è patria. Idem: Periſti è patria tua.

Perire in perpetuum modum. Plaut. Ego peri planè in perpetuum modum.

Perire efflictim, perdite amare. Plaut. Earum hic alterā efflictim perit.

Perire funditus. In And. Quod ſi fit, pereo funditus.

Perire abſolutè, pro mori. In Eunu. Et qua in die parua periiſſet ſoror. Plaut. Iampridem perieramus.

PERItare. In Capt. Qui per virtutem peritat, non interit.

DE Perire

DE Perire, miserè amare. In Curc. Ea me deperit.

Deperire amore. In Cist. Is amore miserè hanc deperit mulierculam.

Deperire consilium. In Mil. Redeo nunc ad te consilium quasi hunc depereat.

Deperire meretricem. Ibidem: Meretricem ingenuam deperibat mutuo.

Deperire schedam. Attic. Vt scheda ne qua deperat, id est, amittatur.

Deperire efflictim. In Amp. Hic te efflictim deperit.

Deperire meserè: vide, deperire amore.

DISperire, mori. In Adel. & Heauton. Disperii. Mar. Dispeream si tu Piladi præstare matellam Dignus es, aut porcos pascere Pirithoi.

PRAEire, anteire. Pedum est. In And. I præ sequar.

Præire alicui. Plin. Te rogo, vt mihi præire digneris.

Præire iudici. Ascon. Suadebat atq; etiam præibat iudicibus.

Præire verbis, conceptis verbis iurare. In Sticho: Præi verbis quod vis. i. monstra quid iurare debeam.

Præire voce alicui. In Oratio. Vt vobis voce præirent, quid iudicaretis, id est prædicerent.

PRAEterire, vltra destinatum iter progredi.

Præterire ætatem. In Phor. Nam tua præterierat iam ad ducendum ætas.

Præterire aliquem, transire. In Aulu. Iam hunc non ausim præterire, quin consistam & colloquar. In Oratio. Fratrisq; filium prçteriit, id est, posthabuit.

Præterire aliquid aliquem. In Hecyr. An temere quicquam Parmenonem prçtereat? In Orati. Neminem vestrum præterit, id est, fugit.

Præterire annum. In Fam. Hoc sic præterito anno.

Præterire diem. In Phor. Iam ne ea præteriit? In Eun. Sine biduum hoc prætereat.

Præterire malum, euadere. In Hecyra. Ne ſcis quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.
Præterire negligentia aliquid. In Prolo. Adel. Qui me præteritus negligentia eſt.
Prętcrire officium. In Fam. Nullum enim in te officium, ne minimum quidem ſine maxima culpa videor poſſe præterire.
Præterire platea recta. In Adel. Prętcrito hac recta platea ſurſum.
Præterire ſcelus. In Famil. Nihil Antonium ſceleris, nihil crudelitatis præteriturum fuiſſe.
Præterire ſilentio aliquid. In Famil. Quod ſilentio poſſet præteriri.
Præterire tempus. In Eunu. Locus, tempus conſtitutum eſt, præteriit tempus.
Præterire villam. Ibidem: Dum hæc reputo, prętcrii imprudens villam, id eſt, prætergreſſus ſum. Ibidem: Villam prætereo ſciens, id eſt, relinquo.
Præterire per vias. In Mercato. Vt ſint qui prætereant per vias.
Præteriri in petitionibus dicebatur is, qui repulſam tuliſſet. In Oration. Sed Po. a quo es præteritus in culpa eſt.
PROdire, foras ire. In Adel. Prodit neſcio quis.
Prodire cum accuſatiuo. In Eunu. Nunc id prodeo.
Prodire ad aliquem. In Caſin. Atq; illi ad me prodeũt.
Prodire ad cœlum. Verg. ad cœlum prodit ramis felicibus arbos. alias, Exiit ad cœlum.
Prodire ex. In Rud. Ex vrbe ad mare huc prodimus.
Prodire extra modum. De Offi. Ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas.
Prodire in cõſpectum. In Bacch. Pudet prodire me ad te in conſpectum pater. In Moſtel. Illum prodire pudet in conſpectum tuum.
Prodire in conſpectum alicui. In Phor. Neque mihi in conſpectum

conspectum prodit.

Prodire in funus. In Andr. Ego quoq; eius caussa in funus prodeo.

Prodire in lucem. In Orat. Eloquētia quam ea sero prodierit in lucem. Prodire in medium.

Prodire in publicnm. Attic. Scio equidem te in publicum non prodire.

Prodire obuiam alicui. In Famil. An ego tibi obuiam non prodirem?

Redire, progredi aut accedere. Horat. Est quodam prodire tenus, si non datur vltra.

Redire animum alicui. In Hecyra: Isthoc verbo animus mihi rediit.

Redire animo, meminisse. Plin. Tantum redit animo ille latus clauus in penatibus meis sumptus.

Redire bona ad aliquem. In And. Eius morte ea ad me lege redierunt bona.

Ridire domum. Attic. Atq; hæc de rebus forensibus: redeamus domum, id est, ad res familiares.

Redire hæreditatem ad aliquem ad. In Hecy, Ad hos redibat lege hæreditas.

Redire incōmoditatem. In And. Incommoditas deniq; huc omnis redit, id est, in hoc est.

Redire obsonatu. Plau. Redit eccum tandem obsonatu eius adiutor. Vetusta est loquutio.

Redire pedibus, In Men. Redeundum est mihi pedibus in Epidamnum.

Redire rem. Ter. Adeon' rem redisse?

Redire è foro. In Aul. Curata fac sint, quum è foro redeam domum.

Redire ad aliquem. In Heaut. Quid si redeo ad illos, qui aiunt, &c.

Redire ad Aliquem aliquid. In Adel. Iam enumera sti quod ad te rediturū putes? id est, quid tibi debeatur.

Redire ad aliquem summam rerum. Teren. Ad te summa so-

ma solum Phormior erum redit, id est, attinet, tua, tota rei cura est.
Redire ad aliquid. Attic. Nunc redeo ad ea quæ mihi. &c. id est. venio.
Redire ad animum, secum voluere.
Redire ad ingenium. In Adel. Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit, id est, naturam.
Redire ad institutum. In Orat. Sed iam si placeat, ad instituta redeamus.
Redire ad integrum. In Eun. Imo scis potius, quam quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio, id est, quam ego hoc ipsum repetam.
Redire ad lanam. In Heau. Ad lanam rudit, id est, ad colum suam.
Redire ad mentem, recordari.
Redire ad pauca. Terent. Vt ad pauca redeam.
Redire ad planitiem. Cæs. Paulatim ad planitiem redibat, id est, planum fiebat.
Redire ad præcedentia. De Amic. Quamobrem ad illam primam redeamus, eamq; ipsam concludamus.
Redire ad rastros, ad paupertatem redigi. In Heaut. Mihi illæc verè ad rastros rediit.
Redire ad rem, vulgo, ad propositum. In Heauto. Ad rem redi. In Orat. Sed vt ad rem redeam. In Fami. Ad. redeamus.
Redire ad rem suam. Att. Vt ad rem meam redeam.
Redire ad restim. i. ad summã inopiam. In Phor. Opera tua ad restim mihi quidem res rediit planissime.
Redire ad se, resipiscere. In And. Sine ad me vt redeam. In Adel. Ad te redi.
Redire ad tempus. Attic. Vt Puteolos excurrere possem: & ad tempus redire.
Redire ad vomitũ, est fœda repetere. Prouerbiũ sapit
Redire in amicitiam pristinam, reconciliatum esse.
Redire in concordiam. In Amph. Iam vos redistis in concordiam

concordiam?
Redire in decus, in florem. Metamorph. 7.
Redire in gratiam, reconciliari. In Fam. Vt cum Crasso redeam in gratiam. In Phor. Redeant sane in gratiā.
Redire in locum. In Hea. In eum iam res rediit locum, vt sit necesse, &c. Item in Adel.
Redire in memoriam, recordari. In Phorm. Redi mecum in memoriam.
Redire in metum. Plin. Vereor ne post gratulationem quoque in metum redeas.
Redire in regnū. In Fam. Ptolomæus redeat in regnū.
Redire in semitam. In Casi. Te rectam redii semitam.
Redire in statum pristinum. Cæs. Vt non solum in pristinum statum rediissent.
Redire in viam. In And. Vt redeat iam in viam.
Redire actutum. In Pseud.
Redire huc: vide, redire in commoditatem.
Redire illuc. In Adel. Illuc quæso redi, quo cœpisti.
Redire inde. Ter. Redeo inde iratus, atq; ægrè ferens.
Redire rursum. In Eun. Redeo rursum. In Amph. Redeunt rursum in gratiam.
Reditur impersonale. In Rud. Ad arbitrum reditur.
SVB Ire carnificinam. In Ppilo. Quamuis carnificinam prius subierint, id est, pati possint.
Subit cogitatio animum. Liui. Curtius: Horum cogitatio subibat animum.
Subiit cogitationi nostræ nunquam. Idem.
Subire contumelias. In Orat. Nefarias libidinum contumelias turpitudinesq; subierunt, id est, passi sunt.
Subire crimen. In Phil. Ne quid inuidiæ subeat, aut criminis, id est, acquirat.
Subire cruciatum. De Off. Qui retinendi officii caussa cruciatum subierit voluntarium, id est, adierit.
Subire crudelitatem. In Or. Tibi aut pro virtute animi constantiaq; tua ciuilis ferri subeunda fuit crudelitas.

Subire curam, suscipere. Plin. Quis enim curæ tuæ molem sponte subeat.

Subire defensionem. Idem: Cuius nunc mihi subeunda defensio est.

Subire dimicationem. Atti. Si qua dimicatio subeunda erit. i. suscipienda. Subire discrimen, adire. Offic. 3.

Subire domum, ingredi.

Subire herbas, succrescere. Verg. Neu subeant herbæ.

Subire infamiam, inimicitias. Attic. Qui mihi aut inimicitias putet periculosas subeundas fuisse, aut infamiam sempiternam, id est, suscipiendas.

Subire inuidiam. In Oratio. Poteris ne eius orationis subire inuidiam? id est, pati. Vbi Ascon. omittit inuidiam.

Subire iudicium. In Orat. Quo etiam grauius iudicium in dicendo subimus.

Subire laborem. Attic. Istos labores, quos nunc in naufragiis nostris suscipis, non subiisses. i. passus esses.

Subiit animum memoria. Curtius.

Subit miseratio me. Plin. Quod me recordantem fragilitatis humanæ miseratio subit.

Subire morbos, succedere. In Georg. Optima quæq; dies miseris mortalibus æui Prima fugit, subeunt morbi, tristisq; senectus.

Subire mucronem, supponere. Aeneid. 10. Aeneas subiit mucronem.

Subire munus, officium, onus vel oneri. Verg. Ipse subibo oneri.

Subire notam turpitudinis. In Orato.

Subire offensas, pati. Plin. Sed oportet me non modo offensas, verum etiam simultates pro fratris tui filiis tam æquo animo, subire quam, parentes pro suis.

Subire orationem, respondere, resistere. In Philo. Poteris ne orationem eius subire?

Subire periculum. In Oratio. Cuius prædia subierunt

pericula.

pericula.
Subire pœnam. In Oratio. Pœnam multo maiorem grauioremq; ſubierunt,id eſt,paſſi ſunt.
Subit pœnitentia aliquem. Curtius:Sera pœnitentia ſubit regem.
Subire ponderi. Aſcon. Et magno ponderi ſubire illud exponens.
Subire portum aut portu,ingredi. Aeneid.3 portusq; ſubimus Chaonios. Vel,portu Chaonio.
Subire potentiam. In Fam. Cuius ſi eſſemus & autoritatem & conſilium ſequuti, togati potius potentiam quam armati victoriam ſubiſſemus.
Subire procellas. In Oratio. Et quidem cæteras tempeſtates & procellas in illi duntaxat fluctibus concioncionum ſemper putaui Miloni ſubeundas.
Subire prouinciam,ſuſcipere.
Subit recordatio quot dies quam frigidis rebus abſumpſi. Plin.
Subire ſermonem. Attic. Minus ſermonis ſubiiſſem.
Subire ſimultates,dictum apud,ſubire offenſas.
Subire eandem ſortem.
Subire in tectum,ingredi. Aeneid.3. Tectumq. ſubimus.
Subire tempeſtates. In Orati. Cui video maximas Reipub. tempeſtates eſſe ſubeundas,id eſt,adeundas. Vide,ſubire procellas.
Subire turpitudines:quære,ſubire contumelias.
Subiit regem verecundia. Curtius lib.5.
Subire victoriam: Vide,ſubire potentiam.
Subire vituperationem. Attic. Se libenter vituperationem ſubire.
Subire vſum. In Oratio. Subeundus vſus omnium,& periclitandæ vires ingenii.i. aſſueſcendum omnibus.
Subire in cœlum, extolli. Plin. Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum,eſt,ſubiiſſe eam in cœlum,quum etiam lapides ſubiiſſe appareat.

Subire in locum, succedere. Varro: In quarum locum subierunt impietas, perfidia, impudicitia.

Subire in acumen stili. In Orato. Omnesq; sententiæ verbaq, omnia, quæ sunt cuiusq; generis maximeq; illustria, sub acumen stili subeant & succedant necesse est, id est, subueniant.

Subire cum infinitiuo. Plin. lib.30. Subit antiquitatem mirari.

TRANsire aliquem, Plautinum est, nobis non imitandum in hoc significato. In Sticho: Ego per hortum amicā trāsibo meā. Casum enim patiētis nō admittit.

Transire aliquid, omittere. Plin. Alii transeunt quędam. Idem: Plura transire.

Transire finem. De Offic. Hi sine dubio & finem & modum transeunt.

Transire fines verecundiæ, pudicitiæ, coniungii, iustitię. Salust. Item in Fam. Qui semel verecundiæ fines transierit.

Transire flumen. In Bacch. Rapidus fluuius est hic, non hac temere transiri potest.

Transire Formias. Attic. Domitii filius transiit Formias. 8. idus, currens ad matrem Neapolim.

Transiit mensis, id est, abiit. In Curc.

Transire modum. In Phil. Transisse modum videtur.

Transeo Neronem, id est, taceo. Plin.

Transire silentio. idem. Quintil.

Transire vitam silentio, transigere. Sal. Ne vitam silentio transeant.

Transire ad aliquem. In Stich. Ad te continuo transeo. In Heau. Traseundum est nunc tibi ad Menedemum.

Transire ad forum. In Phor. Sed transi sodes ad forum.

Transire ad hostes. Sal. Cum duabus turmis Thracum, cum, & paucis gregariis militibus transire ad regem.

Transire cum. In Fam. Et Fabium tuum transisse cum cohortibus.

Transire

Transire huc ad. In Casi. Ego huc transeo in proximum ad meam vicinam.
Transiri, passiue. Caes. Isq; nonnullis locis vado transitur. Attic. Sed lege Iulia transita, id est, spreta.
VENIO cum Venundo, adiunximus compositis verbi Dare.
VENIRE comes.
Venire commodum. Sal. Maiusq; commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis Reipub. venturum.
Venire currens, curru.
Venire diem debitorum. Attic. Alios non soluere aliorum diem nondum venisse.
Venire diem legi. Idem: Venit legi dies.
Venire diem rogationis. Atti. Quum dies venisset rogationis ex S. C. ferendę, &c.
Venire dissidium, distractionem, Plau. Harum mihi voluptatum omnium, atq; itidem tibi distractio, dissidium, vastities venit.
Venire diuitias ad aliquem. In Orati. Vter potius Sex. Roscium occiderit is, ad quem morte eius diuitiae venerint, an is, ad quem mendicitas?
Venire emolumẽtum, idem quod venire commodum.
Venire eques, equo. Venire famam.
Venire haereditatem. In Orat. Eripis haereditatem, quę venerat a propinquo, venerat testamento, venerat legibus.
Venire ignauiam alicui. Plau. Oppidoq; venit ignauia.
Venire incommodum, contrarium est huic, venire commodum.
Venire legibus aliquid: vide, venire haereditatem.
Venire literas alicui. In Fam. Dum mihi a te literas veniant, in Italia morabor.
Venire mendicitatem: vide venire diuitias.
Venire moerorem. In Oratio. Ad quem summus moeror morte sua veniebat.

Venire

Venire morbum. Plaut. Et illic isti, qui insputatur, morbus interdum venit.

Venire naui, nauigio. Metam. 5. Veni nec puppe per vndas, nec pede per terras.

Venire nocte. Attic. Media nocte cum magna manu in campum venit. Venire pede, venire pedes.

Venire plagam. In Philo. Venitq; plaga vehementior.

Venire pœnam. Ouid. Quæ venit indignè pæna dolēda venit, sic, Venit res intelligenda, interpretanda.

Venire rumorem. Attic. Crebri & non belli de eo rumores, sed susurationes duntaxat veniunt.

Venire subsidio. Cæs. Neq; subsidio veniri.

Venire susurationes: venire rumorem.

Venire testamento: vide, venire hæreditatem.

Venire vastitiem: vide, venire dissidium.

Venire vector, venire vehiculo.

Venire vi: quære, venire precario.

Venire victoriam ad aliquem. In Fam. Miserius nihil quam ipsa victoria, quæ etiāsi ad meliorē venit, &c.

Venire vitium in homines, pecora, volucres, est infici.

Venire vitium in aquam, ceruisiam, vinum: corrumpi.

Venire volans. Aenei. 6. Ipsa sub ora viri venere volantes

Venit vox ad aures. In Rud. Muliebris. vox mihi ad aures venit.

Venire vsu, est plerunq; contingere. Attic. Nunc venit idem vsu mihi: quod tu tibi scribis.

Venire vsui, pro commodo.

Venire vsum. In Heaut. Si vsus veniat.

Veuire ab. In Amph. Venire huc ab exercitu.

Venire ad accusationem, id est, ad accusandum. Attic. Vereor ne serius ad accusationem veniat.

Venire ad aliquem. In Persa. Veniam ad te comessatū.

Venire ad aliquid. In Persa: Nunc ad illud venies quod refert tua.

Venire ad annos. Attic. Nescio quid intersit, vtrum illuc

nunc

nunc veniams, an ad decem annos, id eſt, ab hinc decem annos.

Venire ad aures: vide, Venit vox.

Venire ad colloquium. Cæſ. Se altera die ad colloquium venturum.

Venire ad conditiones alicuius. In Oratio. Scitote. Q. Lolium coactum ad Appronii leges conditioneſq; venire.

Venire ad deformitatem. In Orat. Ne mala conſuetudine ad aliquam deformitatem prauitatemq; ueniamus id eſt, ne incidamus in deformitatem.

Venire ad epiſtolam. Attic. Venio nunc longo interuallo ad quandam epiſtolam.

Venire ad hæredem. In Orat. Res ad heredem venit.

Venire ad iudices. Ibidem Quanto periculo venturi ſumus ad eos iudices.

Venire ad leges alicuius: vide, Venire ad conditiones.

Venire ad locum. Offi. I Quum ad locum veniſſet.

Venire ad maiora In Oratio. Vt aliquando ad maiora veniamus.

Venire ad manus. In Orat. Res ad manus pugnamq; veniebat, id eſt, pugnabatur.

Venire ad nihilum. In Phio. Breui que tempore ad nihilum ventura ſit.

Venire ad nomem, id eſt, vocationem, aut ob cauſſam. Metamor. 3. Ad nomen venire Iouis.

Venire ad opinionem. In Philo. Equidem mirari ſatis non poſſum, vnde ad iſtas opiniones veſter ille princeps venerit. i. quibus hoc ſibi rationibus perſuaſerit.

Venire ad pactionem. Attic. Nec res venit ad pactionē, id eſt, non conueniunt aduerſarii.

Venire ad pecunias maximas. In Orato. Vt tibi ego hoc cōfirmem, ſi Romæ manſeris, te paucis annis ad maximas pecunias eſſe venturum.

Venire ad pugnam venire ad manus.

Venire

Venire ad senectutem. De Offi. Ita pauci veniunt ad senectutem.
Venire ad sermonem. In Orat. Ad eorum quos proposuimus, sermonem veniamus.
Venire ad summũ. In Phi. Ab humili venit ad summũ.
Venire ad vadimonium. In Oratio. Venit ad vadimonium Quintius.
Venire ad vesperam. In Philo. Heri inquam ludis commissis profectus veni ad vesperam.
Venire contra existimationem. Attic. Ne contra amic existimationem miserrimo eius tempore venirem.
Venire de nocte. Idẽ: In comitiũ Milo de nocte venit.
Venire ex. Plin. Ex Africa venit.
Venire in aciem. Vide, Venire in dimicationem.
Venire in amabulationem. In Orat. In ambulationem ventum esse dicebat.
Venire in amicitiam. In Orati. Quæ semel in amicitiam nostram venissent.
Venire in arbitrium. In Orato. Si in existimantium arbitrium sua scripta non venerint.
Venire in astu: In Eunu. An in astu venitur.
Venire in buccam. Attic. Vel quod in buccam veniat.
Venire in calamitatem. In Oratio. Si & in hanc calamitatem, venit propter prædiorum bonitatẽ, & multitudinem.
Venire in certamen. In Oratio. Quum in contentionem certamenq; venerint.
Venire in ciuitatem. In Oratio. Quid est, quamobrem ciui Gaditano in hanc ciuitatem venire non liceat.
Venire in cognitionem. In Fam. Quoties in eam cognitionem. necesse est vt tu veneris.
Venire in collegium. Cæsar: Per eum in collegium pontificum venerat, id est, pontifex est factus.
Venire in concionem. In Orati. Postridie mane homines in concionem veniunt.

Venire

Venire in confessum, id est, palam. Plin. Vt necesse sit in ea re quæ & in confessum venit, & exmplis defenditur, deliberare.
Venire in consilium. In Oratio. Venisse in consilium publicæ quæstionis.
Venire in conspectum. In Fam. In conspectum venire vetueram.
Venire in consuetudinem. In Oratio. In eam iam venerat familiaritatem consuetudinemq́;.
Venire in contemptum. Cæs. Vt iam non solum hostibus in contemptum veniret.
Venire in contentionem. In Oratio. Nec fere vnquam venit in contentionem de accusando &c.
Venire in controuersiam: Ibidem. Quum tanta hæreditas in controuersiam venisset.
Venire in conuiuium. Ibidem: Qui quum in cōuiuium venisset.
Venire in crimen, criminari. In Hecy. Hora in crimen veniet, ego vero in magnum malum.
Venire in deditionem. Cæs. Vastatisq́; agris in deditionem venire,
Venire in dimicationem. In Oratio. Iam in aciem dimicationemq́; veniamus.
Venire in discrimen. Ibidem: Qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.
Venire in diuitias. Plaut. At nunc liber in diuitias faxo venies.
Venire in dubium. In Adelph. Tua fama & gnati vita in dubium veniet.
Venire in existimationem. In Orat. Falsò venisse in eam existimationem dicentur.
Venire in familiam. In Philo. Quasi in familiam patritiam venerit, amittit nomen obscurius.
Venire in familiaritatem. In Fami. In suauissimi doctissimiq́; hominis familiaritatem venisse.

Venire

Venire in fidem. Cæſ. Seſe in eius fidem ac poteſtatem venire.
Venire in fœdus. Aneid. 4. Aut in fœdera veni.
Venire in forum. In Orat. Nos in forum venimus, id eſt, agere cauſſas cœpimus.
Venire in funus. Attic. Venerat enim in funus, cui funeri ego quoq; operam dedi.
Venire in gloriam. Attic. In ſummam gloriam venit.
Venire in inuidiam. Plin. Ex gratia in inuidiam venit.
Venire in iudicium. In Oration. Toties mihi videor in iudicium venire.
Venire in magiſtratum. In Femi. Quod huc properent in magiſtratum venire.
Venire in malum: vide, venire in crimen.
Venire in manum. Attic. Quicunq; calamus in manus meas venerit, eo ſic vtar, tanquam bono.
Venire in medium. In Oration. Venient in medium dicent quid ſtatuerint.
Venire in memoriam, mentem, eſt reminiſci. In Trunc. Venit ne in mentem tibi, quod verbum in cauea dixit hiſtrio.
Venire in mentem alicuius rei. In Orat. Venit enim mihi in mentem oris tui.
Venire in mentem de. Plaut. Vt lepide atq; aſtute in mẽtem venit de ſpeculo.
Venire in mentem in. Attic. Quid in vtranq; partem mihi in memtem veniat.
Venire in neceſitudinem. Ad Heren. Vtrum per culpam ventum ſit in neſceſſitudinẽ. id eſt, neceſſitatem.
Venire in numerum. In Orato. In oratorum numerum venire non poſſint.
Venire in otium. Attic. Quam, cum in otium venerimus, habere volumus.
Venire in odium. In Phil. Ne in odium veniam, ſi amicum deſtitero tueri.

Venire

Venire in opinionem. Atti. Nemini enim in opinionem veniebat Antonium rerum potiturum, id est, nemo opinabatur.
Venire in ordinem. In Philo. Ne veniet quidem in eum ordinem quisquam vitii particeps.
Venire in partes ægri, benefici, furis, lethi, malefici, mortis, sontis, &c. Meta. 7. In partem lethi veniunt.
Venire in periculum. In Adel. Potius quam venias in periculum.
Venire in pericuulm corporis, salutis, vitæ.
Venire in possessionẽ. Att. Me autem vi conari in possessionem venire.
Venire in potestatem. Idem: In meã potestatẽ venerũt.
Venire in religionem, In Philo. Remq; illam in religionem populo venisse sentiret.
Venire in rem præsentem. In Oratio. Constituere quo die in rem præsentem veniretur.
Venire in sacerdotium. Ibidem. In sacerdotium cum possit venire.
Venire in sacra adoptiua. Ibidem: Neq; amissis sacris paternis, in hæc adoptiua venisti.
Venire in senatu. Att. Sulla in senatu postridie Idus Nouembris venit.
Venire in senatũ. In Oratio. Imò etiam in senatũ venit.
Venire in sermone. Att. Quoniã in sermone iã venisti.
Venire in sermonem. In Oratio. Vt propter eum in sermonẽ hominũ, atq. in tantam vituperationẽ venisset.
Venire in societatem. Ibidem: Ad eum, cuius autoritatem sequuti, in societatem belli veneratis
Venire in spem, sperare. Cæs. Si qd accedat Romanis, summã in spem regni obtinẽdi per Heluetios venire.
Venire in suspitionem. Attic. Vidimus eum venisse in suspitionem Torquato.
Venire in tempore. In And. Veni in tempore.
Venire in turpitudinem. In Oratio. Non in eam turpi-

V udinem

tudinem venisses.

Venire in tutelam. In Orato. Si pupillus ante mortuus esset, quam in suam tutelam venisset.

Venire in vacuū. Off. I. Vt q quondā in vacua venerunt.

Venire in vituperationem. Vide, venire in sermonem.

Venire in vnum, pro conuenire. Aeneid. 8.

Venire in votum rem dicimus, vbi maxime affectamus. Horat.

Venire intra aliquid. Attic. Atq; intra arma aliena venissent.

Venire post festum, est a negotio abesse. Adagium.

Venire aduorsum, id est, obuiam. In Mostel.

Venire celeriter. Attic. Confido me celeriter ad vrbem venturum.

Venire fœliciter. Georg. I Hic segetes, illic veniunt fœlicius uuæ, id est, crescunt.

Venire huc. In Amph. Veniet huc ab exercitu.

Venire isthuc. In Heaut. Pòst, isthuc veniam.

Venire obuiam alicui. Attic. Venit obuiam tuus puer.

Venire opportune, palā. In Heau. Vel vti veniret palā.

Venire precario. In Orat. Atq; vt precario, non vi venisse videatur.

Venire prospere. In Pseud. Mihi quicquid ago, lepide omnia prospereq; veniunt.

Venire satis. Verg. Se satis ambobus Teucrisq; venire Latinisq;.

Venire sero. Attic. Eo die Lentulus venit sero.

Venire cum priore supino. Venire comessatum, captū, cœnatum, derisum, ereptum, lectum, pransum repetitum, salutatum, spectatum, visum.

VENtitare domum. In Oratio. Domum meam ventitaras, id est, frequentaras.

Ventitare in In Fam. Cum his temporibus non sane in senatum ventitarem.

AD Venire domum. In Asin. aduenit domum noctu.

Aduenire

Aduenire morbum. In Philo. Medici ex quibusdam rebus & aduenientes & crescentes morbos intelligunt.

Aduenire pace. In Amph.

Aduenire saluũ. Te. Saluũ te aduẽire Demea gaudem*.

Aduenire tempore. In Men.

Aduenire validum. In Hecyr. Bene factum te aduenisse atq, adeò, quòd maximum est, saluum atq; validum.

Aduenire a foro. Plau. Dum herus adueniat a foro, opperiar domi.

Aduenire a portu. In Sticho: Nunc interuiso, iam ne a portu aduenerit.

Aduenire ad aliquem. Plaut. Per me quanta aduenier calamitas hodie ad hunc lenonem.

Aduenire ad forum. In Capt. Cum ad forum aduenero, omnes de me loquentur.

Aduenire in tempore. In And. In tempore ipso mihi aduenis. In Capt. Optime mihi in tempore aduenis.

Aduenire per aliquem. Vide, aduenire ad.

Aduenire per tempus. In And. Per tempus aduenis.

Aduenire actutum. Teren. Vt actutum aduenias volo.

Aduenire huc, illuc, illo. In Amph. Aduenit illuc ad herum. In Eun. Si forte huc aduenerit. In And. Quũ illo aduenio, solitudo ante ostium.

Aduenire optatò. Ibidem: Optato aduenis.

Aduenire opportune. Aduenire simul in Epid.

Aduenire cum supino. In Phor. Etiam me vltro accusatum aduenit. Ibidem: Aduenis tentatum quasi non noris.

ADVENtare aliquẽ. Attic. Cũ me aduẽtare videret.

Aduentare diem. Salust. Comitiorum dies aduentabat.

Aduentare opportunitate, id est, opportune. In Pœn. Vos video ambo aduentare opportunitate.

Aduentat senectus. Cicero.

Aduentare tempus. Cæs. In Truc. Aduentat prope decimus mensis.

Aduentare ad. In Famil. Nondum erat auditum te ad Italiam aduentare.
Aduentare cum priore supino. In Aul. Te id admonitum aduento. In pœn. Quæsitum seruum aduentes tuum cum pecunia.
ANT Euenit, amor rebus omnibus. Plaut. Omnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis anteuenire, id est, præstare.
Anteuenire consilium. Salu. Consilia & insidias eorum anteuenire.
Anteuenire exercitum, præuenire. Idem: Per tramites occultos exercitum Metelli anteuenit.
Anteuenire nobilitatem. Idem: Antea per virtutem soliti erant anteuenire.
Anteuenire per: vide, Exercitum & nobilitatem.
Anteuenire tempori. Plaut. Tempori huc hodiæ anteueni.
CIR Cumuenire aliquem, decipere. Cic. Neq; tenuiores propter humilitatem circumueniantur.
Circumuenire difficultatibus. Salust. His difficultatibus circumuentus.
Circumuenire fœnore. Liu. Fœnore circumuentam plebem, id est, oppressam.
Circumuenire innocentem. In Oratio. Quod innocentem circumuenerit.
Circumuenire iudicio. Ibidem: Quo facilius circumuenire iudicio capitis atq; opprimere filium posset.
Circumuenire necessitudine. Salust. Hominem familiarem, & omnibus necessitudinibus circumuentum, id est, maxime sibi coniunctum.
Circumuenire vallo. Salu. Vallo fossaq; mœnia circumuenit.
Circumuenire vrbem, circundare. Salust. Statuit vrbes singulas circumuenire.
Circumuenire a criminibus falsis. Idem: Se a falsis criminibus

nibus circumuentum.

Circumueniri a tergo. Liui. Hostibus se a tergo circumueniri ratus.

Circumuenire per arbitrum. In Oratio. Quem per arbitrum circumuenire non posses.

CONtrauenire. In Oratio. Si de literis corruptis contrauenit. i. eum accusauit corruptarum literarum.

CONuenire aliquem, alloqui. In Fam. Eamq; si opus esse videbitur, conueniā. Est & in ius vocare. In Orat. Si ipse verrem conueniat.

Conuenire aliquem cum. Terent. Constitui cum quodam hospite me esse illum conuenturam.

Cōuenire aliquē in ius. In Most. Illū in ius conueniam.

Conueniunt accepta expensis, id est, respondent.

Conuenit aliā ætatem, aliud factum. i. decet. In Merca.

Conueniunt consules, id est, congregantur.

Conuenire filo pari. Nō omnia pari filo conueniunt.

Cōuenire ludo. In Bach. Non oīs ætas ludo conuenit.

Conueniunt mores. In And. Item: Arctior amicitia est, in qua mores cōueniunt. Ibidem: Nomē nō cōuenit.

Conuenire munus. In Pseu. Facite hodie, vt mihi munera multa huc ab amatoribus conueniant. i. accedant.

Conueniet numerus quantum debui, id est, respōdebit. In Phorm.

Conuenire nuptiis. In And. Num videntur conuenire hæc nuptiis.

Conuenit oratio nostris ætatibus. In Famil.

Conuenit pax. Salust. Sicut regi libuerat, pax conuenit.

Conuenit penus. In Pseud. Nisi penus annuus hodie conuenerit, cras populo prostituam vos.

Conuenit senatus. In Fam. Senatus est continuo conuocatus, frequensq. conuenit, id est, congregatur.

Conueniunt verba vtriusq;. i. concordant. In Truc.

Conuenire ad certamen. Plin. In curiam non ad certamen adulationum, se ad vsum munusq; iustitiæ conuenimus.

uenimus.

Conuenire ad partem aliquam. In Orati. In me nullam contumeliam iacere potueris, quæ non ad maximam partem ciuium conueniret, id est, pertineret.

Conuenire ad portum, id est, simul venire.

Conuenire ad rem. De amicit. Nihil est tam conueniens ad res secundas vel aduersas.

Conueniunt ad signa milites. Cæs. Quos ex Gallia Cisalpina Cos. sacramẽto rogauisset ad signa cõuenire.

Conuenire cum aliquo. In Adel. Hæc fratri mecum nõ conueniunt. In Pseu. Cum iis mihi nec locus nec sermo conuenit. i. nec eos accedo nec alloquor.

Conuenire de. In Capt. Dicito patri quo pacto mihi cum hoc conuenerit de huius filio. De Offic. Hiq; de communi officio conuenissent. Quintil. Quanquam de hoc parum conuenit.

Conuenire in aliquem. In Heaut. In me quiduis harum rerum conuenit, quę sunt dicta in stultum. In Oratio. Non in omnes arbitror omnia conuenire.

Conuenire in aliquo. In Phil. Nec vero hoc in te vno conuenit.

Conuenire in forum. In Oratio. Dentur ex his ciuitatibus, quæ in id forum conuenirent, id est, quibus illud forum commune esset.

Conuenire in locum vnum. Salu. Postquam vnum in locum omnes conuenere.

Cõuenire ĩ manũ aliqd. In Ora. In manũ ĩqt cõuenerat.

Conuenire in mœnia vna. Salusti. Hi postq̃ in vna mœnia conuenere.

Conuenit in vaginam machera, id est, gladius vaginę cõpetit. In Pseud.

Conuenire in vnum. Salust. Reguli in vnum cõueniunt, id est, vna omnium fuit sententia.

Cõuenire in vrbem. In Tru. In vrbem crebro cõuenio.

Conuenire inter. In Most. Bene igitur ratio accepti atq; expensi

expensi inter nos conuenit. In Pseud. Si de ea re vnq̃ inter nos cõuenimus. In Capt. Ita conuenit inter me atq; hunc.

Conuenit impersonaliter. Iuuenal. Sæuis inter se conuenit vrsis.

Conuenire bene: vide, conuenire inter.

Conuenire recte. In Capt. Recte conuenisse censeo.

Conuenire vt. In Amph. Cõuenit, victi vtri sint eo prælio, se vti dederent.

Conuenire cum infinitiuo. In Ruden. Ignoscere his te conuenit.

DEVEnire domum. In Mil. Recte deueniat domum.

Deuenire ad aliquem. In Heau. Miseret me tantum deuenisse ad eum mali.

Deuenire ad mare. In Pœn. Nescit quà deueniat ad me.

Deuenire ad prætorem. In Aulul. Homo ad prætorem plorabundus deuenit.

Deuenire in certamen. In Orat Et consulatu deuenimus in medium rerum oĩum certamen atq; discrimẽ.

Deuenire in fortunam aliquem. In Famil. In eam fortunam deueni.

Deuenire in insidias. In Men. In insidias deueni. P. Imò in præsidium.

Deuenire in manus alienas. Att. Nolebam illum nostrũ. familiarem sermonem in alienas manus deuenire.

Deuenire in manus victoris. In Fam. Aut deueniendum in victoris manus.

Deuenire in seruitutem. Plaut. Quomodo ad hunc deuenerim in seruitutem.

EVEnire, de bonorum euentu dicitur.

Euenit abitio. Terent. Propter eam hæc turba atq; abitio euenit.

Euenit commodum. In Heauton. Cui ęque audisti commodi quicquam euenisse?

Euenit damnum. In Sticho. Damna euenerunt maxima

misero mihi.
Eueniunt blanda dicta. In Most. Hæc blanda dictæ quò eueniant, madeo metu.
Euenit discessio. In And. Si eueniat, quod dii prohibeant, discessio.
Eeuenit fama. Salust. Vbicunq; tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama eueniet.
Euenit habitatio bona. In Trin. Vt nobis hæc habitatio bona, fausta, fœlix, fortunaq; eueniat.
Euenit incommodum iter. In Hecyr. Ain'tu tibi hoc incommodum euenisse iter?
Euenit occasio. In Mil. Vbi primum euenit militi huic occasio.
Euenit partus. In Hecy. Do operam, vt clam partus eueniat patrem. Euenit pax. Sal. Vbi pax euenerat.
Euenit potestas. In Cist. Vbi mihi potestas primum euenit.
Euenit seruitus. Plaut. Seruitus si euenit, ei vos morigerari mos bonus est.
Euenit turba: vide, euenit arbitrio.
Euenit vsu. De Offic. In picturis vsu euenit.
Euenit ex sententia. In Heaut. Gloriare euenisse ex sententia.
Euenire in literas. In Fam. Vereor, ne idem eueniat in meas literas.
Euenit præter sententiam. In Merc. Omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam.
Euenit præter spem. In Phor. Quicquid præter spem Eueniet, omne id deputabo in lucro.
Euenire aliter. In prolo. And. Aliter euenire multo intelligit.
Euenit male. Curc. Male istis eueniat.
Euenit obuiam. In Casin. Cui sic tot amanti mihi obuiam eueniant moræ?
Euenit vt. In Phorm. Euenit senibus ambobus, simul

ſter in Lemnum vt eſſet.
INV Enire, eſt ademptum ſeu perditum reſtituere In Ciſt. Filiam inueni meam.
Inuenire aliquem. In Epid. Aeglo I. Inuenies alium.
Inuenire aliquid, bona. In Phorm. Et in Eunu. pro acquirere.
Inuenire cauſſam. In Heau. Inuenire certum. Cæſ.
Inuenire ciuem. In Eun. Inuenire cognomen. In Phil.
Inuenire dignitatem, diuitias, exitium, exitum factis dignum. Saluſt. Inuenire facinus. In Aſin.
Inuenire fallaciam. In Heauton. Inuenire famam. filiam, generum. Terent.
Inuenire gloriam, gratiam, infortunium. In Amph.
Inuenire laborem. In Heaut. Inuenire laudem. In And.
Inuenire malefacta alicuius. In Trucul.
Inuenire miſericordiam, adipiſci.
Inuenire mortem ſibi. Aenei. 2. Ipſe manu mortem inueniam, id eſt, enecabo me.
Inuenire nomen ſibi, indere. Offic. 3.
Inuenire nomina noua. In Epid.
Inuenire obtrectatores. In Fam. Inuenire orationem. In And. Orationem ſperat inueniſſe ſe. 4.
Inuenire principium ad placandum. In Heaut.
Inuenire prologum. In prolo. Phorm.
Inuenire remedium. In And. & in Phor. Quod remedium nunc huic malo inueniam.
Inuenire viam. In Eunu. Hanc primus inueni viam Verg. Fata viam inuenient.
Inuenire filiæ virum. In Heaut.
Inueniri in culpa In Hecy. Inuenire acutè. In Ora.
INT Eruenire, ex inſidiis ſuperuenire. In Adel.
Interuenit homo de improuiſo.
Interuenire alicui. Atti. Me interuenire diſcenti.
Item in Eunuch. & in Heaut.
Interuenit calamitas. In Hecy.

Interuenit curiosus nemo. In Eunuch.
Interuenit fortuna exiguum sapiēti, id est, parum sapienti officit. In Philos.
Interueniunt iræ. In Amphi. Interuenire malo. Ibidem.
Interuenit sponsæ pater. In Andria.
Interuenire querelis alicuius, interesse. Attic.
Interuenire rem aliquam. In Heaut.
Interuenire virum. In Prolo. Hecy.
Interuentum est, impersonale. In Heaut. Vbi de improuiso interuentum est mulieri.
OBVEnire, obtingere, vel occurrere.
Obuenire alicui, obuiam uenire. Attic.
Obuenit hæreditas alicui. In Orationib.
Obueniunt iudices alicui. Ibidem.
Obuenit materia. Plin. Obuenit occasio. In Asin.
Obuenit prouincia sorte. In Orat. Obuenit vitiū. Ibidē.
PERVEnire, percurrere, penetrare.
Peruenit ager iste ad vos. In Orationib.
Peruenit omnis calamitas ad miseros oratores isto prætore per summam iniuriam, ignominiamq;. In Orat.
Peruenisse ad te itineris nostri famam lætor. Atti.
Peruenit ad me fundus testamento alicuius. In Orat.
Peruenit gratia ad aliquem Ibidem.
Peruenit ad me hæreditas. In Orationib.
Peruenit ab eo ad alios humanitas. Attic.
Peruenit ad me immissa a te nefaria in me iniuria.
Ad me nullum iudicium, nullæ literæ peruenerunt, nulla suspitio. In Orationib.
Peruenit potestas ad aliquem Ibidem: Sine ad illos potestatem, ad te gratiam beneficii tui peruenire.
Peruenit meę quoq; autoritatis, pro plurimis nostris necessitudinibus pręceptum ad te aliquod. In Famil.
Peruenire prouinciam. Plin. Quali itinere prouinciam peruenias.
Peruenit naturæ similitudo illius ad te. In Oratio.

Peruenire

Peruenire ad aliquem. Atti. Ad quem propter diei breuitatem non est peruentum.
Peruenit res ad istius aures nescio quomodo. Cicer. In Oratio.
Peruenit ad corpus nostrum vitamq; vis. In Oratio.
Perueniunt nostri ad summam desperationem. Cæs.
Perueni ad fontem purissimum. Plin.
Peruenire ad fortunas suas, est bona sua recuperare vel suorum compotem fieri. In Oratio.
Peruenit ad herum hæc res. In Milit.
Peruenire ad paucitatem. Cæs. Res ad paucitatem defensorum peruenerat.
Peruenire paucis annis ad maximas pecunias. In Orat.
Peruenire ad nummos. In Famil.
Peruenire ad suum sine dedecore, infamia, perncieq;. In Orationib.
Peruenit res ad tabulas nouas. Attic.
Peruenire in claritudinem magnam. Salust.
Peruenire in monimentum patrium. In prolo. Eunu.
Peruenerit is in potestatem meam. In Rud.
Peruenire in senatum, senatorem fieri. In Oratio.
Peruenire in scripta alicuius. In Fam. Si in tua scripta peruenero, id est, si ad me scribas.
Peruenire magnum in timorem. Cęsar.
PRAEuenire aliquid. De Offic. Nisi aliquis casus, aut occupatio consilium eius præuenisset, id est, impedimento fuisset.
PRAEteruenire casum. Asconius: Eundem casum sua manu præteruenisset.
PROuenit frumẽtũ propter siccitates angustius. Cęs.
Prouenit ex studiis gaudium. Plinius.
Proueniunt ibi scriptorum magna ingenia. Salust.
Proueniunt oratores noui, stulti, adolescentuli. Cice. de Offic.
Proueniunt studia hilaritate. Plin.

Prouentum est nimis nequiter, id est, male processit. In Men. Prouenit in palam, id est, fit. Plautus.

Prouenire recte herbas, segetes, arbores, crescere. In Trucul.

R E V Enite domum, redire In Orat. & in Amph.

Reueni cum eo ex inimicitiis in gratiam. Plaut.

Reuenit res in locum. Idem.

S V Buenire alicui, opem ferre. In Aul. Apollo quæso subueni mihi. In Eun. Necesse est huic vt subueniat.

Subuenire inopi. In Adelph.

Subuenire tempestati quauis ratione, sapiētis est, id est, vitare tempestatem. De Offic.

S V Peruenire. Hor. Grata superueniet quæ nō sperabitur hora. Aeglo. 6. Timidisq; superuenit Aegle.

E R R O.

Errare agnas, boues, hic illic pascere. Aeglo. 1. & . 2.

Eerrant canes, quum venantur. Oui. Sæpe canes frustra nemorosis montibus errant.

Errare toto cœlo, maxime errare. Adag.

Errare cuiusuis hominis est. i. falli. Cice. Philip. 12.

Errat manus, quum vetita contractat. Aenei. 7. Nec dextræ erranti deus affuit.

Errare quid. In And. Teneo quid erret.

Errat telum, vbi aberrat a scopo.

Errare tota via In Eunu. Tota erras via.

Errare cum. In Tuscu. Errare me hercle malo cum Platone.

Ne erras. i. ne tibi inania persuadeas. Ter. in And.

Errare de. In Heaut. Hic de nostris verbis errat, id est, non recte accipit verba nostra.

Errare in campo, in nemore.

Errare probe, In Amph. Errant probe.

Errare si. In Heautont. Erras si id credis, id est, sinistrè opinaris.

A B Errat oratio. Tusc. 5. Redeat vnde aberrauit oratio

Aberrare ꝓposito. In Philo. Aberrare a distributione.
Aberrare a veritatis limitibus. Ibidem.
Aberrauit a parte puer inter homines. In Men.
Aberrare a scopo.
Aberrare in melius. Plin.
Aberrare absolute. Attic. Sed tamen aberro.
DEERrare a patre inter homines. In Men.
Deerrare a proposito. Cic.
Deerrare ab. Ad Heren. Si nõ deerrabimus ab eo quod cœperimus exponere.

FABRICO.

Fabricare signa. Cice. de Offic.
Fabricare verba. In Philo.
Fabricari mundum passiue. In Philo. Et globosus est fabricatus.
Fabricari deponentabiliter. In Phi. Vt ea ipsa dii immortales ad vsum hominum fabricati pene videãtur. Item: Quanto quasi artificio natura fabricata esset primum animal omne.

FABVLOR.

Fabulari clara, subaudi voce. Plaut. Clara versum fabulabor.
Fabulari verba mortuo, id est, facere. Plautus.

FACIO, FIO.

Facere abortum, est ante tempus fœtum abiicere vtero. Plin. Neptem tuam abortum fecisse.
Facere abcessum. Cel. In superioribus partibus fit abscessus.
Facere acceptum. Plin. Meruisti vt acceptum tibi fieret, id est, accepisse nos fatemur.
Facere accessionem. Cæsar: Magnas odii sui fecerat accessiones.
Facere acriorem. Colu. Quæ res mox acriorem facit.
Facere actionem. Asconius.
Facere aditum ad. In Orat. Aditusq; ad caussam faciet illu-

riet illustres.
Facere adiutorium Sue. In eam rem adiutorium ei fecit.
Facere admirabilitatem. De Offic.
Facere admirationem. In Oratio. Fit clamor, & admiratio populi.
Facere admissuram, coire, brutis proprium. De re Rust. Admissuram cum faciunt.
Facere ad murmurationem. In Oratio. Factus est in eo strepitus, & grata concionis admurmuratio.
Facere adoptionem. In Orati. Nego istam adoptionem pontificio iure factam.
Facere aduocationes. In Oratio. Quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie aduocationes fiunt.
Facere æqui boniq;, boni consulere. In Heauton.
Facere ærarium aliquem. Ascon. Et ærarius fieret.
Facere æs alienum, conflare. Liui. Egestate coacti, dicuntur æs alienum fecisse.
Facere æstimationem æquam. Cæs.
Facere agmen, copias cogere, Historicum est.
Facere agrum honestiorem, fimo impinguare. Colu.
Facere alicui aliquid. In Ora. Quid huic homini facias?
Facere alicui, sacrificare. In Aulu.
Facere alienationem sacrorum. In Oratio.
Facere alienum. In Fam. Facis nihil alienum necessitudine nostra.
Facere altercationes. Atti. Altercationes factas in senatu audio.
Facere amicitiam. Facere anhelitum. In Philo.
Facere animum bonum alicui. Pli. Licet tu mihi bonum animum facias, id est, reddas.
Facere annos, pro implere. Poëticum. Ouid.
Facere arbitrum, constituere. Plinius.
Facere argentariam. In Oratio. Romę argentariam non ignobilem fecit.
Facere argentum, colligere. Terent.

Facere artem ludicram. In Aul. Meum cor cœpit artem facere ludicram.i.gestire gaudio, palpitare.
Facere aruspicinam. In Famil.
Facere ascensionem ad locum aliquem. In Rud.
Facere assulas foribus, frustratim fores effringere. In Mercato.
Facere auctionem. In Oratio.
Facere aucupium auribus, auscultare. In Mil.
Facere audientiam. In Orat. Illi præco faciebat audientiam.
Facere augurium. In Sti. Me spero facturum augurium.
Facere auritum populum, silentium imperare. Plaut.
Facere auro. In Bacch. Nescit quid faciat auro.
Facere autorem. In Orat. Patres ante autores fieri coëgerit.
Facere autoritatem. In Orat. Id quod maximè facit autoritatem.
Facere se bardum, stupidum simulare. In Epid.
Facere bellum patriæ. Salu. Facere beatum, beare.
Facere beneficium. In Famil.
Facere beneuolum auditorem. In Orat.
Facere bonum alicui. In Heau. Facere breue. Atti.
Facere cadauer, facere cædem. Horat. & in Ora. & Orationib. Facere calculum, supputare.
Facere capital, id est, capitale facinus. Plautinum.
Facere carnificinam, carnificem agere. In Capt.
Facere castra, castra metari, militare est. Cæsar.
Facere sibi castra statiua. In Oratio.
Facere caussam. Iu Orato. Verbum illud, quod caussam facit, id est, in qno tota caussa nititur. In Mercat. Viro fuit caussa &c.
Facere caussa alicuius. Atti. Brutti tui caussa, feci omnia.
Facere celebrem, prædicare laudibus.
Facere se celerem, festinate. In Vrinum.
Facere certiorem. Att. In Phor. Facere certum. In Pseu.

Facere

Facere chlamydem vndantem, veste superbire. In Epid.
Fiet aliquid cibi. In Trucul.
Facere circuitum. Atti. Facere ciuem. In Oratio.
Facere clamores. Ibidem. Facere coëmptionẽ. Ibidem.
Facere cœnam. In Merc.
Facere cognitum, id est, certiorem. Plin.
Fieri cognitorem pro aliquo, est dicere se nosse illum. In Oratio.
Facere bonum corporis colorem. Celsus.
Facere collationem rerum. Plautus.
Facere commodo Reipublicæ in Famil.
Facere commutationem loci dominorum, voluntatis. Cæs. Aut falsis iudiciis cõmutatio fieret voluntatis.
Facere omnia. In Orationib.
Facere comparationem. De Offic.
Facere compendium dictis. Plinius.
Facere compendium errationis. In Rud.
Facere compendium præconis. In Sticho.
Facere compendium pultandi. Ibidem:
Facere compendii curam. In Pœnu.
Facere compendii operam. In Pseud.
Facere compendii paulum, paulum morari. Cice.
Facere compendio verba multa. Plaut.
Factum est composito. In Phormione.
Facere compotem gratulationis, patriæ, votorum Atti. Plinius.
Facere compromissum. In Orationib.
Facere computationem. Ascon.
Facere in concordiam. In Famil.
Facere concursum, in vnum locum currere. In Philo.
Facere confidentem suis factis, securum reddere. In Merc.
Facere coniecturam diuinare. In Curc. In And.
Facere coniecturam de moribus suis. Plin.
Facere coniecturam de se. In Casina. In Heaut.

Facere

Facere coniecturam ex ipsa re. In Heaut. Plinius.
Facere coniecturam ex vno de cæteris. In Oratio.
Facere coniecturam secum. In Rud.
Facere coniurationem nobilitatis. Cæsar.
Facere coniurationem contra Rempub. In Oratio.
Facere conquisitores. Plaut. Facere conscium. In Truc.
Factæ esse consensiones dicuntur. In Oratio.
Factus est consul consensu omnium. In Oratio.
Facere consilio, id est, de industria. Ibidem.
Facere consilio alterius. In Rud. Facere cõspirationem. In Famil.
Facta consurrectio iudicum. Att.
Facere contractionem animi. In Philoso.
Facere contentionem cum aliquo. In Famil.
Facere contumeliam. In Phorm. In Asina.
Facere conuersionem rei. In Philos.
Facere conuitium. In Mercat. Plin. Atti.
Facere copiam. In Capt. Copiam istam mihi facis.
Facio tibi copiã eius q maximè cupiebas. Plaut.
Facere copiam alicuius. In Phorm. Obsecrat vt sibi eius faciat copiam.
Facere alicui copiam argenti, mutuò dare. In Asi.
Facio tibi copiam rectè conciliandi. In Persa.
Facere copiam spectandi. Terent.
Facere copiam sui. Plinius: Copiam tui facis, id est, nobis ades, tua communicans.
Facere illic hominum corruptelæ. Plautus.
Facere crepitum ventris. Facere crimen sibi. Cic.
Factum illius culpa. In Hecyra.
Facere culpam. Ad Heren. Num culpam veniẽdi necessitudo fecerit.
Factus est cursus ĩcredibilis ad oẽm excellẽtiã. In Phil.
Facere domum, pati. In Orat.
Facere dapem. De re Rusti.
Facere decisionem, decidere. In Orationib.

Facere decessionem. In Phil. Neq; vlla decessio fieri poterat, neq; accessio.
Facere decretum. In Oratio. Saluſt.
Facere deditionem. Cæſ. Saluſt.
Facere deductionem. In Oratio.
Facere deductionē aquarum, deriuare aquam. In Phil.
Facere deductionem moribus. In Orationi.
Facere deiectionem. Ibidem. Facere delectum.
Facere delicias. In Caſin.
Facere delirantes nos dictis poſtulat. In Amphi.
Facere dementem. Plau. Meum herum dementem facit.
Facere rem deteriorē. Atti. Facere detractionem. Ibidē.
Facere detrimentum, id eſt, damnum. In Oratio.
Facere deum. In Adel. Facio te apud illum deum, id eſt, laudibus innumeris extollo.
Facere deo, ſacrificare. In Oratio. Cui omnes Coſſ. facere neceſſe eſt.
Facere dignum ſe. In Eunuc. Feceris factis tuis dignum. In Phor. Facere diminutionem. In Famil.
Facere diſceſſionem. In Famil.
Facere diſceſſum. In Philo.
Facere diſiunctionem. De Offic.
Facere diſſentionem. In Oratio.
Facere diſſidium. De Offic. Facere diuerſum.
Facere diuiduum. In Adel. Fieri diuitem. In Trin.
Facere diuitias ex re aliqua, parare. In Perſa.
Facere rem diuinam, diis offerre. Terent.
Facere diuortium, id eſt, repudium remittere. In Famil. & Attic.
Facere dolorem. Atti. Facere animum dubium. Cice.
Facere rem dubiam argumentando. In Philo.
Facere ebrium. In Orato. Facere emptionem. Ibidem.
Facere eruptionem. Cęſ. Fac ita eſſe, Barb. pone caſum. In Oratio. Facere exceptionem. Ad Heren.
Facere excidionem oppidi, delere. In Curcu.

Facere

Facere excursiones. Attic. Excursiones in prouinciam faciunt. Item Cæsar.

Facere exemplum. In Most. Exemplum ædepol faciam ego in te, id est, puniam te in exemplum aliorum. In Eunu. In quem exempla fient?

Facere exercitum. Cic. Facere exilium sibi. Plaut.

Facere expectationem. Atti. & in Philo.

Facere expostulationem. In Orationib.

Facere expeditum ex impedito, liberare. In Epid.

Facere extraneos liberos, parentes. Plin.

Facere fabricam, est dolos ad decipiendum struere.

Facere facetias, risum mouere. In Sticho.

Facere se facetum. In Asin. Facere rem facilem. Plau.

Facere facinus. In Philoso.

Facere facinus indignum se aut suo genere, facinus maximum, pessimum &c. In Curcul. & Liuius.

Facere facultatem. Pli. Facere fallaciam. In Andr.

Facere famem. Cels. Facere familiam vnam. In Adelph.

Facere familiarem sibi, aut familiaritate.

Facere farinam. De re Rusti.

Facere se ferocem alteri. In Curcul.

Facere aliquem feruentem flagris, vehementer cædere. In Amphi.

Facere fidem. In Oratio. Facere fidem alicui. Atti.

Facere fidem verbis, pecunia, est efficere vt alii sibi credant. Hadria. Fecit mihi fidem pœnitentiæ. Plin.

Facere se fidelem hero. In Mil.

Facere fidum sibi aliquem. Salu. Facere finem. In Orat.

Facere finem certaminum. Liuius. Facere finem facti, lectionis, &c.

Facere finem libidini, maledictis, prælio, sermoni.

Facere finem dicendi, offerendi se, orandi, peccandi properandi, sequendi &c.

Facere finem vitę. Salu. Nunc natura mihi finem fecit vitæ .i. cogor mori. Facere finem de se. In prolo. Phor.

Facere finem. In Adel. Facere flagitium. In Eunu.
Facere fletum. In Orat. Facere florentem. In Mene.
Facere flocci, floccum. In Trinum.
Facere fœdus. In Amphit. In Orationib.
Facere formam alicuius. In Orator.
Facere formidinē alicui. Salu. Facere fortunatū. In Aul.
Facere fractum, frangere. In Mili.
Facere fraudem legi talariæ, senatusconsulto. In Mili. Attic.
Facere frugem, id est, rem. In Pœnu.
Facere fucum, dolosa specie fallere. Terent. Fucum factum mulieri.
Facere fugam, fugere. In Amphi. In Funu.
Facere funus, iusta funebria, aut honores funebres. Idē. Salu. In Fam. Funus ei satis amplum faciendū curaui.
Facere funus alicui, occidere. In Aulul. Acerbum funus filiæ faciet, si te carendum est.
Facere funus prandio, abligurire prandium. In Men.
Facere furtum. In prolog Eunu.
Facere furtum ætati. In Bacch.
Facere gemitum. In Oratio. Facere genium suum meliorem, est se meliorem reddere. In Sticho.
Facere se gloriosum. Plaut. Facere gradum. In Curcul.
Facere gratulationem. Atti. Mihi facta statim est gratulatio, id est, mihi gratulati sunt amici.
Facere gratiam, est gratias agere. In Mostel. De cœna facio gratiam.
Facere gratiam delicti, iurisiurandi, condonare. Salust.
Facere gratiæ caussa nihil. i. in gratiam. In Orat.
Facere grauidam. In Amphi. Item: Ex concubitu grauidam feci filiam. Facere grauidam compressu suo.
Facere grauitatem pectori. Celsus.
Facere gregem, exercitum colligere. Salust.
Facere hæredem, adoptare in hæredem. In Orat.
Facere hæredem ex libella, ex parte. Atti. Ad Heren.
Facere

Facere hæsitationem alicui. Plin.
Facere se hilarem. In Adelph.
Facere histrioniam, est se in agendis fabulis exercere. In Amph. Iouem facere histrioniam.
Facere hospitium alicui. In Oratio.
Facere hostilia, id est, hostiliter. Salust.
Huius non facio, id est, nihil curo. Terentius.
Facere iacturam. i. pati. Plin. Iacturam grauissimam feci.
Facere iacturam criminum. In Orationib.
Facere iacturam de. Sal. De illis potissimum iactura fit.
Facere iacturam in. In Fami. In vnius mulierculæ animula iactura facta est.
Facere idoneum. In Oratio. Facere ignauiam. Plaut.
Facere impensas. i. sumptum. Facere impetrata. Cæs.
Facere impetum cum telis, de loco superiore, in aliquē, in arcā, in arcem, in domum alienam, in hostium equitatum, in exercitum, in reliquas omnes fortunas alterius, in hostes, in Remp. in victorem &c.
Facere impressionem. Idem.
Facere imprudentem. In Orationib.
Facere inanem ægritudinem. Ibidem.
Facere incendium. In Mercato. In corde facit amor incendium.
Facere incertum consilii aliquem. Terent.
Facere indicium alicui, alicuius, & de aliquo. In Trinum In Adelph.
Facere indignum se. In Eun. Facere inducias. In Amph.
Facere infamem. Terentius.
Facere infectum quod factum est. In Trucul.
Facere ingenium suum, sequi animi impetum. Plaut.
Facere aliquem inimicum sibi. In Eunuch.
Facere initium belli, cædis. Cæsar. In Oratio.
Facere iniuriam alicui & in aliquem. In Andr. Attic. In Truc. Vostra factum iniuria.
Facere insanum ex stulto. In Eunu. Feci insciens. Idem.

Facere insidias alicui. In Orat. In Eunu. Dico ego mihi insidias fieri, Facere insigne aliquid. In Eunu.
Facere intercapedinem scribendi. In Famil.
Facere intermissionem. De Officiis.
Facere se intimum alicui. In Mil.
Facere inuestigationem rerum occultissimarum. Cice.
Facere inuidiam alicui. Ascon.
Facere inuitationem. In Orationib.
Facere iratum aduersario iudicem. In Orato.
Facere irritum testamentum, irrita verba. In Oratio.
Facere irruptionem. Ibidem.
Facere iter Laodicia, pedibus, ad Cęsarem, in Ciliciam, in Macedoniam, cautè, diligenter, hàc, vnà &c.
Facere itinera iusta. Attic.
Facere iudicatum, est quod in lite positum per iudices exequi. In Orat. Facere iudicem, constituere. Plin.
Facere iudicia, iudicium. In Orato.
Facere iudicium alicuius, dignitatis suæ, facti ex consilio, ex euentu. Facere iudicium tacitum.
Facere iudicium de se. Cæs. Facere iudicio suo. Att.
Facere iure. Atti. Facere iurgia.
Facere iussa. Aeneid. I.
Facere iusta. In Cistel. Facere labem. In Phil.
Facere lachrymas. Gellius.
Facere lætantem aliquem, lætum reddere. In Sticho.
Facere lætitiam. In Philo. Facere lamenta. Ascon.
Facere lapidationem saxis. In Orationib.
Facere largitionem. In Philo. In Oratio.
Facere latrocinium. Cæs. Facere laudationem. Ibidem.
Facere legibus. In Phor. Facere lenocinium. Plau.
Facere librum. Plin. Facere libenti animo aliquid. Plaut.
Facere librum. In Aulu. Vt det qui fiamus liberi.
Facere licitationem. In Oratio.
Facere literas. In Asina. In Oratio.
Facere lites. In Eunu. Facere lubentem aliquem. i. beneuolum.

uolum. In Asin. Facere lucrum. Ascon. In Pers.
Facere luctum. Gell.
Facere ludos, ædere spectacula. In Orat.
Facere ludos alicui, decipere, ludificari. In Phor.
Facere lustrum, lutum. De re Rusti.
Facere magistros. Atti. Facere se magnum. In Mil.
Facere magni, maximi. In And.
Facere mandata. In Asi. Facere manubias in Orat.
Facere manum, cogere exercitum In Oratio.
Facere maritum nouum. In Adelph.
Facere matronas bonas. In Prologo Eunuc.
Facio me. In Andr. Neq; quid me faciam, id est, de me.
Facere medicinam. In Oratio. In Men. In Cistel.
Facere mel. Plaut. Facere mentionem alicuius. Atti.
Facere mentionem cum aliquo. In Aulu.
Facere mentionem de aliquo. In Famil.
Facere mercaturam. In Rud. In Oratio.
Facere meretricem aliquam. Plau.
Facere messem malam, dicitur is cui pro labore fructus non respondet.
Facere messem. De re Rust. Cæs. Facere metum. Salust.
Facere meum. In Orat. Facere milites, cogere. Cæs.
Facere minoris. In Orat. Facere mirationem. Cic.
Facere miseriam. Facere missum aliquem vel aliquid, omittere vel licentiare. In Eunu. In And.
Facere missum amorem. Terē. Facere missam iram. Idē.
Facere missum aliquid ad aliquem, mittere.
Facere modo. Cice. Facere modos. In Prol. And.
Facere modum lugendi, luxuriæ. In Famil. Salu. In Heauton. Nec fieri modum.
Facere moram, remorari. In Mostel.
Facere more. In Oratio. Facere morem. Vsus facis morem. Metamor. 2.
Fiunt mihi morigeri. In Curcul.
Facere motum animorum. In Famil.

Facere motum coloniarum, municipiorum. In Oratio.
Facere mundicias. De re Rust.
Facere munitionem. Cæs.
Facere murmur, murmurillum. Plaut.
Facere mutationem vestis. Cic.
Facere mutationem morum institutorum. De Offi.
Facere mutuum cum aliquo. In Trin. In Curc.
Facere mutuo. In Famil. Facere nauem. In Mil.
Facere naufragium, pati. Plaut. In Famil.
Facere nauiculariam. In Oratio. Facere nefas. In Philipp. Facere negligentem. In And.
Facere negotium alicui molestiam inferre.
Facere nequam. Plaut. Facere nescire. In Epid.
Facere nomen alicui, indere. In Men. In Trin.
Facere nomina, est debitum contrahere. Offic.
Facere notum notificare. In Oratio. Plin.
Facere nouum aliquid. Plaut.
Facere nuptias. In And. In Aul. In Adelph.
Facere obliuia, vel obliuionem. Metamor. 4. Leucothoë multorum obliuia fecit.
Facere obnoxium sibi aliquem. Salust.
Facere oblequelam. In Asin. Facere obsidium. In Bac.
Facere obsonium. Ibidem. Facere otium. Aegio I.
Facere occisionem. In Oratio. Factum oculo quid est tuo? Plaut.
Facere sibi œconomum.
Facere offensionem, offensiunculam. In Famil.
Facere officium. In Eunu. In Adel. In Phor. Neq; mens neq; pes satis suum officium facit.
Facere operam. Plaut. Facere opinionem. In Orat.
Factum oportuit. In Sticho. Facere optionem. Cice.
Facere opus. In Adel. In Heaut. In Phorm. Cæs.
Facere ordines equestris loci. In Famil.
Facere ordine aliquid. Attic. Facere orationem. Cicer.
Facere pacem. In Merc. In Amph. In Sticho.
Facere

Facere pactionem. Attic. Facere pactionem de pace aut bello cum hostibus. Saluſt.
Facere par paria. In Amph. In Trin. Plin.
Facere partes, diuidere. Atticus.
Facere participem aliquem, conſilii ſui, nuncii, voluptatis, vel alterius rei. In Fami. In Pſeud.
Facere parui. Plaut. Facere pauſam i. Moram. Idem.
Facere peculatum. Idem. Facere peculium. In Moſt.
Facere pecuniam, cudere nummos. Aſco.
Facere pecuniam magnam ex aliqua re, lucrificare. In Orationib.
Facere penſilem ſe Plaut. Facere periculum. In And.
Facere periculum legionum. Cæſar.
Facere periculum ſui. In Orationib.
Facere periculum alii, id eſt in periculum adducere. Sal.
Facere periculum ex aliis. In Heauton.
Facere periculum in literis, in muſicis, in palæſtra. In Eunuch.
Facere periculo alicuius. Attic. Tuo periculo fiet.
Facere permutationem cum aliquo. Attic.
Facere peruium aliquid. In Adelph. Fratris. ædes fient peruiæ.
Facere peſtilentiam. Celſus.
Facere piacularem aliquem Plautus.
Facere piaculo De re Ruſt.
Facere pigritia aliquid. Attic.
Facere piraticam. In Orat. Facere plagam. Cice.
Facere planum aliquid. In Orat. Facere plus Ibid.
Facere plebem ſuam, in ſuam ſententiam pellicere. Ter.
Facere plebiſcitum. In Orato.
Facere plenum, implere. In Mil.
Facere pluris. In Trin. Facere poëma. Sueton.
Facere pontem. Plin. Facere populi ſcitum. In Ora.
Facere populum fundum. In Orationib.
Facere poteſtatem alicuius rei, quærendi, videndi. Var.

Facere

Facere præconium. In Fam. Facere prædam. In Pœn.
Facere perspectum aliquem aliquibus. In Aul.
Facere prægnantem, impraegnare. Ibidem.
Facere præiudicium. In Orati. Facere prælium. Ibid.
Facere prælium in manibus. Salust.
Facere pretium. In Persa. Facere probum Gell.
Facere procurationem. In Philoso.
Facere profana omnia. In Orationib.
Facere profectionem. Cæs.
Facere progressionem. De Offic. In Philoso.
Facere promissum. De Officiis.
Facere sibi promum, id est, dispensatorem. In Pœn.
Facere aliquem propitium. Ibidem.
Facere proprium, est sibi vindicare. Aeneid. 6.
Facere prolixo animo aliquid Attic.
Facere pugnam. Salust. Facere pugnum. In Orato.
Facere quamplurimum, multa lucrifacere. In Adel.
Facere quæstum. Ibidem. In Heaut.
Facere quanti quanticunq;, quantilibet.
Facere quod satis est, pro satisfacere. In Hecy.
Faciemus ei quæ volet. In Asin. Facere rapinas. Cæs.
Facere ratum auspitium. Cice. Facere rebellionem. Cæs.
Facere redemptionem iudicii pecunia In Oratio.
Facere reducem aliquem ab orco in lucem, est vitę restituere. In Heaut.
Facere reducem ad patrem, in patriam. Ibidem.
Facere reducem libertatem. Plautus.
Facere reiectionem iudicium. In Orationib.
Facere reliquum. Ibidem.
Facere rem, id est, lucrū In Adel. Nunq̄ rem facies, abi, nescis inescare hominē. Facere rem, diuinā, diximus.
Facere rem deteriorem, facilem. In Pseud. Attic.
Facere Rempublicam ex parua magnam Salust.
Facere remoram rei priuatæ & publicæ. Plautus.
Facere reum, accusare. In Orationib. Plin.

Facere

Facere reum magis ex ęquo & bono, quam ex iure gentium. Saluſt.
Facere reum rei capitalis. In Oratio.
Facere rictum, oſcitare.
Facere riſum, mouere. Facere ſacra. In Oratio.
Facere ſacrificium. Atti. Facere ſaltum. Metamorph. 2.
Facere ſalutationem. Cice. Facere ſanum aliquem. In Oratio.
Fieri cœpit ſatias, id eſt, ſatietas. In Eunu.
Facere ſcelus. In Oratio. Facere ſcire. In Perſa.
Facere ſcriptum. Gell. Facere ſeceſſionem. Cæſ.
Facere ſecunda, eſt ſecundo offendere. Plautus.
Facere ſecundo populo aliquid. i. concedēre. In Philo.
Facere ſeditionem. In Famil. Attic.
Facere ſementem. In Oratio. Vt ſementem feceris, ita & metes.
Facere ſementem proſcriptionis. Attic.
Facere ſemitam per fundum ſeptum. In Curc.
Facere ſenatuſconſultum. Attic. In Famil.
Facere ſermonem. Atti. Fit ſermo inter eos. Cic.
Facere ſignificationem. In Philo. De Officiis.
Facere ſilentium. In Amph. Facere ſitim. Celſus.
Facere ſe ſocerum alicui. Attic.
Facere ſocietatem cum aliquo. In Oratio.
Facere ſpatium. In Orato.
Facere ſpeciem diuinæ animationis ex igne. In Phi.
Facere ſponſalia. Att. Facere ſponſionem. De Offic.
Facere ſponte ſua. Attic. Plin. Facere ſtatuam. Ibid.
Facere ſtipendium. Saluſt. pro militare. Hiſtoricum.
Facere ſtipendia ſub aliquo. Plin.
Facere ſtipendiarum Cæſ.
Facere ſtercorationem. De re Ruſt.
Facere ſtercus. Ibidem.
Facere ſtomachum alicui, bilem mouere. In Famil.
Facere ſtrages. In Ora. Facere ſtruem. De re Ru.

Facere ſtuprum nefarium cum ſorore germana. Cic.
Facere ſuauium alicui. In Aſina.
Facere ſummam cogitationum ſuarum. In Famil.
Facere ſummam reliqui, ſummatim concludere. Cice.
Facere ſummam ex publicis literis. In Oratio.
Facere ſumptum. In Hecyra.
Facere ſumptum de ſuo ad operam aliquam. In Bacch.
Facere ſumptum in cultura, in militem. De re Ruſti. Et in Orationib.
Facere ſe ſuperbum, id eſt, mortuum. In Amphi.
Facere ſuſpitionem. In Oration. & in Orato.
Facere ſuſurrum. Plautus.
Facere ſuum aliquid autoritate, beneficio, vſu. Plau. Cæſar. In Adel. Facere ſyngraphas. In Oratio.
Facere tabulas nouas, erat cum debitores ſolutione veterum nominum liberabantur. Atti.
Facere tale aliquid. In Famil.
Facere tanti. Cicero. Vt quanti quiſq; ſe ipſe faciat, tanti fiat amicis, id eſt, æſtimetur.
Facere technam aduerſus patrem de auro. In Bacch.
Facit ira telum, id eſt, inuenit. Aenei. 7.
Facere terremotũ. In Phi. Facere teſtamẽtũ. In Oratio.
Facere teſtes, ſubornare. In Adel.
Facere timorem alicui terrere. In fami. Saluſt.
Facere tranquillitatem. In Mercato.
Facere tranquillum & lenem animum. In Epid.
Facta tranſacta omnia. i. nihil agendum reſtat. In Andr.
Facere tripudium. In Philo.
Facere tumultum, turbam, id eſt, tumultum excitare. In Eunu. In Ora. Salu. Facere turres ad libram. Cæſ.
Facere tyrocinium, eſt rudimentum ponere, aut initium opificii.
Facere vadem, præſtare id quum pro alio ſpopondimus. De Offic.
Facere vadimonium. In Orationib.

Facere

Facere varietatem. In Philo.
Facere vela. In Oratio. Facere velaturam. Varrõ.
Facere vectigalem. In Orat. Facere ventum. In Curcul.
Facere ventulum. In Eunu.
Facere ventulum pallio. In Casi.
Facere verbum & verba, loqui. In And. in fam. I.
Facere verba multa, pauca, indocte, lepide, &c.
Facere verba mortuo, est frustra loqui.
Facete verba ad parsimoniam. In Aulu.
Facere verba apud senatum. In Oratio.
Facere verba contra legem. Ibidem.
Facere verba de fide, de salute alterius. In Orat. Liuius.
Facere verba in senatu. In Oratio.
Fit mihi verisimile. In And.
Facere se versipellem. In Amphit.
Facere versuram, In Orario. Atti.
Facere versus, condere. In Orat. In Trin. Pli.
Facere verum. In Rud. De Ami. Ita fit verũ illud quod initiò dixi. Facere vestigium. In Oratio.
Facere viam, proficisci. In Bacch.
Facere viam vi. Aenei. I. Fit via vi.
Facere se vilem. In Mil.
Facere vim in aliquem. In Eunuch.
Facere vindemiam, rescindere vuuas. Cæs.
Facere violentiam. Facere vitam bonam alicui. In Pers.
Facere vitium domus dicitur, id est, corrumpi. Cice.
Facere vitula, sacrificare. Aeglo. 4.
Facere vnguentariam. In Pœn.
Facere voluntate sua. Terent.
Facere voluptatem alicui. In Truc.
Facere votum & vota, vouere & optare. De re Rust. In Oratio. Facere vrinam, leuare vesicam.
Facere vsitatum aliquid. In Philo.
Facere vsuram, est sumere pecuniam in fœnus, non dare. Attic. Facere vulnus. Idem.

Facto vsus. Terent. Moneo quid facto vsus fiet.
Facere ab integro.
Facere ad dolores, vtile esse. Oui. Non facit ad nostros animi medicina dolores.
Facere ad exemplum. In Philo. & Plaut.
Facere ad libidinem alicuius aliquid. In Oratio.
Facere ad mores, conferre. Ouid. Et facit ad mores ars quoq; nostra bonos.
Facere ad nutum, ad voluntatem alicuius. Cæs. Homo factus ad vnguem i. quadratus, bene cōpositus. Hor.
Facere aduersus edictum. In Heauton.
Facere contra aliquem aliquid. In Oratio. & Cæs.
Facere cum aliquo. In Oratio. Faciebant omnia cum pupillo, id est, pro pupillo erant.
Facere cum contumelia.
Facere de alio alium. In Oratio.
Facere de compacto. Plaut.
Facere de consilio alterius. In Phor.
Facere de industria. Terent.
Facere de integro, renouare.
Facere de sententia alicuius. In Bacch. Atti.
Facere è gemmis, è marmore aliquid. In Oratio.
Facere è regione. In Philoso.
Facere è Repub. Attic.
Facere ex animo. In Philo. In Adel.
Fieri ex æquo & bono. Ibidem.
Facere ex aratore oratorem. In Orationib.
Facere ex auro quicquam. Ibidem.
Facere ex commodo pugnam. Salust.
Facere ex dignitate sua. Attic.
Facere ex ebore aliquid. In Orationib.
Facere ex facili aliquid. Celsus.
Facere ex impedito expeditum, diximus.
Facere ex necessitate, Ineptè, de rigore. Plin.
Facere ex re mea, tua, sua, id est, vtile. Plaut. in And.

Ex ea

Ex ea re quid fiat, vide.
Fieri ex otio. In Heauton. Nulla adeo ex re ifthuc fit nifi ex nimio otio. Facere ex ftulto infanum, diximus.
Facere ex templo carcerem, ex timido fortem. In Orat.
Fieri ex vera vita. Ter. Facere ea voluntate. Cice.
Facere quicquam extra modum aut numerum, eft inconfulte aut præter rationem facere. Hora. lib. 1. epift. 9.
Facere in fortuna alicuius impetum, eft eius bona inuadere. In Orationib.
Facere in fententiam alicuius aliquid. Atti. In Fami.
Facere intra modum. In Famil. Facere ob rem. Saluft.
Facit pro me, pro te, pro fe. Facere pro fano. Cæf.
Facere fecundum aliquem. Attic. Quod ii fecundum Buthrotios fecerunt, id eft, pro Buthrotiis.
Facere fecundum mandata. Plin.
Facere ægre alicui. In Eunu. Facere aliter. In Stich.
Facere amice. De Amic. Facere bene. In Muftel.
Facere fibi bene. In Afina.
Facere benigne. In Pœn. In Oratio.
Facere celeriter. Attic.
Facere commode, confidenter. In Mil.
Facere contra. In Eunu. Facere cumulate. In Orat.
Facere dum. In Heau. Facito dum eadé hęc memineris.
Facere gratis. In Orationib.
Facere imprudenter, impudenter, infcienter. In Philof. In Andria.
Facita effe. In Oratio. Facere leuiter. In Fami.
Facere longius. In Phil. Facere malitiofe. In Cafi.
Facere mature. In Milite.
Facere mecum, tecum, fecum, id eft, fentire mecum &c. In Orationib.
Facere modice. In Famil. Facere mutuo. Ibidem.
Facere obnixe omnia. In And. Facere obuiam. In Eun.
Facere palam aliquid. In Afina. In Trin. In Heaut.
Facere parce. In Famil. Facere pariter. In Eunu.

Facere

Facere probe. In Mostel. Facere prolixe. Attic.
Facere propius. Idem: Propius nihil est factum, quàm vt occideretur.
Facere quàm plurimum alicui, coaceruare multa bona. In Adelph.
Facere quoadeius. Attic. Velim ne intermittas, quoadeius facere poteris, scribere ad me.
Facere quum. In Asin. Iamdudum factum est, quum primum bibi, id est, a longo tempore non bibi.
Facere rectè, restrictè, sapienter, satis, sceleste, sedulò, simulatè, stultè, temerè, &c.
Facere vna, id est, secum. In Oratio.
Facere volupe animo suo. In Asin.
Facere vt. In Men. Tu facito ante solis occasum vt venias aduorsum mihi. Faciam vt potero.
Fac vt lubet. Facis vt alias res soles.
Fecisti vt difficilior esset, &c.
Facere subaudito vt. In Eun. Domi adsitis facite. In Aulu. Facite totæ plateæ pateant.
Facere vulgò. In Heaut. Vulgò id faciunt.
Facere refert pulchre verbum prius dictum. Teren. Cõsilium volo capere vnà tecum. A. fiat, id est, capias. Item: Dixtin' dudum illam dixisse se expectare filiũ? Phil. Factum, id est, dixisti.
FACESSERE. In Men. Dictum facesse elatum, id est, desine superbe loqui.
Facessere negotium alicui, molestiam afferre. In Orat. facessant operæ, id est, intermittantur. Ibidem.
Facessere periculum alicui. In Ora. Ne innocenti periculum facesseris. Facessere præcepta matris. Verg.
Facessere ad. Liu. facesse hinc Tarquinios ad Corinthũ.
Facessat hinc, id est, abeat. In Phor.
Facessant paulisper rogamus, i. discedant. In Philos.
FACTitare. Offic. 2. Hæc apud maiores nostros factitata.

Factitare

Factitare accusationem.i.crebro accusare.In Orat.
Factitare artem.Ibidem: Artem pudere proloqui,q̃ factites,id est,exerceas.
FAXO.In Phor.Iam hic faxo aderit.Lubens faxim. In Aulu.Caue faxis.In Heaut.Ita dii faxint.Ibidem: Optantis est.Vtinam dii faxint.In Amphi.
AEDIfico,decompositum verbi dare.
Afficere,de bonis & de malis dicitur.
Affici admiratione.De Offi.
Afficere populares suos adorea,id est, afferre,augere. Plaut.
Afficere aliquem ægrimonia,ægritudine.Idem.
Affecta æstas,id est,transacta.Cice.
Affecta ætate.Idem.
Afficere aliquem agro,donare.Plautus.
Affici amicitia,amore.
Affici animo,commoueri.In Famil.
Affici animis.In Orati. Afficis animos eorum. Ibidem.
Affici audacia,audacem esse.Terent.
Affectum bellum videmus.In Oratio.
Afficere beneficiis,beneuolentia aliquem.In Famil.
Afficere calamitate,contumelia aliquem.In Oratio.
Affectis ita corporibus,id est,constitutis.In Philo.
Affectæ corporis vires,id est,debilitatæ.Liuius.
Affici cruciatibus.Cæs. Afficiunt me cura.Atti.
Affici damno,delectatione,desiderio.Atti.In Fami.
Affici difficultate.Cæsar.
Afficit vos mœror sensu doloris.In Oratio.
Affici errore mentis ex dolore.Attic.
Affecta fides,id est,collabefactata.Sueton.
Afficere gloria aliquem.In Famil.
Afficere honore aliquem. In Oratio.
Affici ignominia.Ibidem. Affici imperio,incommodo.
Affici iniuriis.In Orationibus.
Afficere aliquem magna lætitia.In Famil.

Affici lætitia. Ibid. Affici laude. De Offic.
Affici literis. Att. Affecerunt me tuæ literæ. Plin.
Afficere lucro. Plaut. Afficere macula. In Oratio.
Affici metu. Ibid. Affici mœrore. Ibid.
Affici molestia, morbo. Terent.
Affici morte acerba. i. crudeliter interfici. In Fam.
Afficere aliquem nomine regis, id est, regem appellare. In Oratio.
Affici bonis nunciis. Affici odio, officiis. De Sene.
Affici pœna. In Oratio.
Afficere præda aliquem, id est, augere. Plaut.
Afficere aliquem præmiis amplis. In Oratio.
Affici precibus. Horat. Affici pretio. Aenei. 10.
Affici societate. In Ora. Affici senectute. In Orat.
Afficere sepultura aliquem. Cæs.
Affici solicitudine. Idem.
Afficere aliquem spoliis. Plau. Afficere aliquem stipendio. In Oratio. Affici studio pietatis. Affici studiis bonarum artium.
Afficio aliquem supplicio. In Orationib.
Affici timore. In Famil. Affici amplis titulis.
Affici virgis. Plaut. Affici vitiis. In Oratio.
Affici vituperio, voluptate non parua. Ibidem.
Affici ad aliquid. In Orat. Ex iis rebus, quæ quodãmodo affectæ sunt ad id, de quo quæritur.
Affecti eodem modo erga amicum simus. De Offic.
Affici grauiter, id est, multum male valere. Atti.
Affectus male, pro male dispositus.
A F Fectare, est pronum animum habere ad aliquid faciendum.
Affectare honorem. Salust. Affectare iter. In Orat.
Affectare mundiciam omni diligentia. Atti.
Affectare similitudinem. Ad Heren.
Affectare regnum, id est, aspirare. Plinius.
Affectare ad dominas. Teren. Hi gladiatorio animo ad
me

me affectāt viam. Idem: Verg. Viamq; affectat olympo. i. ad diuinos honores aspirat.
BENEfacere. In Eunu. Benefecisti. Itē: O factū bene.
CALEFAcio, Commonefacio, habes apud Caleo, Moneo.
CONFIcere, nunc pro debilitare, nunc pro necare vsurpatur.
Conficere aliquid. In Adel. Credebas dormienti hæc tibi confecturos deos?
Conficere absolutionem sex iudicibus. In Oratio.
Confectis æstiuis, id est, transactis. In Fam.
Confecit annos prope centum, id est, impleuit. In Ora.
Confectus annis. Salust.
Conficere argentum alterius, consumere. In Phor.
Conficere bellum, finire. Cicero.
Conficere bibliothecam alicui. Atti.
Conficere bona, dilapidare.
Conficere centurias. In Famil.
Confectus cruciatu maximorum dolorum. Attic.
Confectus cura. In Andr. Conficere curriculum viuendi a natura datum recte & honeste. In Philo.
Conficere cursum vitæ suæ in labore corporis atque in animi contentione. In Oratio.
Conficere cursum Delum, id est, nauigare. Attic.
Conficere dentibus nucem. Barb. masticare aut quassare. Plinius.
Conficere diem sermone longo. In Trin.
Confici dolore. Plin. Conficiunt escas dentes infini, id est, molunt. In Phil. Confectus fallaciis. In Trucul.
Confecerat famam bene loquendi, suauitas vocis & lenis appellatio literarum. In Orato.
Confici fame. Conficere feram, confodere.
Conficere flagitium, patrare. Confici frigore.
Confecta honestatis pars est, id est, absoluta. Offic. 2.
Conficias hortos mihi, necesse est. Attic.

Confecit ictibus sagittarum propugnatores. Suet. Confici ieiunio.
Confecerunt me infirmitates meorum, id est, occiderunt. Plin.
Conficiebam iter æstuosa & puluerulenta via. Attic. Cæsar.
Conficere iussa. Cice. Confeci quæ iussisti omnia.
Confici labore, languoribus. De Offic.
Conficere librum, absoluere. Ibidem.
Confectus macie. Plin. Conficere malum. In Heau. Aliquid gnato conficies mali.
Conficere mandata. Atti. Si quæ tibi mandauimus, confeceris. Confici metu. Plin.
Conficiunt me mores iuuenum, id est, vehementer doleo. Idem.
Conficere negotium. In Cistel. Atti.
Conficere nomina. Attic. Conficere nummos, parare. In Phormio.
Conficere nuptias. In And. In Heaut. In Phor.
Conficere opus, perficere. In Capt.
Conficere pacem, componere. In Heaut.
Conficere pactionem. Atti. Confectæ pactiones publicanorum.
Conficere passus vel passuum mille. Idem: Vt passuum mille conficiatur, id est, circuitu mille sint passus.
Conficere peculium grande, est pecuniæ vim accumulare. In Mercat.
Conficere pecuniam versura aut tributo, id est, comparare. In Oration. Item: Permagna ex illa re pecunia confici posset.
Conficere pensum, nere. In Mercato.
Conficere pensum, absoluere. In Pers. Pensum meum, quod datum est, confeci.
Confectus plagis, ante oculos tuos cecidit. Cic.
Confecto prandio, id est, finito. In Men.
Conficere

Conficere pretium. In Oratio.
Conficere profeſſionem, In Famil.
Confecit plures prouincias. In Oratio.
Conficere rationes. Atti. Conficere reditum. In Famil.
Conficere rem. Attic. Neq; adhuc res eſt confecta. Ter.
Confici ſenecta, ſenio. Metam. 6.
Conficere ſignificationem doloris, id eſt, perficere. Ad Heren. Confici ſiti.
Conficere ſolicitudines alicui. i. iniicere, comparare. In And. Hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines.
Conficere ſpatium. Cæſ. Incredibili celeritate magno ſpatio paucis diebus confecto.
Confectus ſqualore. Plin.
Conficere ſummam fatalem. De Offi. Circuitu naturali ſummam tibi fatalem confecerint.
Conficere tabulas, id eſt, regiſtrum facere in quo accepti & expenſi ratio notatur. Plin.
Conficere tributum. In Oratio.
Conficere tunicam hybernam alicui, cōponere. In Mil.
Conficere verberibus, verbis aliquem flagellare, minaci voce terrere. In Pſeud.
Conficere viam longam. De Senect.
Conficere victoriam. In Oratio.
Confecta vigilia prima, id eſt, præterita. Cæſ.
Confici vigiliis.
Conficere virginem, id eſt, conuincere, dictis fallere.
Conficere voluptates. In Philo.
In Eunu.
Conficere in leges ſuas. In Heaut. Facillime patris pacem in leges conficiet ſuas. Præceptoris eſt, diſcipulos in ſuas leges conficere.
Conficere in ordinem rationes, tabulas. In Oratio.
Conficere ſine moleſtia, ſine ſumptu, ſine diſpendio. In Eunuch.
Conficere affatim aliquem. i. miſere flagellare. Plaut.

Conficere facile. In Heauton. Et simul conficiam faci-
lius ego quod volo.
CONfieri. In Adel. Hoc confit quod volo. Aenei. 4.
Nunc qua ratione quod istat Confieri possit, &c.
DEficere aliquid, in aliquo errare. In Phorm. Si quid
deficiet. Cic. Id quoq; deficiebat me, id est, deseruit.
Deficere alimento, carere. Columel. Vide ne pristino
alimento deficiat.
Deficere animo, pusillanimem esse. Cicer. Cohortatus
suos, ne animo deficiant.
Deficit animus alicui. In Oratio. Non animus eis, sed
vires deficiunt.
Deficere absolute, pro eodem. Terent. Ea caussa nihilo
magis deficimus. Deficere annis. Colum.
Defecti aqua ciboq;. Quintil.
Defici aqua, deponentaliter. Plin. Hæc amœnitas defi
citur aqua salienti id est, caret.
Defici consilio, deponentaliter. In Orat. Mulier abun-
dat audacia, consilio & ratione deficitur, id est, caret.
Deficit dies aliquem. Ibidem. Me dies, vox latera de-
ficiant, id est, non sufficiant.
Deficit frumentum. Cæs. Ipsos res frumentaria deficere
cœpit.
Deficiunt glandes sylvis. Verg.
Deficere luctum, Aeneid. II.
Deficere gressu: vide, Deficere visu.
Defici memoria, passiue. Colum. Qui si memoria defi
citur, quo minus agnoscat cuiusq; progentem, &c.
Deficit oratio aliquem. In Oratio. Tempus te citius
quam oratio deficeret.
Deficit oratorem prudentia nunquam. Cice.
Defici ratione: vide, Defici consilio.
Deficit sanguis aliquem. Cæs. Quem iam sanguis vi-
resq; deficiunt. Defecta senio arbor. Colum.
Defectio aut defectus solis. In Phil. Plin. Vergil.

Deficiunt mihi solatia. In Famil.
Deficiunt solo macro, id est, pereunt. Colum.
Deficit tempus aliquem: vide, Deficit oratio.
Deficiunt vires aliquem. In Orat. Cum me vires deficere cœpissent. i. debilitari: vide, deficit sanguis.
Deficiunt vires alicui: vide, Deficit animus.
Deficiunt vires, absolute: vide, Deficit vox.
Deficere viribus. Colum. Defectissimum quemq; annis viribus in agrum relegat.
Deficit ingenii vis aliquem. In Orato.
Deficere visu. Suet. Quum iam non gressu modo deficeret, sed & visu.
Deficit vox. In Oratio. Nec vox viresq; deficerent.
Deficit vox aliquem: vide, deficit dies.
Deficere a nomine: vide, ab imperio deficere.
Deficere a Repub. desciscere. In Famil.
Deficere a se. Ibidem. A meq; ipse deficerem.
Deficere a sententia alicuius.
Deficere a virtute. Cice. de Amic.
Deficere ab rege, retrocedere. Salust.
Deficere ad Antiochum, ad Aruncos, ad partem diuersam, ad senatum, ad Turcam, id est, transfugere.
Defici ad calamitatem, passiue. In Oratio. Nunc vel solus defectus ad calamitatem.
DEFIEri. In Hecy. Nihil apud me tibi defieri patiar. In Eun. Nihil quum est, nihil defit tamen.
Deficit animus mihi. In Mil. Animus per oculos meos defit.
Defit dies. In Rud. Omnia iterum vis memorar scelus, vt defiat dies, id est, deficiat.
EFFIcere aliquid. In And. Quid est quod tibi mea ars
Efficere hoc possit amplius? In Eunu. Si hoc efficio.
Efficere argentum alicui. In Bacch.
Efficere beneuolum auditorem a rebus ipsis. Heren.
Efficere cædem. In Orationibus. Magistratum pri-

uatorumq; cædes effecerat.
Efficere clamores. Attic. Efficere columnam ab integro nouam nullo lapide rediuiuo. In Oratio.
Efficere contemptionem. In Philo. Magna videbatur morti effecta contemptio.
Effectum dare, id est, efficere. In Eunu. Effectum dabo.
Efficere epistolam, scribere. Attic. Effeci epistolam ad Cæsarem.
Efficere facinora. In Pseu. Magna me facinora efficere decet.
Efficere mãdata. Attic. Tu mãdata effice, quæ recepisti.
Efficere nuptias alicui. In And.
Efficere officium. Plaut. Vestrum curare officium ego efficiam meum.
Efficere pollicita. In Phorm. Donec tibi id quod pollicitus sum effecero.
Efficere ꝓcessus. In Orat. Tantos processus efficiebat.
Effectum reddere. In And. Hoc ego tibi profecto effectum reddam.
Efficere scientiam. In Phil. Scientiam putatur effecisse.
Efficere frequentem senatum, congregare. In Famil.
Efficere successionem. In Philo. Doloris motio successionem effecit voluptatis.
Efficere voluptatem. In Philo.
Efficere in fœnus. Atti. Ea vox in fœnus Pompei quod satis sit efficit.
Efficere in vsuram. Idem: Nec id satis efficitur in vsuram menstruam.
Efficere vt. In Pseud. Si hanc hodie mulierem efficio tibi vt tua sit.
EXPERgefacio, Floccifacio, Frigefacio, clara satis (per se.
INFIcere animum delitiis, desidia, languore, otio, vmbris. Tuscul. 5.
Infici artibus, id est, imbui. In Philos.
Inficiuntur apes fumo, id est, perduntur. Plin. lib. x.
Infectl

Infecti luxu & peregrinis moribus. Liui.
Inficere pocula, venenis corrumpere. Vergil.
Infici opinionum prauitate. In Philoso.
Infectum veneno. Sueton.
Inficere vestem, tingere. In Trucul.
Infectum aliquid facere. In Casin. Volunt hæc vt infecta faciam.
Infecta dona facere, promissa non dare. In Mostel.
Infectum non potest fieri quod factum est. In Aulu.
Infectum reddere. Plin. Infecta pace. In Eunu.
INFIciari, negare. In Amph. Quæ facta, inficiare.
Inficiari fœdus. In Phil. Inficiari id posset. In Cat.
Inficiatur omnia ea quæ dudum confessa est. In Cistel.
INFIT defectiuum, pro incipit. In Aul. Infit ibi postulare. Item: Infit dicere adulterinum esse. Item. Infit percontarier.
INTERficere, occidere.
Interficere aliquem exemplis pessimi. In Mostel. Vt dii deæq; omnes me pessimi exemplis interficiãt.
Interficere messes, perdere, cremare. Verg.
Interficit rubigo ferrum. Gell. Ferrum si exerceas, conteritur si non exerceas, tamen rubigo interficit.
Interficere aliquem siti. In Mostel.
Interficere aliquem vita. In Trucu. Me interfecisti penè & vita & lumine.
Interficere aliquem veneno. In Epist. Eadem mulier virum & filium eodem tempore venenis clam datis vita interfecerat.
LABEfacio, Labefacto, Liquefacio, Lucrifacio, Obstupefacio inter sua quæq; simplicia reperies.
OFFIcere, obesse.
Officere auribus. Salust. Timor animi auribus officit.
Officere auspiciis. Offi. 3. Demoliri ea quorum altitudo officere auspiciis.
Officere caussæ. In Orat. Quod ipsi caussæ aliqua ex

parte

parte officit.
Officere excursionibus aduersariorum, id est, impedire Cæs.
Officere cõmodis. In Orat. Vbi tuis cõmodis officio?
Officere luminibus. Ibidem: Nec mentis quasi luminibus officit altitudo fortunæ & gloriæ.
Officere cum accusatiuo. In Tru. Ego te hic affatim officiam.
O L Facere, odorare vel persentiscere. In Adelph.
P A T Efacere aditum, aperire. In Orato. Patefacit earum rerum ipsarum aditum quas quærimus.
Patefactis alpibus in Italiam traiecit. Plin.
Patefacere aures assentatoribus, est credere, auscultare. De Amic.
Patefacere aures hominum. Plin. Illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefacit.
Patefacere fenestram dare occasionem. In Heaut. Quã tam fenestram ad nequitiam patefeceris.
Patefacere ianuã famæ: vide, Patefacere aures hoĩum.
Patefacere iniurias. In Hecyr. Tot meas iniurias quæ nunquam vllo patefecit.
P E R ficere aliquid. In Phorm.
Perficere promissa. In And.
P R A Eficere animum corpori. In Orat. Eumq́, vt dominũ atq; imperatorẽ obedientem præfecit corpori.
Præficere aliquem bello, elephantis Indicis, procuratio ni, prouinciæ, regionibus, rei alicui, &c. Cæs. Terent. In Oratio. & Philo. In Eunu.
Præficere cum imperio. Cæs. Non solũ vrbibus, sed penè vicis castellisq́; singulis cũ imperio, præficiebãtur.
Præficere aliquem in exercitu. In Orat.
P R Oficere tantum ad se spectat secundum Vallam.
Profici nobis. Att. Ita quidẽ nobis profici, id est, possit. prodesse: quod videtur contra Vallam.
Proficere consilio. In Fam. Cum consilio profici nihil.
Proficitur,

Proficitur, impersonale. Plin. Memoriæ frequenti emendatione proficitur. Proficere in literarum studiis.
QVAtefacio, Rarefacio, ex simplicibus cognoscũtur.
REFIcere ædes, naues, muros, instaurare.
Reficere aliquem, Attic. Tyronas reficiendi spes est in M. Catone.
Reficere animum, recreare. Refici labore. Plin.
Reficere magistratum. De Offic.
Reficere se. In Fam. Ego hic cogito commorari, quoad me reficiam.
Reficit me sapientissimi & iustissimi viri consilium, id est, recreat. In Oratio.
Reficere se ad. Ibidem: Ad ea autem quæ dicturus sum, reficite vos quæso iudices.
Reficere se cum. Attic. Ego ex magnis caloribus in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refici.
Refici incipit, id est, conualescere. Plin.
SACRIficare genio suo summo Ioui, &c. Plaut.
SATISfacere alicui fidei.
Satisfacere cum accusatiuo, pro punire. Ad Heren. Non conuenit censores istum satisfacere.
SIGNIficare credulum. De Senect. Hos significat credulos obliuiosos, id est, ostendit.
Significare dolorem oculis, vultu, gestu, digito. In Orationib.
Significatur dubitatio. In Famil.
Significata mihi gratulatio. Attic.
Significatur impetus tantus oculis, &c. In Orato.
Significat magnum. Plin.
Significat meam in eo parsimoniam huius paginæ contractio, id est ostendit. Attic.
Significatur in tuis literis suspicio quædam.
Significatur tanta vis animi oculis, &c. In Orato.
Significare voluntatem suam maximo clamore.
Significare de suis actis aliquid, Attic.

Significare in literis aliquid, diximus.
Significare inter. In Truc. Sic istuc volo, ne inter vos significetis, id est, indicia faciatis.
SVfficere aliquid alicui, satis esse. Plin. Mihi autem vel sola voluntas suffecisset.
Sufficere animum alicui, suppeditare. Vergil. Ipse pater Danais animos viresq; secundas Sufficit.
Sufficere consulem, substituere. In Oratio. Ne sufficiatur consul, non timent.
Sufficit humorem tellus satis. i. subministrat. Geor. 2.
Sufficit vmbo ictibus. Aenei. II.
Sufficere laboribus. Plin. Eademq; firmitate animi laboribus suffecit, qua nunc otium patitur.
Sufficere prolem, substituere. Geor. 2. Atq; aliam ex alia generando suffice prolem.
Sufficere purpuram, inficere, maculare. In Famil. Vt ii q conuiuiis purpuram tamen sufficiunt.
Sufficere vires, sustinere. Cæs. Nec iam vires sufficere cuiusquam, nec ferre operis laborem posse. Vide, Sufficere animum.
Sufficere ad Quintillia. Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipsa sufficiat.
Sufficere in locum alterius. In Fami. In cuius locum suffectus sum.
Sufficere absolute. Aeneid. 5. Nec tendere tantum sufficimus.
Sufficit impersonale, vt sufficit scire quid bonum.
TABEfacio, Testificor, Velificor, simplicibus, ex quibus descendere videntur magis, adnumerabimus.

FALLO.

Fallere aliquem, decipere, à fando dictum. In And. Nihil me fallis, id est, te noui, nō me decipis. Fallere te nullus vult, qui tibi dira minatur.
Fallere aliquem aliquid, ignorare. In Heaut. Nihil me fefellit. In Hecyr. Non Pol multum me fallit, id est, sat scio.

ſcio. In Phor. Niſi quid me fefellerit. In Heaut. Num me fefellit hoſce id ſtruere, id eſt, num ſciui.

Fallunt ædes. Terent. Non me tuæ fallunt ædes, id eſt, optime noui.

Fallit ætas, dum occulte labitur. Ouid. Labitur occulte, fallitq; volubilis ætas.

Fallit alea. Horat. Perrarò hæc alea fallit.

Fallere amorem, poſthabere. Aenei. 4. Infandum ſi fallere poſſit amorem.

Fallit animus. In Men. In Heaut. In Phor. Niſi me animus fallit. Fallunt anni, idem quod fallit ætas.

Fefellerunt caſus varii ſpem cogitationum & conſiliorum meorum. In Orat.

Fallit me meus conatus, cura. Aenei. 6. Nec me mea cura fefellit.

Fallere curam vino, ſomno, pellere, Horatius. Iam vino quærens, iam ſomno fallere curam.

Fallere depoſitum, non ſeruare, non reddere. Meta. 5.

Fallere deſyderium alicuius.

Fallere dextram, non ſeruare fidem. Aenei. 6.

Fallere diem, terere. Fallere dolis. In And.

Fallere expectationem parentum, vel alterius. Eraſ.

Fallere fidem, id eſt, ſoluere. De Off.

Fallere fraude. In Oration. Omni fraude & perfidia fefellit.

Fallere herum. In Heaut. In And.

Fallunt impenſæ in aliquem collatæ. Fallit me meus labor.

Fallere laborem, eſt intermittere, aut mitigare. Hor.

Fallere liberos parentibus, abſtrahere. In Rud.

Fallere lumina, idem quod, fallere oculos. Metam. 4.

Fallere otium, diſcutere, laborare, rei operam dare.

Fallere oculos, perſtringere, præſtigiare.

Fallunt opera, id eſt, ex operibus, conſtat impoſtores eſſe. In Pſeud.

Fallit

Fallit me mea opinio.

Fallere opinionem alicuius. In Oratio. Confiteatur necesse est, te multam opinionem fefellisse.

Fallere parentum expectationem, fallere parentibus liberos.

Fallere perfidia diximus.

Fallere postico, effugere per posticum. Horat. Atria seruantem, postico falle clientem.

Fallere promissum, est non stare conuentis.

Falli sermonis. Plaut. Nec sermonis fallebar tamen quē loquerentur. Phrasis rara.

Fallere socium. Cice. Fallere somno curam, dictum, est.

Fallit spes aliquem. In Fam. Quæ ne spes eum fallat.

Fallit spem aliquid: vide Fallunt casus.

Fallere tædium, pellere. Fallere technis. In Heau. Falli te sinas technis per seruum. Fallere tempus, terrere.

Fallit tempus, pro præterit cito occulte.

Fallere vino curam diximus.

Falli a. Horat. Fallimur a placidis verbis, vultuq; sereno.

Falli ab. In Eunu. Vt ab illis fallimur.

Fallere per. Liu. Qui per biénium fefellerat. i. latuerat.

Falli per seruum. In Eunu. In Heaut.

Fallere apertè. In And.

Falsus passiue. Ibidem. Falsus es. Falsus actiue. Ver, Solem quis dicere falsum audeat?

Falsa caussa, falsum gaudium, falsam gratiam inire, falsæ lites, falsa lachrymula, falsa solicitudo, falsum somnium, falsa spes.

Falsus animi. Teren. Vt falsus animi est. i. vt errat.

Falsum habere, decipere. Salust. Nec ea res me falsum habuit.

REFELlere est quod dictum est, arguendo falsum ostendere.

Refellere aliquem. In Philoso. Si esses Orestes, Pyladem refelleres?
Refellere aliquid. Terent. Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet, id est, cum factum fuerit nō negabis.
Refellere institutum verbis. Cic. Subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat verbis.
Refellere orationem. In Oration. Oratio testium refelli solet.
Refellere sine. Tuscu. 2. Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus.

FASTIDIO.

Fastidire cum fastu cōtemnere, accusatiuum, ablatiuum, & genitiuum admittere reperitur. Lucil. Fastimus bonorum. In Bucol. Si te hic fastidit Alexis.
Fastidire aliquem factis. In Orationib.
Fastidit mei. In Aulu. Phrasis Plautina.

FATEOR.

Fateri aliquid, agnoscere. In Andr. Fateor id quoq;.
Fateri alicui. In Aul. Quid fatear tibi? In Capt. Hic fassus est mihi.
Fatere omnem in ordine rem. In Casin.
Fateri verum. In Truc. Si verum mihi eritis fassæ. Ouid. Turpe quidem dictu, sed si modo vera fatemur. Vulgus amicitias vtilitate probat.
Fateri de. In Mostel. Etiam fatetur de hospite?
CONFIteri. In Trinum. Egomet fecisse confiteor. In Oratio. Hoc ego non solum confiteor, verumetiam profiteor.
Confessa hostium obsequia, id est, manifesta. Plinius. In confesso esse. In cōfessum venire, id est, palam. idem.
DIFFIteri, negare.
PROFiteri, est assignare, quantum numerum vini, olei, frumenti, iugerum, pecuniæ, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cardin.
Profiteri aliquem aliquid. De Amic. Qui ista profitentur.

tur, id est, docent. Plin. Audisti'ne Valerium Licinianum in Sicilia profiteri? Profiteri artem aliquam, scire, docere.

Profiteri frumentum. Liuius. Profiteri cogendo frumentum.

Profiteri impudentiam. In Orati. Quiq; ad hanc rem, aut potentiam, aut impudentiam suam professi sunt.

Profiteri indicium, sponte indicare rem aliquam. Plini. Quum illa profiteretur indicium.

Profiteri iugera. In Oratio. Iugera professi sunt aratores omnes.

Profiteri iugerum numerum verè. Ibidem.

Profitebor me ei magistrum. Atti.

Profiteri nomen. Terent. In his poëta hic nomen profitetur suum, id est, se vnum ex his esse fatetur.

Profiteri nomina. Liui. Profiteri odium bonorum.

Plin. Profiteri operam suam. In Oratio. Vt ad ea tollenda operam suam profiteretur.

Profiteri pecuniam. Liuius.

Profiteri philosophiam. In Philoso.

Profiteri potentiam. Vide, profiteri imprudentiam.

Profiteri prædam. In Orat. Quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii profiteatur.

Profiteri se, operam suam offerre. Attic. Mirandum in modum, profitentur. i. offerunt se, pollicentur.

Profiteri se docere. In Oratio. Aliiq; multi temporibus eisdem docere se profitebantur.

Profiteri se sapientem. De Senect.

Profiteri studium suum. Atti. Italię sua vobis studia profitenti remisistis, id est, offerenti.

Profiteri voluntatem. In Famil. Fructuosissimam esse professionem bonæ voluntatis.

Profiteri ad. De re Rust. Ad publicanum profitentur.

Profiteri in. Gelli. Aut profitebere in triduo proximo.

Profiteri intra. Salust. Quod intra legittimos dies profiteri

fiteri nequirent. Profiteri palam.i.libere. Liuius.
Profiteri verè: vide, Profiteri iugera.
Profiteri, loqui. In Capt. Quis profitetur inquam qua si muti silent.

FAVEO.

Fauere fauorem facere, a fando. In Eunuch. Illi faueo virgini.
Fauere animis, linguis, silere. In Philo. Vt fauerent linguis imperabatur. Ouid. Linguiq; animisq; fauete.
Fauet literatis. In Famil.
Fauere ingeniis seu musis, est rei literariæ bene cupere, Metamorph. 8. Quæ fauet ingeniis. Hor. Ingeniis non ille fauet.
Fauere ore. Vergil. Ore fauete omnes, id est, fauoris indicium exhibete.
Fauere precibus, proposito, sententiæ alicuius.
Fauet ventus cœlo, pelago, quum est serenitas. Ouid. Sæpe videns ventos cœlo pelagoq; fauentes.
Fauere verbis, tacere. Meta. 3. Verbis fauet ipsa suis.
Fauere absolute, pro silere. In prologo Andriæ: Fauete, adeste æquo animo.

(FENDO.)

Defendere tam id quod damnum infert, quam cui damnum infertur.
Defendere autoritate causam. De amic. Re magis quã autoritate causa illa defensa est.
Defendere exemplis. Plin. Defendere hostes, repellere. Gell. Hostes defendebat a pinnis facillime.
Defendere ignem. Cæs. Quibus ignis iactus & lapides defendi possent, id est, quæ ignibus atq; lapidibus missis obstare possent.
Defendere iniuriam alicui vel ab aliquo. In Mostel. Maximam qui his iniuriã foribus defendat? De Off. Qui non defendit iniuriam, neq; propulsat a suis.
Defendere locum suum. In Oratio.

Defendere noxiam. In Phorm. Defendere se. Plaut.
Defendere solis ardores. De Senect.
Defendere solstitium pecori. Aeglo. 4.
Defendere vim, obstare ne vis inferatur. In Rud.
Defendere à frigore aliquem. In Bucol.
Defendere aliquem contra iniquos. In Orat.

OFfendere aliquem. In Eun. Offendi quendam mei loci hinc atq; ordino hominem. i. Incidi. In Heaut. Te-xĕtem telā studiose ipsam offendimus. i. Inuenimus. Est etiam iratum reddere. Sueton. Parentes eius Augustum offenderant.

Offendit aliquem aliquid. In Famil. Quod quenquam maleuolentissimum iure possit offendere. i. lædere.

Offendere aliquem aliquod. In Curc. Ne quem in cursu, capite, aut cubito, aut pectore offendam.

Offendere imparatum aliquem. In Famil.

Offendere latus vehementer. Ibid.

Offendere scopulum. In Oratio.

Offendere sibi. In Fam. Sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. Offendere visco aliquē. In Pœ.

Offendere ad. Victruuius: Si ad Asiam offenderint calculi.

Offendere apud aliquem in malam opinionem incidere, In Oratio.

Offendere in aliquo. Attic. Si quis est, in quo iam offenderis, id est, quem peccasse intellexeris. Ibid. Si quid offendimus in genero nostro, id est, si quid peccauit nobis gener.

Offendere in arrogantiam. In Orato. Minus in arrogantiam offenderent.

Offendere in exercitu. In Fam. Si quid in his exercitibus offensum, id est, si quid damni factum sit.

Offendere in tenebris, impingere. In Famil. Quis est tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat.

Offendere aliter. In Philo. Omnia aliter offendisset.

Offensum

Offensum est impersonale. In Oratio. Si tantulum offensum, titubatumq; sit.

FERIO.

Ferire femur dexterum. In Mil.

Ferire fœdus, compactum facere, militare, est. Cicero transtulit ad amantes. In Orat. Vt tu amorum turpissimorum quotidie fœdera ferires.

Ferire fores, id est, pulsare. In Amph.

Ferit fortuna multa. In Offic. Ferire frontem. Att.

Ferire iugulum, inferre mortem.

Ferire malam, nequiter. In Amphit.

Ferietur alio munere, id est, ei rursus donandum erit. In Phorm.

Ferire palma compressa, porrecta. In Casin.

Ferire pactum, idem quod ferire fœdus.

Ferire sydera laude, est celebrem esse. Horat. Feriuntq; summos Fulgura montes.

REFERIRE, repercutere. In Adel. Referire non audebam.

FERRE.

Ferre aliquid, portare. Ferimus autem minus aliquid in proprio corpore, vt annulum, librum. Portamus quę grauiora, corpore iumenti vel proprio: vt agnum, vitulum, porcum. At miscetur vtrunq;.

Ferre alquem, pati. In Phor. Ego te complures aduorsum ingenium meum menses tuli. Teren.

Ferre abitum alicuius animo forti atq; obfirmato. In Amph.

Ferre acceptum: vide, Referre acceptum.

Fert adolescentia, id est, adfert. In Adelph. Quæ fere adolescentia, ea ne me celet, consuefeci filium.

Ferre aduersa, pati. Fert ætas. In And. Dum licitum est ei, dumq; ætas tulit. Ferre æquo animo. In Andr. In Phorm.

Ferre aliud alio, est sæpius rem loco mouere. Salust.

Ferri ambitione, amore, angore, Fert amor impellit.
Ferrat animus modestè isthæc. i. perferat. In Phorm.
Fert animus, id est, cupit. Meta. I. In noua fert animus mutatas dicere formas. Corpora.
Si modo fert animus, id est, placet. Aeglo. 9. Omnia fert ætas animum quoq;, id est, aufert.
Ferre animum in aliquid dicimus, cum eius desyderio afficimur. Meta. I. Horat.
Ferri animo forti atq; obfirmato, diximus.
Ferri aqua prona. Ferre arbitrio. Horat.
Ferre argentum. In Asin. Tu ne hoc feras argentum aliter a me?
Ferre arma contra patriam, bellare. De Amic.
Ferre auxilium. In Orati. Huic ferri auxilium non oportet.
Ferre auxiliares manus.
Ferri auaritia. In Orat. Feruet ferturq; auaritia.
Ferre auras, est assuescere aëris varietati. Geor. 2.
Ferre ea. vide, Ferre furcam. Fert bellum. Salust.
Ferre casum, dare. Attic. Vt quemq; sors tulerit casum.
Ferre catulum. Martia. formosum catulum simia nulla tulit.
Fertur coluisse. Aenei. I. Ferre conditionem, offerre. In Orat. Hanc conditionem misero ferunt.
Ferre commodum. Horat. Multa ferunt anni venientes commoda secum.
Fert cõiectura. Att. Nos vt opinio & spes & coniectura (fert.
Ferre contumelias, pati. In Mer. Ferre conuiuam alicui. In Stic.
Ferri crudelitate, duci. In Orat. Quam cæcam crudelitate & scelere ferri videtis. Ferri cupiditate.
Fert vos cura, id est, impellit. Ferri curru, cursu.
Ferri desyderium alicuius. De Amic. In Orat.
Ferri dolore. Verg. Iustus in hostem fert dolor.
Ferre donum, pro obtinere. Ferre exequias.
Ferre

Ferre expensum, expensorum rationem referre in tabulas.

Ferre expensum muneribus. Atti. Ne tu expensum muneribus ferres. Ferre fallaciam, inferre. In Pœn.

Fert fama. Ferre famam, spargere. In Persa.

Ferre fata aliquem dicuntur, quum sibi bene aut male res cedunt præter expectationem. Ouid. Sic illum fata ferebant.

Ferre flagitia, afferre. In Adel. Fero alia flagitia ad te ingentia boni illius adolescentis.

Ferri flumine aduerso. Aeneid. 8.

Ferre fortunam eandem. Cæs. Ferre fraudem. Attic. Id mihi fraudem tulit, Ferre fructum ab aliquo, Cice. In Adel. Hoc fructi pro labore ab his fero.

Ferre furcam, sceleratorum est. In Philoso.

Ferri furiis, Aeneid. 4. Heu furiis accensa feror.

Ferre gaudium. Ferre gradum, ire. In Merc.

Ferre honorem alicui, exhibere. Aeneid. 8.

Ferre hyemem. Aeneid. 3. Noctem hyememq. ferens.

Ferre ignominiam. In Philo. Ferri illecebris.

Ferre imaginem alicuius. In Capt.

Ferre impetum. Cæs.

Ferre incommodum. Mantuan. Commoditas omnis fert incommoda secum. Ferre indignitatem. In Fam.

Ferre ineptias. Ferre infamiam. In Fam. Ferre inferias.

Ferre infortunium. In Adel. Ferre infortunium forti animo. Cice. Ferri infortunio.

Ferre iniuriam. In Orat. Ferre inopiam. Cæs.

Ferre multum In Heaut. Ferri ira.

Ferre iudicem. Liu. Ferre iudicia, præscribere.

Ferri iudicio multitudinis. De Offic. Ferre iudicium. Horat.

Ferre iugum, id est, imperium. Idem; Plaut.

Ferre iura, edicere, præscribere. Metam. 1.

Ferre iusta funebria. Aenei. 9. Ferre laborem cogitandi. In Orat.
Ferre lætitiam. In Capt. Attic. Ferri lætitia.
Ferre aliquem laude, laudibus efferre. Plin.
Ferri laude, pueri laude feruntur in studia.
Ferre laudem, obtinere. Cæs. Maximam inter suos ferunt laudem.
Ferre laudes carmine, vulgo, responsorium canere. Ouid.
Ferre legem vel leges, præscribere, edicere. De Offic. Dum legem Agrariam ferret. Ferre legem peruim. In Orat.
Ferre lege aliquid. Ibid. Fert libido multa. Terent.
Ferre loco ignominiæ. Cæs. Ferre lucem. Plin. Lucem ferre condisco. Ferre malum fortiter.
Ferre manum, conserere, vel dare manum. Vergil. In Truc.
Ferre manus: vide, Ferre oculos. Ferre se medium.
Ferre mercedem, accipere. Plaut.
Ferre miserias, molestias. In Adelph. In Eunu.
Ferre munus, nancisci. Oui. Quoduis pete munus, Me tribuente feres.
Fert natura. In And. Ex animo omnia vt fert natura, facias. Ferri naui.
Ferre nomen in astra, est celebrem reddere. Aeneid. 7.
Ferre nugas. Horat. Haud facile fert nugas, id est, non admittit.
Ferre oculos, repręsentare. Aeneid. 3. Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat. In Orati. Non ferent inquam oculi Saxam.
Ferre oculos huc & illuc, circumspicere. Aeneid. 8.
Ferre odium pro labore. Terent. Ferre opem, iuuare. Idem.
Fert opinio: vide, Fert coniectura.
Fert optatum. Plaut. Dii tibi omnia optata ferant.

Ferre

Ferre opus cum labore, tolerare. In Amph.

Ferre ora: vide, Ferre oculos.

Ferre oratorem perfectum, producere. In Oratio. Hęc ætas primum Athenis oratorem prope perfectum tulit.

Ferre osculum, osculari. Plin. In Amph.

Ferre palmam, habere. Attic.

Ferre parentem, tolerare. In Heaut. Quem ferret si parentem non ferret suum.

Ferre partē alicui. In Adel. Ego illi maximā partē ferā.

Ferre pedem, ire. In Men.

Ferre pedem, intro, retro, Ibidem.

Ferri pede incerto, cassabunde ire. Horat.

Ferre pœnam. Cæs. Ferre pompam. In Sticho.

Ferre posteriores. In Adelph. Si id fit dando atq; obsequendo, non posteriores feram.

Ferre prædam. In Oratio. Qui ab eo partem prædę tulerunt.

Fere præmium. In Eun. Quoduis donum, & prędmium a me optato, id optatum feres.

Ferre præmia digna, præmia sua, repensare. Aeneid. I.

Ferre preces, offerre. Poëticum Aeneid. 8. Iunoni fer ritè preces.

Fero pretium ob stultitiam. In And.

Ferre primas, subaudi partes. In Orat.

Ferre priuilegium de aliquo, De Offic.

Ferri procella, fortunæ ius pati. Aeneid. 7.

Ferunt prudentiam cani.

Ferre punctum omne, omnium laudem assequi. Hora. Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Ferre quæstionem de aliqua re, & in aliquem. In Orationib. & in Orato.

Ferre quod. In Aulu. Quod dii dant, fero. In Phorm. Quod est ferendum, feras. Quod meritus est ferat, id est, luat. In Mercat. Quod posces, feres.

Ferre regnum. In Fam. Ferre repulsam, In Orat.
Fert res, opportunum est, In Andr. Dum res tulit.
Item: Quod res ipsa fert. Idem: Res nunc non fert.
Ferre responsa. Aeneid. 9. In Orati. Cum a me quoq; id responsum tulisset. Ferre rogationem. In Oratio.
Ferre rogationes ad populum. Cæs.
Ferre salutem alicui. In Pœn In Asin.
Fert sapientiam studium literarum.
Ferri scelere, vide, Ferri crudelitate.
Ferre scelus. Attic.
Ferre scripta. In Orato. Eius scripta quædam feruntur.
Ferre, se ostentare. Aene. 4 Quem sese ore ferens, &c.
Ferre sententiam de hominum fortunis. In Oratio.
Ferre sapientiam per tabellas. Salust.
Ferre seruitutem. In Cap. Ferre signa militiæ. Salust.
Ferre sitim. Plin. Ferre solicitudinem. Idem.
Ferre sortem quicquam dicimus, cum pro euētu successerit. Aeneid. 2.
Fert nos spes: vide, Fert coniectura.
Ferre sublimem aliquem, tollere. In Men.
Ferre subsidium. Cæs. Ferre suffragia. Attic.
Ferre suppetias. In Epid. Ferre supplicium. Atti.
Ferre suprema alicui, est iusta funebria peragere. Aeneid. 6.
Ferre tabellam. Ascon.
Ferre tacitum. Attic. Si reprehenderis, nō feres tacitum id est, respondebo.
Fert tempus. In Andr. Dum tempus ad eam rem tulit. Ibidem: Dum ætatis tempus tulit.
Fert terra aliquid, id est, producit. Ver. Si duo præterea, tales Idæa tulisset Terra viros.
Fert nos timor, impellit. Ferri timore. Ferre tribum. In Orationib.
Ferre tumultum, Hora. Quod iste fert tumultus, id est, prætendit.

Fert

Fert ventus noſtra gaudia, verba, ſpem, cum fruſtra res fit. Verg. Ferre videt ſua gaudia ventos.
Fert ventus naues. Cæſ. Quo ventus ferebat.
Ferre veſtigia. Liui. Si fortè eò veſtigia ferunt. i. ducunt.
Ferre vetuſtatem. De Of. Ea vina, quę vetuſtatem ferũt.
Fert via illuc, ducit. Aenei. 7.
Ferte viam vento facilem, id eſt, date. Aeneid. 3.
Ferre vim. In And. Sed vim vt queas ferre.
Ferre voces pectore, eſt non aliter loqui atque cogitamus. Aenei 3.
Fert voluntas. In Famil. Quantum tua fert voluntas.
Ferre voluptatem. In Hecy.
Ferre vota ſua ſecũ, eſt pro arbitrio facere. Metamor. 6.
Ferre ventrem. De re Ruſt.
Fert vſus, In Oratio. Vt ipſorum vſus ferrebat.
Ferre vterũ, grauidã eſſe. Eraſ. Ferre vulnus. Atti.
Ferre ad æthera. Aenei. 8. Factis fer ad æthera.
Ferre ad aſtra. Aeglo 4. Daphnim ad aſtra feremus.
Ferre ad cœlum, ſupra modum laudare. In Orationib.
Ferre aliquem ad cœlum, iure, rumore ſecundo, verbis, virtutis gloria, cum ſumma laude, verè. Cice.
Ferte ad populum rogationes. Cæſ.
Ferre ad plebem. In Oratio. Nihil ad plebem latum eſſe dico.
Fertur ad ſaxa nauis. In Rud.
Ferre ad ſenatum. Iuris vox.
Fertur ad terram, tendit, declinat. De Seneꝯ.
Ferre ad vndas. Aenei. 7. Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas. Ferre cum labore opus.
Ferre contra patriam arma, quære ſuperius.
Ferre legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidendo. In Orato. Ferre de autoritate præſcripta. Attic.
Ferre de iudicio aliquid. Ibidem.
Ferre ſe in auro. Aeneid. 11. Vt ſe ferret in auro Venatrix.

Ferre in cœlum aliquem. Alii legunt ad. In Famil.
Ferre in lucem, in medium.
Ferre in notitiam alicuius. Plin.
Ferre in oculis aliquem, valde diligere. In Philip. In Famil. Sed Terentius in Eunucho suppressit, fero. Rex te ergo in oculis.
Ferri in præceps, præcipitari, vel malo infortunio perire. Metamorph. 2. Ferre in publicum.
Ferre in vota, est peculiari rerum affectu teneri.
Fero ob stultitiam pretium, dictum prius.
Ferre legem per vim, diximus.
Ferre per vrbem omnia: vide, Ferre palam.
Ferre præ se, repræsentare, demonstrare. Cicer. Omnibus inimicis Reipub. esse me acerrimum hostem prę me fero.
Ferre pro aliquo. In Fam. Pro eo ac debui grauiter molesteq; tuli.
Ferre pro labore odium: quære, Ferre odium.
Ferre sub auras. Aeneid. 2.
Ferre ægre. In Heauton. Atq; ægre ferat.
Ferre apertè. Att. Lætitiam apertissimè tulimus omnes. Ferre durius.
Ferre eò. Liuius: Si forte eò vestigia ferunt.
Ferre facile: vide, Ferre nugas.
Ferre foras, id est, in publicum. Terent. Vides peccatum tuum esse elatum foras.
Ferre fortiter. In Asina. Qui malum fert fortiter. Cice. Ego meum casum fortiter ferre visus sum.
Ferre grauiter. In And. Omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt. Ferre impatienter.
Ferre indignè. Fertur in primis. Teren.
Ferre lentè. Att. Qui hęc tam lentè, q̃ ego, ferro, ferret.
Ferre malè, moderatè. De Amic. Ferre modestè.
Ferre molestè. In Famil. Grauiter molesteq; tuli.
Ferre molliter. De Senect. Quod ferendum est mol-

liter sapienti.
Ferre obscurè. In Oratio. Neq; id obscurè ferebat.
Ferre occulte. In Adel. Neq; id occulte fert, id est, non celat factum.
Ferre palam, id est, in publicum. In Mil. Nos palam ferre nunc per vrbem hæc omnia.
Ferre patienter, Barb. patientiam habere.
Ferre quin. In Amphit. Non feret quin vapulet, id est, non effugiet.
Ferre secũ: vide, Ferre cõmodum & ferre incõmodum.
Ferre susq; deq;, est vtcunq; dati. In Amph. & Gell.
Ferre vere: vide, Ferre ad cœlum.
Fertur vulgo, id est, omnibus in ore est.
Non temere est quod vulgo fertur.
Ferunt dixisse. De Ami. Ferunt hoc animo inter se fuisse. De Offic.
AFFERre aliquem. Teren. Attulit huc puerum.
Afferre accensionem. Ad paternas magnas, & veteres & iustas necessitudines magnam attulit accessionem tua voluntas erga me, id est, addidit.
Afferre accerbitatem. Attic. Quantam acerbitatem afferat sociis.
Afferre iumentum ad aliquid. De Offic.
Afferre ægritudinem alicui. Terent.
Afferre æs alienum alicui. In Famil.
Afferre ætatem. Cicero: An ætatem afferet, id est, caussabitur?
Afferre animum alicui. Atti. Aliquantum animi videtur attulisse Labienus.
Afferre animum auribus, iussis, lectioni, studiis.
Afferre autoritatem orationi. In Orato.
Afferre autoritatem in iudicium. In Oratio.
Afferre auxilium. In Adelphis.
Afferre calamitatem innocenti. In Oratio.
Afferre caussam. Terentius.

Afferre

Afferre cladem magnam. Pop.Rom.In Philo.Affert illorum celeritas nobis ipsis celeritatem.
Afferre commutationem loci,voluntatis.Attic.
Afferre concordiam alicui.In Oratio.
Afferre coniecturam hominibus.In Oratio.
Afferre consilii quid alicui Attic.
Afferre constantiam alicui.De Officiis.
Afferre crimen falsum innocenti.In Oratio.
Afferre cumul artibus,In Orato.
Afferre curam ancipitem cogitandi.De Offic.
Afferri curatio nulla maior mihi potest.In Fam.
Afferre delectationem alicui.Ibidem.
Afferre dentes in aliquem,mordere.Columel.
Afferre detrimentum peregrinatio.Attic.
Afferunt difficultatem publicani tuæ voluntati ac diligentiæ,id est,difficilem reddunt.Attic.
Afferre dignitatem alicui summam.De Offic.In Phil.
Affert quid dotis ad te filia.Plautus.
Afferre dubitationem.De Officiis.
Affert egestatem filio mors patris.In Oratio.
Afferre excusationem præteriti temporis.In Famil.
Afferre exilium alicui.In Oratio.
Afferre existimationem in iudicium Ibidem.
Afferre exitium foribus pultando.Plautus.
Afferre facultatem,fallaciam alicui . In Orato. Terent.
Afferre fidem Orationi.In Orato.
Afferre finem tributorum.De Offi. Afferre fructum.
Attulit grandinem imbremq; ea tempestas aduẽto suo. Plaut.
Afferre gratiam in iudicium.In Oratio.
Afferre honestatem in iudicium.Ibidem.
Afferre in aurem ad aliquem,id est,id quod ad aures appendas.Plaut. Afferre interitum In Famil.
Afferre iocum rebus seriis,id est,miscere.
Afferre laborem alicui in dolore.Attic.

Afferre lachrymas multas alicui. In Philo.
Afferre lætitiam socius. Ibidem.
Afferre languorem cæteris. De Offic.
Afferre laudem alicui magnam. In Philo.
Afferre extrema lineamenta oratori. In Orato.
Afferre luctum mors patris filio. In Oratio.
Afferre ludicra seriis, permiscere.
Afferre lumen memoriæ, id est, adiuuare memoriam. In Orato.
Afferre magnitudinem animi ad caussam alicuius. Atti.
Afferre manus pugnare. In Oratio. Pro se quisq; manus affert.
Afferre manus alicui, vim inferre. Cice.
Afferre manus bonis alienis, est per vim aliena auferre. De Offic.
Allata manus domino à familia sua, id est, auxilium factum. In Oratio. Afferre manus operi. In Moreto.
Afferre manum sibi, se occidere in Fami.
Afferre manus suis vulneribus, renouare dolorem. Cic.
Affertur nulla medicina. Attic.
Afferre mediocritatem quandam eloquentiæ. In Orat.
Afferre memoriā alicui, in memoriā reuocare. In Phil.
Afferre metum prædonibus. In Oratio.
Afferre molestiam, moram, morbum, mortem motum, munus, necem necessitatem alicui. Plaut. Cice.
Afferre nihil. De Senect. Nihil afferunt, qui in regerenda versari senectutem negant.
Afferre noui quicquam. Terent.
Allatus est nuntius ad senatum nullus. In Oratio.
Affert obscuritatem rebus oratio. In Orato.
Attulerunt tuæ res gestæ cæterorum laudibus obscuritatem. In Oratio. Afferre otium Pop. Ro. In Ora.
Afferre odium in aliquem. Ibidem.
Afferre offensionem grauem alicui. Attic.
Afferre opem alicui ad salutem. In Oratio. Teren.

Afferre opinionem populo. De Offic.
Afferre pacem alicui. In Oratio.
Afferre partem ad. Teré. Hic quoq; bonam magnamq; partem ad te attulit.
Afferre pedem, ire, Catul. Abite, vnde malum, pedem attulistis?
Afferre perturbationem rerum vrbanarum. Cice. in Fa.
Afferre pestem alicui. In Oratio.
Afferre ponderis aliquantum orationi hominum dignitas. Attic.
Afferre potentiam in iudicium. In Oratio.
Afferre præsidium ad salutem alterius. Ibidem.
Afferre quæstionem. In Oratio.
Afferre rationes. In Famil.
Afferre religionem in pace atq; in otio. In Oratio.
Attulit repulsam consulatus, prætermissio ædilitatis homini ditissimo. De Offic. Afferebantur rumores ad eum crebri. Cæs.
Afferre satietatem. In Orato.
Afferre sales rebus seriis, miscere.
Affert scientiam incredibilem vetustas omnibus in rebus loginqua obseruatione. In Philo.
Afferre sententiam. In Hecyr. Nihil attulisti huc plus vna sententia. Afferre seruitutem alicui. In Famil.
Afferre similitudines multas. In Oratio.
Afferre solatium, spem alicui. De offic.
Afferre suauitatem actioni. In Orato.
Afferre sumptum alicui. In Fami.
Afferre suppetias alicui. Plaut.
Afferre suspitionem alicui, Attic.
Affert tenebras rebus oratio. In Orato.
Afferre terrorem hostibus. In Philo.
Attulit terrores ad me miros, id est, nuntiauit. Attic.
Afferre tranquilitatem Pop. Rom. In Oratio.
Afferre tristitiam. Terent.

Afferent vim & manus armati.
Afferent vim alicui, iaculo. Plaut. In Phil.
Afferre vim in iudicium. In Oratio.
Attulit vinculum non mediocre mihi.
Afferre virtutem ad voluntates noſtras copulandas. In Famil. Afferre virtutes. Cice.
Afferre vitam. In Andr. Nunc hæc dies aliam vitam affert alios mores poſtulat.
Afferre vitium. In Adelp. Solum vnum hoc vitium affert ſenectus hominibus.
Afferre vtilitatem: vide, afferre in medium.
Afferri à: vide, afferre manus domino.
Afferri ab. Teré. Hæc primum affertur iam mihi ab hoc fallacia.
Afferre ad: vide, afferre acceſſionem, adiumentum, dotem, dubitationem, &c.
Afferre aliquid ad communem fructum. Cice.
Afferre de. In Orato. Et mihi de Q. Hortenſii morte eſſe allatum.
Afferre in iudicium: vide, afferre autoritatem exiſtimationem, gratiam honeſtatem potentiam, vim.
Afferre in medium communes vtilitates. De Offic.
Afferre in ſpectatum pueros. Plaut.
Afferre cur. In Phil. Cur credam afferre poſſum.
Attulit huc puerũ. Teren. Afferat puerũ ſimul huc. Idẽ.
ANteferre aliquem nobilitatis, præponere. Cice.
Anteferre commodum regis, famę, fidei, poſtremo omnibus ſuis rebus. Saluſt.
Anteferre conſilio id debemus, quod eſt dies allatura. In Famil.
Anteferre pacem vel iniquiſſimam iuſtiſſimo bello.
AVFERre aliquem: vt, Abſtulit Ioannẽ nobis crux, mala fama, fames, gladius, incendium, nuditas, perſequutio, timor.
Auferre aliquid. In Andr. Vos iſthæc intrò auferte. In Eun.

Eunu. Suspicor aliquid domo abeuntem abstulisse.
Ablata Crassipedis ambulatio. Attic.
Auferre auriculam mordicus. Idem.
Auferre caput ense.
Aufer cauillam, id est, desine cauillari. In Aulul.
Aufert consilium aliquem. In Famil. Ne te auferant aliorum consilia, id est, ne alios audias.
Abstulimus liberalissimum decretum, id est, impetratum nobiscum tulimus. Attic.
Aufert Quintius a scapulis paucos dies, id est, solutio in paucos dies differtur. In Oratio.
Auferent hi ludi. X V. dies, id est, in ludis ędendis. XV. dies consumentur. In Orationib.
Abstulimus ea dona. In Amph.
Auferre ducenta. Attic. Tu vero aufer ducenta.
Abstulit formam vna cum nomine. In Amph.
Auferret fructum voluptatum oim solitudo. De Am.
Auferam impetratum ab eo, id est, impetrabo. Plau.
Auferet inultum id nunquam. In And.
Auferas iurgium hinc si sapias, id est, supersede litibus. In Persa.
Auferre ius alicui. In Orationib.
Auferre litem, caussæ iudicium obtinere. In Rud.
Auferre literas.
Auferre lumbifragium, est grauiter cædi. In Amph. Si me irritassis, hodie lumbifragium hinc auferes.
Auferre mensa. In Tru. In Amph. Ablata mensa est.
Abstuli minas triginta per fallaciam ab illo. in Phorm.
Auferre musas. Abstulistis meum negotium. In Truc.
Auferre nihil. In Aulu. Nihil equidem tibi abstuli.
Aufer nugas, id est, desine nugari. In Truc.
Aufert obliuio. Salust. An illa obliuio abstulit? id est, penitus obliti estis. Auferre opem ab aliquo. In Ora.
Auferre petitionem. In Curcu. Dum auferam abs, te id quod peto.

Auferre pignora. In Orato.
Aufer tu hinc pollicitationes. In Phorm.
Auferre præmium. In Pseu.
Auferetur id præmium a me, quod promisi per iocum.
Auferre salutem a bonis. In Philo. Auferre se. In Phor.
Aufer te hinc, id est abi. In Asin. Aufer te domum.
Auferri sibi, est mēte captum esse, aut in alios mores im mutari. Tuscul. 5.
Aufferre spem. De Offic. Oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi spem auferebat.
Auferre spiritum. In Oratio. Ne cum sensu doloris aliquo aut cruciatu spiritus auferatur.
Auferre tacitum. In Asina. Suspendas potius me, q̃ tacita hæc auferas, id est, celes me.
Auferre voluntatem defensionis. In Oratio.
Aufert eam viriditatem. De Senect.
Auferre a scapulis, diximus apud, auferre dies.
Auferre è medio, è viuis.
Auferri in alium animum, habitum.
Auferre inter manus, In Oratio. Vt alius inter manus è conuiuio tanquam è prælio auferretur.
Auferre hinc, intrò, mordicus, dicta sunt superius.
Auferre sic. In Adel. Haud sic auferent.
CIR Cumferre oculos. Plin.
Circumferre se. In Mercat.
Circumferre pateris vinum permistum humani corporis sanguine. Salust.
CON Ferre ætatem suam cum alterius.
Conferre amorem suum, amare. In Curcul.
Conferre annos suos cum alterius.
Conferamus animo tranquillo. Attic.
Conferunt animum suum aliò. In Heaut.
Conferre annos suos, artem suam cum alterius.
Confert artem vsus.
Conferre beneuolētiam erga aliqué a pueritia. In Fami.

Conferetur benignitatis plurimum in eum. De Offi.
Conferre capita consultare. In Oratio. Conferrent boni viri capita.
Conferre castra castris, ex opposito metari. Cæs.
Conferre caussam in tempus, scitum. In Orato.
Conferre cogitationes: vide, Conferre curas.
Conferre commodum.
Conferre consilia, consultare. In Heaut. Conferunt consilia adolescentes. In Adelph.
Conferamus omne nostrum consilium studium, officium, operam, laborem, diligentiam ad amplitudinem tuam: id est, adhibeamus. In Fami.
Contulisti consulatum in annum. Plin.
Conferre crimen in aliquem.
Collatum crimen falsum in purissimam & castissimam vitam. In Oratio.
Conferant cruciamenta coniuratim omnes. In Asina.
Conferre culpam in aliquem. In Eunuch. Ne post conferas culpam in me.
Conferre culpam omnem illorum temporũ in me. Att.
Conferre curas. Offic. 3. Omnes curas cogitationesq; meas conferebam.
Conferre curam ad. In Fam. Omnem meam curam atq; operam ad philosophiam contulisse.
Conferre damnum.
Conferre diligentiam ad: vide, conferre consilium.
Conferant hanc sinistram diligentiam ad alios, id est, culpant alios huiusmodi ignauiæ. Plin.
Conferre disputationem de Repu. in personas. Attic.
Conferre dona, alicui, dare. In Men.
Conferre exempla, comparare. In Adelph. Si conferendum exemplum est. In Pœn. Si exempla conferuntur meretricem aliarum.
Contulit exemplar formandę vitę virtutum exercitium, veritatem, literarum peritia, id est secum tulit.
Conferre

Conferre experientiam suam cum alterius.
Conferre ferrum cum aliquo, pugnare. In Orationib. Qui cum M. Fonteio ferrum & manum contulisset.
Conferre fructum alio. In Eunuch.
Conferre fructus omnis prouinciæ cum vna ambulatiuncula atq; vno sermone.i.comparare. In Famil.
Conferre gaudium. Regum.6.
Conferre gradum, ire. In Men. Aeneid.6.
Conferre iter. In Fam. Meumq; iter eò contuli.
Conferre laborem ad: vide, conferre consilium.
Conferre lites, contendere verbis. Horat.
Conferre omnia in me maledicta. Attic.
Conferre manum. Aeneid.9. Et si conferre manum furor iraq; monstrat.
Conferre manum cum aliquo: vide conferre ferrum cū aliquo.
Conferre negotium. In Capt. Neu quis in hac platea negotii conferat quicquam sui.
Contulisti nihil vllam in libidinem, id est, consumpsisti. In Oratio.
Conferre volumus nostra cum externis.
Conferre nouissima primis.
Conferre nummos. Plin. Puellæ nostræ confero quinquaginta milia nummum.
Conferre officium ad amplitudinem: vide, Conferre consilium.
Conferre officia in aliquem. De Amic.
Conferre omnia in commune, id est, dare. In Oratio.
Conferre omnia in Martium mensem, id est, differre. Attic.
Conferre opem miseris, subuenire.
Conferre operam ad amplitudinem: vide, Consilium.
Conferre operam ad philosophiam: vide, Curam.
Conferre orationem. In Capt. Facetè orationem ad seruitutem contulit.

Conferre pecuniam in opus aliquod. Plin.
Conferre pecuniam in Reipublicæ tempus, id est, reseruare. De Offic.
Conferre pedem, ire vel propius accedere ad rem. In Mercat. Confert pedem. In Oratio. Non possum magis conferre pedem.
Conferre quippiam in mutum. In Trucul.
Conferre rationes. Attic.
Confertur ratis hæc pulchre, id est, res nostra succedit ex voto. In Bacch.
Conferunt Reipublicæ studia literarum.
Conferre rem.
Conferre rem in pauca, paucis absoluere. In Pœn.
Conferre sapientes omnes decet. i. colloqui, cõsultare.
Contulit se ad amicitiam meam, id est, venit. In Famil.
Conferre se ad autoritatem vnius. In Philo.
Confer te ad eam curam. Attic.
Conferre se ad hostes, transfugere. De Amic.
Conferre se ad pontificem. Ibidem.
Conferre se ad Rempub. est obire. De Amic.
Conferre se ad studia. Sueton.
Conferre se in clientelam alicuius. In Oratio.
Conferre se in diem longiorem, Cæsar.
Conferre se in fidem alicuius. In Orationib.
Conferre se in fugam. Ibidem.
Conferre se in nauim. Attic.
Conferre se in pedes, fugere. In Bacch.
Contulit se in societatem publicanorum. In Famil.
Conferre seditionem alicui in tranquillum, sedare, componere lites. In Amphit.
Conferas sermonem nec ioco, nec serio, id est, loquere. Ibidem.
Conferant sermones fabulandi domum. In Pœn.
Conferre sermones familiares cum aliquo. De Offic.
Conferunt sermones inter se. In Curcul.

Conferre

Conferre signa. In Orationib.
Conferemus similitudinem. Cæsar.
Conferre solicitudines inter se, cōmunicare. Ci. in Fam.
Conferre studium omne ad amplitudinem: vide, cōferre consilium. Conferre studia sua in aliquem. Atti.
Conferunt studia in literas, linguas, virtutes, res nihili, &c.
Conferre sumptu suo omnia. In Mostel.
Conferri suspitionem hanc in captionem audio. In Orationibus.
Contulit omne reliquum tempus non ad obliuionem veteris belli, sed ad comparationem noui. Ibidem.
Conferre tempus in aleam, stupra, luxum, est alea terere tempus. Plin.
Conferre timorem suum in rei frumentariæ simulationem angustiasq; itineris. Cæsar.
Contulisti tribunatum tuum in ipsum discrimen rerum. In Famil.
Conferre verba ad vel in compendium. Plaut.
Conferre verba ad rem. In Eunuch. Si ad rem conferantur, verba scilicet. i. si quod minatur exequi volet.
Conferre vim suam in aliquem. In Famil. In te potissimum fractam illam & debilitatam vim suam cōtulit.
Collatis viribus duę sententiæ premūt nouissimam. Pli.
Conferunt sua vitia insipientes & suam culpam in senectutem. De Senectut. Contulit vocem in quæstum. In Oration.
Collata vota omnium in vnius salutem. Plin.
Conferemus id omne ad arbitrium tuum. In Fam.
Conferre iunctum prępositionibus ad, cum, in & inter, reperies multis exemplis superius.
Conferre contra vim aliquid. In Oration. Et si contra vim collata sunt.
Conferre erga aliquem beneuolentiam, diximus.
Conferre in pauca, concludere. Offic. 3.

Cōferre in pauca verba, paucis dicere. In Men. Quàm potero in verba conferam paucissima. In Persa: Tum tu pauca in verba confer, quid datur. In Asinar. Nunc verba in pauca conferam quid te velim.

Conferre coràm. Attic. Coràm inter nos conferemus.

Conferre additur gerundiis, vt conferre se ad scribendum. Item supinis, vt conferre se dormitum.

DEFERre nunc clanculum infamare, obtrectare: nūc negotium exequi significat.

Deferre aliquem. In Famil. Scito a me & tribunos militares, & præfectos, & contubernales duntaxat meos delatos esse.

Deferre aliquem falsi, furti, vt veneficii reum. Plin.

Deferre aliquem in manus hostium. Atti. Asinium delatum viuum in manus militum.

Deferre aliquid alicui, præsentare. In Fam. Quę tibi maiora q̃ velles, plura q̃ superes detulit senatus?

Deferre aliquid ad alterū, offerre, dare. Liuius: Quod si etiam possis quiduis deferre ad alterum vidēdum est tamen quid ille possit sustinere.

Deferre aliquid apud. In Orati. Quæ apud vos de me deferunt, ea coram dixissent.

Deferre beneficium alicui. Atti.

Defero beneuolentiam ad te. In Famil.

Deferre causam ad aliquem. In Orato.

Delata est causa ad me. In Oratio.

Defero consuetudinem vitæ nostræ ad te. In Famil.

Deferre dicta alterius, Aenei. 4. Deferre dotem alicui. In Mercato.

Deferre epistolas alicui. In Trin.

Defertur hoc ad damnum. i. damnum affert. In Men.

Deferre honores alicui. In Orat.

Deferri imperiū ad priuatum clamore multitudinis imperitæ, nullo publico consilio. Ibidem.

Detuli laborem meum optimo filio tuo, In Fam.

Delatus

Delatus est maiestatis. Corn. Tacitus.
Deferre mandata alicuius. Aeneid. 4.
Detulerunt miserias suas ad me flentes. Atti.
Deferre munus alicui. Idem.
Deferri naui. In Amphi. Quid si è portu nauis huc nos dormientes detulit?
Deferre nomen alicuius, absentis, amici, consularis candidati, hominis audacissimi, de ambitu, de parricidio, de pecuniis repetundis, est incusare. Cice.
Deferre nũciũ acerbũ alicui, tristitia denũciare. In Orat.
Deferre officium, operam alicui. In Famil.
Deferam ad te pallam vxoris. In Asin.
Deferam tibi præconium, quicquid scripsero. Att.
Deferre primas, priores alicui & ad aliquem. Idem: In Philoso. In Orato.
Detulit quærimoniam hanc lachrymis ad me præter cæteros. In Oration.
Deferre rationes iustis de causis. i. deponere. In Famil.
Deferre regnum alicui, offerre. Liuius. Omnes Numæ Pompilio regnum deferendum decernunt.
Deferre rem ad aliquem, ad populum, ad senatum. In Famil. Atti. De Off.
Detulerunt scelera equitum flentes ad me. Attic.
Delati sunt ad me sermones istiusmodi de te. In Famil.
Deferre studium suum alicui & ad aliquem. Ibidem.
Deferre voluntatem suam vel alterius alicui & ad aliquem per literas, id est, significare. In Famil.
Deferre ad. In prol. Heau. Ad alium defertur gregem. Inter phrases prædictas reperies hoc verbum cõstructum cum præpositionibus a, ad, apud de, & in.
DIfferre aliquem dictis, oratione, disturbare. In Pseu.
Differri amore. In Epid. In Mil.
Differre arbores, ordine ponere. Geor. 4. Ille etiam feras in versum distulit vlmo. Differre causam.
Distulit comitia in ante diem 15. Calen. Nouemb. i. pro-

 duxit.

duxit. Attic.
Differor cupidine eius. In Pœn.
Distulit iste diem omnibus iudiciis, id est, produxit. In Oration.
Differor doloribus, id est, crucior, vexor. In Adel.
Differebant discordiam, temporaria simulatione concordia. Plinius.
Differre famam alicui, diuulgare. In Trin. Ne mihi hanc famam differant.
Differre gloriam, honorem, id est, fugere ad tēpus. Pli. Magnum est differre honorem, gloriam maius.
Differre ius. Differor lætitia, lætus sum. Plaut.
Differre moras, piacula. Aenei. 11. Distulit in seram cōmissa piacula mortem.
Differre pœnas, promissa. Ouid. Distuleratq́; graues in idonea tempora pœnas. Differre rem.
Dilata est res in posterum, id est, producta. In Famil.
Differre rumorem, spargere. In prolo. Eunu. Quod rumores distulerunt maleuoli.
Differre sitim, tolerare. Plin. Vt sitim differat.
Differre studia, tempus.
Differri tempestate. In Rud. Nos cum scapha tempestas dextro versum differt.
Differt vadimonia prætor. Iuuenal. In Oratio.
Dilata venatio in aliud tempus. i. producta. Attic.
Differre a. Plinius. Differens a cæteris robore, id est, discrepans.
Differat a cauillis pauxillum, id est, cauillari desinat ad tempus. In Truc.
Differre aliquid in annos, in diem, in horam, in posterum, in secula, in tempora, in tempus aliud, in tempus breue, id est, procrastinare.
Differre inter. In Orati. Vide quid differat inter meam opinionem & tuam.
EFFErre aliquid, diuulgare. In Adel. Quod minime

est opus vsquam efferri.
Efferre aliquem vel aliquid in cœlum. Atti.
Efferre agrum cum decumo, cum octauo, est reddere agrum decuplum, siue octuplum. In Orationib.
Quum agrum cum decumo extulisset.
Efferre animum. De Offic. Sed ea animi elatio.
Efferre argentum, pro auferre. In Heaut.
Efferre cadauer, ad sepulturam ferre vel extra domum.
Efferre caput. Aeneid. I. Placidum summa caput extulit vnda. Aeglo I. Hæc tantum alias inter caput extulit vrbes, &c.
Efferunt clamorem vtrinq;. In Amphit.
Extulit hæc Decios, Marios, magnosq; Camillos. i. prouexit. Efferre dextram alte, tollere. Verg.
Efferre difficultates efficiendi. i. proferre. In Orat.
Efferre funus. In Andria.
Efferre funere Remp. vindicare ab interitu. Cice.
Elatus sum gaudio incredibili. In Famil.
Efferre ineptias. In Ora. Ne has meas ineptias efferatis.
Efferre aliquem laudibus amplissimis, maximis, summis. In Philo.
Efferre aliquem vel aliquid laudibus in cœlum. Ibidem.
Efferre malum, vincere. Tuscula. 4. Efferre manum, tollere.
Efferre matrem, sepelire. Att. Efferre mortuū. In Most.
Elatum peccatum tuum foras. i. diuulgatum. In Phor.
Efferre pedem domo, porta, ex ædibus, quoquam. In Bacch. In Capt. Attic.
Efferre rem aliquam in cœlum, vel laudibus in cœlum, diximus.
Efferre se, superbire. In Heau. Hic me magnificè effero.
Efferre se lætitia. In Famil. Extulerunt me lætitia, comitia ista præclara. Effert sese alueo Nilus, id est, inundat. Plini.
Efferre signum belli. Aenei. 8.

Efferimur studio in hoc genere. Atti.
Efferre verbum aliquod vitiose, proferre. Ad Heren.
Efferre vxorem, ad sepulturam ferre. Plaut.
Efferre ad. In Truc. Hodie efferam ad hanc argentum.
Efferre ex. In Amph. Efferantur ex naui, quæ iam impe raui omnia.
Efferre in cœlum diximus.
IN Ferre adulterium, arma, bellum alicui. In Fam. Quibus cogitas arma inferre?
Inferre cõmodum, crimen, damnum alicui. Ci. de Ami.
Inferre experientiam rei, iniuriam alteri. In Mil.
Inferre incestum puellæ.
Inferre manibus, sacrificare.
Inferre manus alicui reo, id est, inijcere. Plin.
Inferre pedem in ædes, intrare. In Amphitr.
Inferre periculum, plagam alicui.
Inferre se basilice, cum fastu ire. In Persa.
Inferre se concitato impetu, id est, irruere, impetum facere. Liuius.
Inferre se aliquo, ire. Idem.
Inferre sermonem conuiuio dignum aut delicatum in re seuera turpe est & vitiosum. Offic. I.
Inferre signa conuersa, id est, contra ferre. Cæs.
Inferre stuprum virgini, stuprare. Plinius. Inferre vim alicui.
Inferre aliquem in pauperiem, est pauperem reddere. In Truc.
OF Ferre acerba. In Hecyra. Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata.
Offerre aduentum. Ibidem: Incommode illi fors obtulerat aduentum meum.
Offerre auxilium alicui, polliceri. Iustinus.
Offerre caput suum vilitati pro charo capite alterius. In Capt.
Offerre crimen. Cice. Nec credat criminibus oblatis.

Offerre

Offerre incendium. Idem: Domus ardebat oblato incendio.
Offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquum est. In Hecyra.
Offerre iusiurandum. Suetonius. Offerre lætitiam. In Hecyra.
Obtulisti mendicitatem mihi opera tua, id est, ad paupertem redegisti.
Offerre moram molestam occupato. impedire. Plaut.
Offerre mortem alicui. In Oratio.
Offerri nihil noui mihi potest. In Persa.
Oblatam sibi occasionem ad Asiam occupandam arbitratur. In Oration. Offerant optata tibi dii omnes. In Adelph.
Offerre potestatem. Cæs. Oblata religio. In Famil.
Offerre salutem suam in discrimen pro statu ciuitatis, & pro communi libertate. In Orat.
Offerre se alicui. Ibidem: Finem feci offerendi mei.
Offerre se in discrimen. Ibid. Offerre se inopię alicuius.
Offerre se in societatem gloriæ. Ibidem.
Offerre se medium paci.
Offerre se necessitati alicuius, suppetias ferre.
Offerre se obuiam vel obuiam alicui. In Adel. Oppidò opportunè te obtulisti mihi obuiam.
Offerre se opportunè, optimè. In Heautont. & Hecyr. Opportunè te mihi offers. In Andria. Optimè mihi te offers.
Offerre se periculo communi. In Famil.
Offerre spem. In Oration Spe pacis oblata, id est, obiecta.
Obtulisti spem speratam hanc mihi. In Mercat.
Oblatum stuprum per vim. In Philo.
Obtulit stuprum reginæ. Offic. 3.
Oblatum ab eo sorori & vxori tuæ stuprum. Cice.
Obtulit in discrimen vitam suam. Idem.

Offerre

Offerre vitium virgini, per vim, indignè. Teren.
Offerre commode incommode, indigne, opportunè, diximus.
PERferre aliquem. In And. Facile omnes perferre ac pati. In Hecyr. Bienniũ ibi perpetuũ misera illũ ptuli.
Perferre aliquid, denunciare vel pati. In Amph. Hæc vbi legati pertulere. In Orationib. Hæc non pertulerunt.
Perferre abitum alicuius. Terent. Perferre contumeliam.
Perlata ad eum fama de Titurii morte. Cæs.
Perferre legem. Attic. Perferre literas. Idem. In Famil.
Perferre mandata. In Capt.
Perferre molestiam alicuius. Cæs. Perferre negotium.
Perferre nuncium alicui, significare. Attic.
Perferuntur omnia huc tardissime propter longinquitatem. Cice. ad Lælium.
Paupertatem vna pertulimus grauem. In Adel.
Perferat rem omnem illuc patri ordine. In Capt.
Pertulit sermonem tuum ad me, id est, plane exposuit. In Famil.
Perferre stridorem ynum non possit. In Orario.
PRAEferre auaritiam, id est, præ se ferre, vel ostendere. In Orat. Auaritiam præfers.
Præferre cereum, facem sibi. Præferre hominem rudemq; atq; ignatum sibi. Plin.
Præferre hominem fortem, integrum, modestum, prudentem, temperantem, id est, præ se ferre.
Præferre honestum utili. Hora.
Præferre literas sacras auræ populari, id est, pluris facere.
Præferre lumẽ posteris, quod sibi maiores sui prętulissent.
Præfert malum ingens vultus tuus. i. ostendit. Liui.
Præferre oleam aut vitam, pacem exposcere. Aenei. 7.
Præferre opinionem. Cæs. Sed hæc præfertur opinio.

Præferre sapientiæ studium habitu corporis. Plini
Præferre se aliis, meliorem æstimare.
Præferre tædas sibi. In Oratio. Præferre voluptatem pudori.
PR Oferre aliquid, palam facere. In Hecyr. Hoc ego proferre, incommodum mihi esse arbitror.
Proferre auctionem paulum, differre. Att.
Proferre diem latius, vel biduum vel triduum, id est, differre. Attic. In Andr. Saltem aliquot dies profer.
Proferre dolum. In Casin. Proferre gaudium oculis. Plinius.
Proferre gradum, properare. In Men.
Proferre legem de senatu habendo. Plin.
Proferre lineam longam atq; rectam, trahere. Idem.
Profere linguam in tussiendo. In Asin.
Profere meditata siue subita. i. pronunciare, ex tempore, vel præmeditate. Plin. Proferre mendacium.
Proferre opus iubet sapientia. In Philo.
Proferto pateram foras. Plaut.
Prolati pisces in macellum. In Rud.
Proferre rem palam, eloqui. In Heaut.
Profetre studia sua. Plinius.
Proferre tabulas testamenti bene obsignatas. Ascon.
Proferre testamentum. Idem. Proferre testes.
Proferre verum. Proferre de thesauro noua & vetera. Proferre in apertum. Cicero.
Proferre in apricum. Horat. Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas. Proferre in lucem. In Oratio.
Proferre in medium. In Philo. Proferre in publicum.
RE Ferre aliquem, repræsentare, vt Referre Aeneam, Catonem, Thersiten, Thrasonem, Turnum.
Referre aliquid reportare, vel narrare. Quintil. Ad patrem arma non retulit. Aeneid. 2. Referes ergo hæc, &c.

Referre acceptum, fateri se accepisse. Attic. Refert acceptum mihi quod esset senator, quod ciuis, quod liber, quod viueret.

Referre acceptum aliquid liberalitati suę. Cice.

Refero acceptam salutem meam beneuolentię tuę. Att.

Refert acceptam tranquillitatem omnem & quietem senectutis clementiæ tuæ. In Orat.

Referuntur ægritudines omnes ad dolorem, id est, respiciunt. In Philo.

Referre amicitiam ad fructum, ad commodum. Ibid.

Referre animum ad hominum formam & figuram, est conferre, consyderare. In Orato.

Referre animum ad rationem & veteris consilii nostri & spei. Attic.

Referre animum ad præclara studia iustum est. Idem.

Referre annos præteritos reddere. Aen. 8. O mihi præteritos referat si Iuppiter annos Qualis eram.

Referre argentum, restituere. In Curcul. Ni argentum referas.

Referre aspectum in curiam, id est, in curiam admitti. Cice.

Referre calamitatem in domum. De Offic.

Referre caput, reflectere. Metamorph. 3. Ad nomen caput ille refert.

Retuli consuetudinem cum longo interuallo, id est, restitui, reduxi. In Oration.

Referuntur curæ eius omnes ad te. Attic.

Referendum dare aliquid ad aliquem. Atti. Cum acceperit quæ referenda ad illum data sunt.

Referre dicta. Vergil. Talia dicta refert.

Referri epistolam hanc ad me volo, id est, remitti.

Referre fructum diligentiæ, præmiorum, sermonum.

Referre facta quæ mandata sunt, id est, efficere iussa. In Capt.

Referre gradum, retrocedere. Liuius: Interfecti rati, gradum,

dum retulerunt.
Referre gratiam, est facti, capiturq; in bonum & in malum. In Mostel. Nunquam ego illi possum gratiam referre, vt meritus est de me.
Referre gratias. In Amphitr. Si merito meo referre studeant gratias.
Referre gratias re. In Familia. Iam non ago tibi gratias, cui enim re vix referre possum.
Referre ignominiam in domum. De Offic.
Referuntur metus omnes ad dolorem, id est, respiciũt. In Philoso.
Referre mores patris, & referre patrem moribus, exprimere & imitari. Plini. Referre mysteria, proferre. In Orato.
Referre nihil ad ostentationem. Plin.
Referre nomen alicuius.
Referre nomina in ordinem. In Oratio.
Referre numerum, numerare. Vergilius. Numerumq́, referre iussit.
Referre oculos ad aliquem. Plini. Cum consules ad me oculos retulissent. Referre omnia ad conscientiam. Plinius.
Referre omnia ad se. Attic. Qui quum omnia ad se referant.
Referre omnia ad vnum, est vni omnia ascribere. Cicero.
Referre omnia ad voluptatem pecudum ritu. Cic.
Referre opus in acceptum. In Orationi. Negabat opus in acceptum referri posse.
Referre par. In Adel. Studet par referre.
Referre par pari, reddere vicem.
Referre pecuniam in ærarium. In Oratio.
Referre pedem, retrocedere. Aeneid. 2. Pedemq; refert quasi tactus ab angue. In Hecy. Si id scissem, nũquam huc retulissem pedem. Alii legunt tetulissem.

Referunt me pedes in Tusculanum, id est, eo. Attic.
Referre pedem intrò, intrare. In Mercato.
Retulit pedem vel pedes ad me. In Epid.
Referre rationes ad ærarium. In Orat.
Referre prærogatiuam, est pronuntiare inter primos. In Philoso. Qui in referenda prærogatiua subito concidisset.
Referre rationem quæstoriam. In Orationi.
Referre ad senatum, senatorum sententiam rogare.
Referre repulsam in domum. De Offic.
Referre salutem plurimam alicui. Attic. Referre se, redire.
Refer te huc ocyus. Aeneid. 9. Hoc mihi de te Nate refers?
Referre se domum.
Referas te ad eas artes quibus studium tuum dedisti, id est, redi. In Famil.
Referre se ad philosophiam. De Offic. Referre significationes. Attic.
Referunt sonum tibiæ inflatæ. i. reddunt. In Orat.
Refert terra multum, id est, producit. Plin. Diximus & terram referre multum.
Referre vina, euomere. Aen. 9. Vina, refert moriens.
Referre vita patrem, & vitam patris. Plin.
Referre voces. Attic. Matura autem itares, vt vsq; Romam significationes vocesq; referantur.
Referre ad aliquem, in consulationem ponere. In Fam. In Orationib.
Referre ad aliquem aliquid. In Curcul. Si quid somniasti ad me refers. Attic. Sin hoc Respublica ad Pompeium refert.
Referre ad artes se, diximus.
Referre ad aliquem oculos, diximus.
Referre ad ærarios, pro, ad mulctam condemnare.
Referre ad aures. Aeglo. 3. Partem aliquam venti diuũ

referatis

referatis ad aures.
Referre ad caput aliquid: vide, Referre ad fragilitatem.
Referre ad commodum suum, vel alterius aliquid. In Philo.
Referre ad consilium. Attic. Refertur ad consilium.
Referre ad frugalitatis nomen, tanquam ad caput hæc eadem vocabula volumus. In Philoso.
Referre ad generum, ad libertum, ad præfectum aliquid de altero. In Famil.
Referre ad rem. Plautus: Quid id ad me aut meam ad rem refert?
Referre ad ostentationem, ad patrem, ad se curas, ad se omnia, ad senatum, ad studia animum, ad vnum, ad voluptatem omnia diximus.
Referre de literis. In Famil. Flagitare instituit senatus, vt, referret statim de tuis literis.
Referre de rebus gestis. In Famil. De meis supplicationibus & rebus gestis Dalmaticis adhuc non referre.
Referente de reditu meo. L. Mummio decreuit senatus frequens. In Oratio.
Referre de religione quod instituit, ab eo deduci non potest. In Famil. Referunt de Repub. consules. Cæs.
Referre de supplicationibus: quære, De rebus gestis referre.
Referre ex agris segetes, domum. Tacit. Tum ex agris segetes domum referrent, id est, portarent.
Referre ex literis ad senatum. Idem: Vt ex literis ad senatum referrentur, impetrari non potuit.
Referre in acceptum: vide: Referre opus.
Referre in aduersaria. In Orationib.
Referre in ærarium, Recurre ad. Referre pecuniam.
Referre in commentarium aliquid. Attic.
Refert in deos terram & cœlum, pro numerat inter deos.

deos.In Phil.
Referre in iudicium.In Orat.
Referre in labores Herculis aliquid.Ibidem.
Referre in literas,referre in literas publicas,id est,ponere.Ibidem.
Referre in melius,conuertere.Aeneid.I.Consilia in melius referret.Aenei.II.Multa dies,variusq; labor mutabilis æui.Retulit in melius.
Referre in numeros,est subrogare aliquem iu ordinem aliorum.Plini.Neq; enim adhuc nomen in numeros relatum est.
Referre in numerum deorum,asscribere.Suetoni.Ea in deorum numerum retulit.
Referre Aphricanum in eundem numerum solent, id est,inter eos numerare.In Philoso.
Referre in ordinem nomina:vide,Referre nomina.
Referre in proscriptos.In Orationib.Vt hic potius viuus in reos,q̃ occisus in proscriptos referretur,id est, inter eos haberetur.
Referre in publicas literas,in publicas tabulas,in publicum transscribere.In Oration.
Referre in reos,diximus apud,Referre in proscriptos.
Referre in spem.In Epid.Hoc quidem iam periit,nisi quid tibi hinc in spem referas.
Referre in tabulas publicas,diximus.
Referre inter.Plini.Dies quo id factum,inter nefastos relatus.
Refert impersonale genitiuum vult.Salusti.Faciendum aliquid quod illorum magis q̃ sua retulisse videtur. Item hos genitiuos pretii,magni,parui.Hos quoq; accusatiuos aduerbialem naturam referentes,multum , plus , plurimum, parum , paulum, pauxillum, nihil , aliquid. Item ablatiuos mea , tua , sua , nostra , vestra.
Referre iterum.Teren.Ob eam rem nolit iterum referre,vt

re, vt iterum possit vendere.

SVFferre anhelitum. In Mercato. Vix suffero hercle anhelitum.

Sufferre claustra. Vergil. Nec claustra nec ipsi Custodes sufferre valent, id est, sustinere.

Sufferre iniuriam, laborem. In Mercat.

Sufferre puerum dicitur mulier, si quem per adulterium aut incestum parit. Aenei. 9.

Sufferre sumptum. In Heauton. Satrapes si fiet amator, nunquam sufferre eius sumptus queat.

Sufferre supplicium. In Andr. Aut vt pro eius peccatis supplicium sufferam.

Sufferre tergum, supponere. Plaut. Sufferam meum tergum ob iniuriam.

TRANSferre amorem alteri, & in alterum. In Hecy. Huic transtulit amorem. In Adel. Maledicta, famam, meum amorem & peccatum in se transtulit.

Transferre animum. In Orationib. Ne forte ab nocturno suo quæstu animū ad vectigalia redimenda transferret.

Transferre cædem, comitia, consilium. Salustl. Cōsilium cædis transtulerunt.

Transferre culpam in aliquem. In Andr. Culpam in te transferet. In Amphitrio. Ne posterius culpam in me transferas. Alii legunt, conferas.

Transferre famam in se: vide, transferre amorem.

Transferre Græca, Hebræa in latinum: Latina, in germanicum sermonem.

Transferre inuidiam in aliquem. In Oratio. Non illi quidem morte mercenarii sui transferre potuissent inuidiam, in quos putabant.

Transferre iucunditatem in animo. In Philo. Hanc quoque iucunditatem, si vis, transfer in animo.

Transferre maledicta in se: vide, transferre amorem.

Transferre nomen ab vno ad alium, barb. assignare.

In Famil.
Docuerunt me periti homines ad Volusium transferri nomen a Valerio non potuisse.
Transferre odium in aliquem. Metamorph. 3.
Transferre peccatum in se: vide, transferre amorem.
Transferre pecunias a iustis dominis ad alienos. Cic. de Offic.
Transferre rationes in tabulas. In Oratio. Menstruas, penè rationes in tabulas transferant.
Transferre se ad aliquid. Cæs. Factum est vt Scipio ad album sese vestitum transferet, id est mutaret vestitum alterius coloris.
Transferre se in tempus. In Oratio. Seq; in annum proximum transtulit, id est, distulit.
Transferre sermones ad aliquem. Attic. Eosdemq; illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli, id est, Catoni & Bruto dedi.
Transferre similitudinem. In Famil. Illam Accii similitudinem, non modo iam ad inuidiam, sed ad fortunam transferam, id est, traducam.
Transferre similitudines, comparare. In Philo
Transferre suspitionem in aliquem. Terent. In hunc suspicio & translata amoris.
Transferre verbum aut nomen, & vocem a significato proprio ad improprium accommodare. Quintil. In Orato.
Trãsferre ad aliquẽ nomẽ, habes apud trãsferre nomẽ.
Transferre ad alienos aliquid: vide, transferre pecunias.
Transferre ad fortunam, ad inuidiam, quære, transferre ad similitudinem.
Transferre ad iustitiam, ad mansuetudinem aliquem. In Phil. Eosq; de feritate illa ad iustitiam atq. mansuetudinem transtulerunt, id est, traduxerunt.
Transferre ad vestitum album sese, recurre ad transferre se.

Transfer

Transfer ad molestiam vel temperantiam idem, id est, accommoda. In Philo.
Transferri ad vsum forensem & publicum ab eo nihil potest. In Orato.
Transferre de. In Phil. Cętera in duodecim translata de Solonis ferè legibus.
Transferre ex loco in alium locum reliquias suorum. Plinius.
Transtulisse ex Perinthia in Andriam fatetur. Terent.
Transferre ex. In Oratio. Ex hoc hominum numero, ex hac familiari dignitate, in impiorum partem atque in paricidarum cædem ac numerum transferretis?
Transferre in aliquem amorem, culpam, inuidiam, odiũ suspicionem, superioribus exemplis patent.
Transferre in animo, diximus vbi, transferre iucunditatem.
Transferre in annum proximum sese, habes apud, transferre se in tempus.
Transferre in cædem: vide, transferre ex.
Transferre in multa. In Philo. Sed transfertur ad multa disparia.
Transferre in numerum paricidarum, in partem impiorum, superius patent.
Transferre in se aliquid. De Offic. Iustus nihil vnquam, quod in se transferat, detrahet. i. ad se conuertat.
Transferre in se amorem, culpam, famam, maledictum, peccatum, docentur phrasibus iam dictis.
Transferre in tabulas rationes: vide, rationes trãsferre.

FERVEO FERVO.

Feruere auaritia. In Oratio. Feruet ferturq; auaritia.
Feruere cæde noua. Vergil.
Feruere omnia nimbis ventoq; videbis. Geor. 3.
Feruet sol. Gell. Feruet terra. Propert. Incipit & sicco feruere terra cane.
Feruere vento: quære, feruere nimbis.

Feruere maxime. In Adel. Quum feruit maxime, tam placidum q̃ ouem reddo, id est, irascitur.
Feruens aqua, feruentes foculi, feruentes oculi, feruens pauimentum, feruentum flagris aliquem facere Plautina phrasis.
FERVEfacere oleum & similia.
DEFEruere adolescentiam, mitescere, sedari. In Adel. Sperabam iam deferuisse adolescentiam.
Deferuere cupiditates adolescentiæ. In Ora. Quorum cum cupiditates adolescentiæ deferbuissent.
Deferuere impetum. Plin. Quum iam satis ille primus impetus deferuisset.
Deferbuisset studia hominum intelligebat. Cic. In Ora.
DEFERuescere iram. Tuscu 4. Differant in tempus, dum deferuescat ira.
EFFERuet ferocitas, pertinacia, vis. In Orat.
EFFERuescit gratulatio. In Famil.
Efferuescens in dicendo stomacho. In Orato.
Efferuescentibus verbis. Ibidem.
REFERuere feruorem amittere. Referuerat oratio, id est, deferbuerat.

FESTINO.

Festinare, multa simul incipere, nec perficere, & est corporis. In Epid. I sanè, si quid festinas. Aenei. 2. Festinate viri. In Asin. Remigio veloq; quantum potes festina & fuge.

FIDO.

Fidere datiuũ pulchrè admittit, & ablatiuũ non respuit.
Fidere alicui, Tu mihi parum fidis.
Fidere amicis, armis, artibus malis, audacia, dolis, diuitiis, fugę, gladio, generositate, insidiis, innocentia, ingenio, mendacio. Fidere nocti. Aeneid. 9.
Fidere pedibus, fugere. Fidere promissis Dei.
Fidere prudentia, sapientia sua. Fidere terra. Aeneid. 7.
Fidere traditionibus humanis.
Fidere viribus suis. Fidere virtute sua.

CONfidere tam de præsenti & præterito q̄ de futuro. Cice. Hæc tibi assidue audire confido. Idem: Probatam rationem officii mei vobis esse confido para situm hodie aduenturum cum argeneo ad me.

Confidere animo. Cæs. Confidito arcæ nostræ. Attic.

Confidere caussæ. In Phil. Confido fore. In Adel.

Confidere rebus suis. In Capt.

Confidere sibi. In Philos. Confidere spe. Cæs.

Confidere in meritis, operibus, opibus, virtutibus suis.

DIFFIdere prudentiæ suæ vel alterius. In Fami.

Diffidere rebus suis. In Oratio.

Diffidere de. Ad Heren. Et de nobis diffidimus.

FIGO.

Figere aliquid ad parietem clauis ferreis. In Trin.

Figere æs ad. Plin. Idq́. æs figeretur ad statuam loricatam diui Iulii. Figere anchoram.

Figere animo aliquid, semper meminisse. Aeneid. 4. Si mihi non animo fixum immotumq́; sederet.

Fixus hic apud nos est animus tuus clauo cupidinis. In Asina. Figere aprum. Iuuenal.

Figere beneficium trabali clauo. In Oratio.

Figere castra, est castra metari.

Figere ceruos, confodere. Aeglo. 2.

Figere clauum & refigere, prouerbii locum habet, vbi quis quod ait, idem negat.

Figere cogitationem, curam omnem in aliquo, statuere. In Famil. Ego omnia mea studia, omnem operam curam, industriam, cogitationem, mentem deniq; omnem in Milonis consulatu fixi.

Figenda decreta falsa in Capitolio curauit.

Figere dentes in lapidem, in lignum, in panem. Ouid. 3. de serpente & Cadmo.

Figere dicta animo, memoriæ mandare. Aeneid. I. Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta. Poëticum est.

Figi dolore, affici. Aenei. 7. Stetit acri fixa dolore.
Figere feram, confodere.
Figere fustem, hastam terræ. Aenei. 6.
Figere humo. Geor. 4. Ipse feraces Figit humo plãtas.
Figere industriam omnem in aliquo: vide, figere curam.
Figere leges in æs incisas ad parietes. Attic.
Figere leges falsas in Capitolio. In Oratio.
Figere leges & refigere, sententiam mutare. Aenei. 6. Fixit leges pretioq́; refixit. i. statuit & easdem rescidit.
Figere mentem, operam omnem in aliquo: vide, figere cogitationem.
Fixis oculis intueri, attentius accuratiusq́; considerare.
Figere oculos in aliquem, perpetuo aspicere. Metam. 5. Virgine figis in vna Quos mundo debes oculos.
Figere oscula, osculari. Poëticum. Aeneid. I. Metamor. 4. Gelidis in vultibus oscula figens.
Figere palum terræ, in parietem. In Mil.
Figere pedem. Bos lassus fortius figit pedem. Adag.
Figere plantas humo: vide, figere humo.
Figere radices, agere. Metamor. 2. Inq́; autem radices fixerat imas.
Figere studia sua in aliquo, statuere: quære figere cogitationem. Figere tabulas. In Famil.
Figere tædas, pro nuptias remorari vel impedire. Poëticum. Aeneid. 7.
Figere terræ fustem, hastam, palum, telum, diximus.
Figere vestigium. In Oratio. Cuius ego nuper in Macedonia vidi vestigia fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. Figere in, patet iam dictis exemplis.
AFFIgere cruci aliquem. Plau. Te cruci ipsum propediem affigent alii. In Persa.
Affigere humi aliquem, deprimere. Horat.
Affixa Ithaca in asperrimis saxulis tanquam nidulus. In Orato.

Affixus

Affixus lateri alicuius dicitur, qui continuam cum quo/piam fouet familiaritatem. Aenei. 10.
Affigi lecto, ægrotare. Horat.
Affigere parieti, trahi quicquam. c
Affigere supplicio. In Orationi. Summoq; suppli io af/fixum videret.
CONfigere cogitationes, curas, vigilias in Reipublicę salute. Ibidem.
Configere cornicum oculos, est veterum inuenta repre/hendere. Adag. Configere sagitta aliquem. In Aulu.
Configere sententiis aliquem. In Oration. Meminerant eius sententiis confixum. Antonium.
Configere telo aliquem, perfodere.
Configere vigilias: vide, configere cogitationes.
DEFIgere animum in aliquid. In Phil. Defigunt ani/mos, & intendunt in ea quæ perspicua sunt.
Defigere arborem terrę. Georg. 2. Altius & penitius ter/ræ defigitur arbos.
Defigere audaciam suam in oculis alterius. In Oration. Nihil de hac eius vrbana, quam ille præsens in ocu/lis vestris mentibusq; defixit.
Defigere colaphis aliquem in terrā, prosternere. Plaut.
Defigere flagitia, furta alicuius auribus, in oculis omni/um, est ita exponere, vt omnes audire & videre pos/sint. In Oratio.
Defigere lumina rei alicui. Aeneid. 1. Et Libia defixit lu/mina regnis.
Defigere manus apud aliquem, est, se in alterius ius de/dere, aut se sponsionibus alteri obligare.
Defigere mente, habes apud, defigere oculos.
Defigere oculos, aut defixos oculos tenere, gestus est prudentis consultiq; viri, seria meditantis.
Defigere oculos in fortunas alicuius, est impotenter ap/petere. In Oration. In cuius possessiones atq; fortu/nas non impudentissimos oculos spe & mente defi/gere?

gere?In Oratio.
Defigere oculos in imaginem,in patinas, in possessiones alterius,in virginem.
Defigere palum prope truncum Colum.
Defigere sarmentum in terram. Idem.
Defigere spe,diximus. Defigere in,patuit sæpius.
INFIGere animis , memoriæ commendare,ediscere. Quintil.lib.1.cap.19.
Infigere solo.Col.Pecudes molli solo infigũt vngulas.
PRAEfigere leges,limites,metam,terminos.
Præfigunt ora capistris ferratis.Georg.3.
Præfigere thita nigrum,id est,damnare.Persius.
REFIgere,quod fixum est educere.
Refigere leges,rescindere.Aeneid.6.In Philip.Leges refixistis.
Refigere palum pedali spatio,rursus figere.Colu.
Refigere regna.Geor.4.Aulas & cerea regna refigunt, id est,reponunt.
Refixa cœlo deuocare sydera.Horat.
Refigere tabulas,rescindere.In Philip.

FINGO.

Fingere,figuli est proprium,qui formas ducit ex luto.
Fingere aliquem ad rectum,ad artium studia,ad virtutem.Horat.Voce paterna Fingeris ad rectum.
Fingere aliquid In Orat.Et qui aliquid fingunt.
Fingere amicitias vtilitatis caussa. De Amic.
Fingit animo,barb cape seu pone casum. De Senect. Fingere aliquem animo iubebat.
Fingere animos pueriles,formare.
Fingere caussas,comminisci.Metamorpho.2. Nec fingam caussas.
Fingere causas ad.In Hecyr.Facis iniuriam,cum fingis falsas caussas ad discordiam.
Fingere caussas ne.In Eunu.Fingit caussas ne det.
Fingere corpus.Aenei.8.Corpora fingere lingua.

Finge datos currus, id est, persuade tibi. Metamorph. 2.
Fingere equum. Horat. Fingit equum re vera docilem.
Fingere fabricam, dolos struere. In Heaut. Ad senem aliquam fabricam fingit. Fingere fallaciam. Ibidem.
Fingere falsum. In Eunu. Neq; me finxisse falsi quicquã.
Fingunt fauos apum examina. De Offic.
Fingere filium, formare. Teren. Syrus mire finxit filium.
Fingere fugam, moliri. In Casi. At fugam fingitis.
Fingere ingenium rude. Fingere iuuẽtutem, informare.
Fingere maleficium. In Oratio. Vt intelligatis fingi nullum maleficium posse. Fingere mella.
Fingere mentem. In Philo. Fingit non modo mentem ac voluntates, sed pene vultus eorum apud quos agit, id est, format.
Fingere metum. Aenei. 7. Ne tantos mihi finge metus.
Fingere ollas, proprie dictum.
Fingere obedientem aliquem ventri. Salust. Quæ natura prona, atq; ventri obedientia finxit.
Fingere pronum, iam iam habes.
Fingere se esse aliũ. In Fam. Eũ te esse finge, q ego sum.
Fingere se ęgrum, artificem, austerum, dignum, diuitem, doctum, ebrium, egenum, fortem, grauem, ignarum rei, probum, scientem, seuerum. Vel sic: Fingere ægritudinem, artem, austeritatem, diuitias, ebrietatẽ, egestatem, fortitudinem, grauitatem, ignorãtiam rei, probitatem, scientiam &c.
Fingere sermonem ad voluptatem alterius. Cicer.
Fingere somnia. Vergi. Qui amant ipsi sibi somnia fingunt. Adagium. Fingere stultitiam. Plin.
Fingere versus, componere. Horat. Versus tamen audet Fingere.
Fingere voluntatem: quære, Fingere mentem.
Fingere voto. Pli. Melior fingi ne voto quidem potuit.
Fingere vultum, repræsentare. In Heaut. Vultus quoq; hominum fingit scelus. Est etiam fucare. Ouid.

Fingere ad discordiam: vide, Fingere caussas.
Fingere se totum ad arbitrium, ad nutum, ad volũtatem eorum qui audiunt. In Orato.
Fingere è cera aliquid, cereas imagines facere. Cic.
Fingere ex natura sua alios, est de se aliorum coniecturam facere.
Finxit ex se velut araneus. Adagium, de homine ex se ipso comminiscente mendacia.
AFFINgere aliquid alicui. In Orati. Vt neq; falsa laus ei affićta oratione nostra esse videatur.
Affingere probam orationem improbo, id est, attribuere. In Orato.
CONfingere aliquid. Ter. Omnia hæc confingam.
Confingere dolum inter se. In Capt.
EFFINgere aliquem. Plinius. Hoc signum effingit senem stantem.
Effingere artem, caussas, dolos, fabulas, res ludicras ex proprio ingenio, est per sese inuenire, excogitare.
Effinxisse mihi videtur M. T. copiam Platonis, iucunditatem Isocratis, vim Demosthenis. Quintil.
Effingere similitudinem ex vero arduum est, id est, exprimere ad exemplar. Plin.
Effingere sublimitatem Platonicam. Idem.
Effingere vim Demosthenis, superius patet.

FINIO.

Finire est certum rebus terminum ponere.
Finire cupiditates sua satietate. In Orationib.
Finire linguam dentibus. In Phil. In ore sita lingua est, finita dentibus.
Finire modum. In Oratio. Sepulchris nouis finiuit modum, id est, præfiniuit. Finiri morbo, mori. Plin.
Finiri opus. Apule. Sine opus finiam quod incepi.
Finire prouincias, est prouincialibus magistratibus certum quoddam tempus præfinire. Attic.
Finire rem paucorum certamine. Plin.

Finire

Finire ventum. Idem.

DEfinire aliquid aliqua re. In Orato. Atq; his fere ipsis definietur viris. i. non vagabitur extra hos viros.

Definire amicitiam paribus officiis ac voluntatibus. Ci.

Definire aspectum. In Philo. Et aspectum nostrum definiunt, id est, terminant.

Definiunt sæpissime extrema, id est, faciunt extrema, vt in eundem finem cadant. In Orato.

Definire hortos. In Orati. Sedes sibi optimas, hortos, Tusculana. Albana definiunt, id est, iam dimensa inter se diuidunt.

Definire imperium. Cice. Quæ regiones orbem terrarum, rebus illius gestis imperium Po. Rom. definiũt.

Definita moderatione animi gubernetur. Ad Heren.

Definire rem aliquam certo naturæ termino. Ibidem.

Definit regiam in quinquennium, id est, præscribit finẽ. 5. annorum. In Oratio. Definitum est. In Cistel.

DIFFInire locum. De Offic. Certum esse in cœlo ac diffinitum locum.

Diffinire memoriam beneficii. In Oratio. Neq; æquum est tempore & die memoriam beneficii diffinire, id est, ad quoddam tẽpus beneficii tãtũ memorem esse.

PRAEfinire diem. In Oratio. Præfinit enim successori diem. Ibidem. Quæ dies in lege præfinita est.

Præfinito loqui, subaudi tempore. In Hecy.

FIRMO.

Firmare, stabilire. Firmare ætatem. In Oratio. Quorum quum adolescentię cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutes firmata iam ætate extiterunt, id est, vbi natu grandes facti essent.

Firmare animum. Ibidem. Firmiore animo præditis.

Firmari corpora iuuenum labore voluerunt. Cic.

Firmare corpus medicaminibus multis aduersus venena. Plinius.

Firmare dotem. In Heautont.

Firmare

Firmare fidem. In And. In Hecyr. Ei rei firmasti fide.
Firmare fidem dextera, fabulis, iuramento.
Firmat magnis eum locum munitionibus. Cæs.
Firmare minas rebus. Ouid. Req; minas firmat.
Firmata vet⁹ opinio est omniũ gentiũ cõsensu. In Phil.
Firmare promissa factis.
Firmare prouinciam cum pace præsidiisq;. Cic.
Firmata iam stirpe virtutis. In Oratio.
Firmatis suis ex terrore. Cæs.
CONfirmare alicui. In Fam. Balbus mihi confirmauit te diuitem futurum.
Confirmare ætatem. In Famil. Confirmata iam ætate.
Confirmare amicitiam. In Famil. Re vera confirmata amicitia.
Confirmare animum. In Aul. Volui animum tandem confirmare meum.
Confirmarunt castellum magnis munitionibus multisq; tormentis.
Confirmare consilium. In Orati. Quam sibi nondum confirmato consilio, sed ineunte ætate susceperat.
Confirmatum hoc in vno incommodnm. Cice.
Confirmare ingenium. De Offic. Omnino amicitiæ corroboratis confirmatisq; ingeniis & ætatibus iudicandæ sunt.
Confirmare manum. In Oratio. Et suam manum iam confirmarat.
Confirmat Lentulus gladiatores libertate. Cæs.
Confirmarunt omnes Cæsaris opes. Attic.
Confirmare opes factionis. Sal. Mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirment.
Confirmare pacem. In Orat. Pax deniq; per eum & per liberos eius cũ præstantissimis ciuibus cõfirmata est.
Confirmare periurium. In Oratio. Vt quam minimum dem illis temporis ad meditandum confirmãdumq; periurium.

Confirmant

Confirmant profectionem lege in tertium annum. Cæſ.
Confirmare ſe, valetudinem & vides recuperare. In Fa.
Quum te bene confirmaris, ad vos venias.
Confirmare ſe ad omnia. In Oratio.
Confirmo me ad eius voluntatem. In Fami.
Confirmare ſpem reliqui temporis. In Oratio.
Confirmare ad. Att. Confirmaui ad eam cauſſam etiam Furnium noſtrum.
INFIRmare aliquid. In Orationib. Omnes moras interponis, quibus infirmetur Brutus.
Infirmare notam. Ad Herē. Et infirmat imaginū notas.
Infirmare ſententiam. Ad Heren. Ea ſententia contemnetur & infirmabitur.
Infirmare veritatem, debilitare. In Oratio.
OBFIrmare, firmum propoſitum in animo habere. In Bacch. Ego iſthuc habeo obfirmatum.
Obfirmare animum. Plin. In Amphi. Animo forti atq; obfirmato.
Obfirmare ſe. In Heauton. Ne tam obfirma te.
Obfirmare viam. In Hecy. Certum obfirmare eſt viam me quam decreui, perſequi.

FLAGITO.

Flagitare eſt vehementer exigere, & plus q̄ poſtulare. Cicer. Tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo.
Flagitare aliquem. In Pœn. Neq; nos quenquam flagitamus, neq; nos quiquam flagitat.
Flagitare cum duobus accuſatiuis. Id quod ille me flagitat. In Orationib.
Flagitare clamore. In Mē. Illū clamore vidi flagitarier.
Flagitare ab. Cæſ. Ab Heduis frumentum quod eſſent polliciti, flagitat.
Flagitare ad. In Fam. Hircium cuncti ad non faciendum flagitare.
Flagitare vt. In Merc. Flagitas me vt eloquar.
EFFLAgitare cum clamore & inſtantia magna flagitare.

tare. Quintilia. Efflagitasti quotidiano conuitio vt libros &c.

FLAGRO.

Flagrare, ardere. Flagrare bello. In Orato. Flagrantem bello Italiam, id est, vexatam, oppressam bello.
Flagrare cupiditate. In Orat.
Flagrare desiderio rei. Attic.
Flagrare infamia. In Oration. Graui diuturnaq; iam flagramus infamia.
Flagrare inopia. Salustius. Flagrantes inopia & cupiditatibus.
Flagrare insania, inuidia. Atti. In Oratio.
Flagrare libidinibus. Sueton. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, vsq; ad infamiam oris.
Flagrare oculos alicuius. In Oratio.
Flagrare studio. In Orat. Incredibili quodam nostri homines dicendi studio flagrauerunt.
Flagrat studium. Salustius. Vt cuiusque studium ex ætate flagrabat.
Flagrare vitio aliquem, flagrat vitium apud aliquem, flagrare ad aliquod vitium, dicimus.
Flagrare ad. Salust. Ille flagrauit ad cupiditatem huiusmodi scelerati facinoris obeundam.
CONflagrare inuidia. In Oratio. Plin.

FLAMMO.

INFLAMmare aliquem. In Famil. Non feci inflammandi tui caussa.
Inflammare aliquid. Attic. Inflammatum bellum videtur. In Famil.
Inflammari cupiditate, iracundia. De Ami. In Phil.
Inflammare inuidiam concionibus & legibus, id est, excitare, maiorem efficere. In Oratio.
Inflammare odium suum. Ibid. Inflammare tędas. Ibid.
Inflammare verbis aliquem, ad iram prouocare. Ibidē.
Inflammari ad gloriam. In Famil.

FLECTO.

Flectere, inclinare. Flectere animum, mutare. In Hecyr. Isthuc est sapere, qui, vbicunque opus sit, animum, possis flectere.

Flectere arcum in aliquem, iaculari. Metamorph. 4.

Flectitur auis in girum, vt Ciconia, miluus. Metam. 2.

Flectere ceram in varias formas. Metamorp. 10. Cerare mollescit, multas quæ pollice tracta Flectitur in facies. Alii legunt vertitur. Flectere curam.

Flectere equos in gyrum. Flectere gressum.

Flectere iter. Huc flectimus iter.

Flectere iuuencos. Georgic. 2.

Flectere lacertos post terga, competit dãnatis. Meta. 6.

Flectere lachrymis, muneribus aliquem.

Flectere Leucatem, molestum videbatur, id est, circuire. Attic.

Flectere mentem. In Oratio. Mentes suas ad nostrum imperium nomenq; flexerunt.

Flectere oculos. Metamorph. 10. Flexit amans oculos.

Flectere ora. Ouid. Oraq; retro. Flexit.

Flectere orationem ad propositum.

Flectere plaustrum. Metamorph. 10.

Flectere precibus aliquem, vel flectunt preces aliquem. Meta. 2. Neue preces aios, & verba precãtia flectant.

Flectere promontorium, circuire. In Phil.

Flectere superos, precibus mouere. Aeneid. 7. Flectere si nequeo superos, Acheronta mouebo.

Flectere sententiam, mutare. Salustius.

Flectere verba ad propositum.

Flectere viam, vitare. Aeneid. 5. Flecte viam velis.

Flectere vultũ. Meta. 4. Vultusq; suos flectebat ad illũ.

DE Flectere ceruicem, mentes superbas.

Deflectere ramum. Columella.

Deflectere a patris auiq; præstabili insigniq; virtute. In Orationib.

Deflectere ad aliquem, diuertere.
Deflectere ad otium. Attic. Et ætas iam a diuturnis laboribus def exa ad otium.
Deflectere ad verba rem. In Oratio. Si ad verba rem deflectere velimus.
Deflectere de curriculo. Ibidem. Quum te de curriculo petitionis deflexisses.
Deflectere regione. In Orationi. De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit, id est, a recto discesserit.
Deflectere de spatio. De Offi. Deflexit iam aliquantulum de spatio, curriculoq́; consuetudo maiorum.
Deflectere de via. Ibidem: In quo verbo lapsa consuetudo deflexit de via.
Deflectere ex itinere, deuiare. Plin. Vt ex itinere deflectat ad te.
Deflectere in Plin. Deflectemus in Thuscos.
INFLectere animum, sensus, sententiam. Aenei. 4. Solus hic inflexit sensus. In Famil. Magnitudinem animi tui ne vnquam inflectas cuiusquam iniuria.
Inflectere orationem. In Orat. Hic primus inflexit orationem.
Inflectere ad fœlicem parietem, est adhęrere fœlicibus, ditioribus.
REFLEctere faciem, ora. Aeneid. 10. In Adel. Illum neq; misericordia repressit, neq; reflexit.
FLEO.
Flere fit lachrymis. Flere aliquem. In Capt. Ego'ne illum non fleam?
Flere drachmis argenteis. In Pseud.
Flere de. In Oratio. Flebat vterq. non de suo supplicio, sed pater de filii morte, de patris filius.
Fletur, impersonale. In And.
DEFLere aliquem. In Capt. Ego'ne non defleam talem adolescentem?

Deflere cœnas. In Stich. Deflere liberos. In Tuscul.
Deflere mortem immaturam alicuius. Plin.
Deflere in sinu amici. Idem.

(FLIGO.)

Affligere aliquem. In Oration. Adolescentiam plenam spei maxime afflixisse videamini.
Afflicta amicitia. Ibidem.
Affligi amore. Attic. Pompeius nostri amore, ipse se afflixit.
Afflictus clamoribus magnis conticuit. Idem.
Afflictæ regum fortunæ. In Orationib.
Affligere mædia aliquem.
Affligi morbo. In Orationib. Qui quum vno genere morbi affligerentur.
Afflixit Catuli monumentum, id est, diruit. Ibidem.
Afflictas naues. Cæs.
Affligere negotium, corrumpere. Sueton. Non sine magna sui inuidia negotium afflixit.
Affligere se: vide, affligi amore.
Affligere statuam, diruere, deturbare. In Oratio.
Affligere ad terram aliquem, prosternere. Plaut.
AFFLICtare aliquem. Idem: Afflictat me nunc iam vacuum virium.
Afflictare se. Teren. Ne te afflictes. Salust.
Afflictari de Attic. De quibus acerbissime afflictor.
CONfligere leuiori actione. In Orat.
Confligi diuturnis molestiis ab aliquo. In Fam.
Confligere cum aliquo. i. congredi ad pugnam. Salusti. Statuit cum Antonio quāprimum confligere. Cæs. Confligant rursus cum Bruti classe.
Confligere manu cum hoste. De Officiis.
CONFLICTARE cum malo, pugnare. In Phormio. Nec cum huiusmodi vnquam vsus venit, vt conflictares malo.

Conflictari annona, passiue. Cæs. Cæsariani graui anno na sunt conflictati.
Conflictari incommodis magnis & multis. Cice.
Conflictari morbis variis & tenacibus Suet.
Cōflictari valetudine iniqua, valetudine nouissima. Pli.
Conflictari cum. In Andr. Qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi, id est, versatur cum talibus.
IN FLigere turpitudinem sempiternam alicui. Cicer.
Infligere vulnus alicui. In Oratio.
PRO Fligare hostes, inimicos, deperdere. Cæs. Plautus in Mil.
Profligati homines perditi. Sueton. In Orat.
Profligata iam hæc quæstio est. Tusc. 5.
Profligare Rempub cum suis consiliis, perdere. Cicer.
FLO.
Flare alicui. Atti. Belle nobis flauit ab Epiro lenissimus Auster & mitis.
Flare simul sorbereq; haud facile factu est, id est, duo simul exequi. In Mostel. Adag.
AF Flare auram alicui. In Oratio. Speras sibi auram aliquam afflari in hoc crimine.
Afflare honorē. Aen. I Et lętos oculis afflarat honores.
Afflare malum alicui. Ad Heren. Cui aliquid mali faucibus afflare posset.
Afflare odorem. De Offic Et suauitatem odorum, qui afflarentur e florib. Afflauit mihi spes melior.
Conflare accusationem. In Orat. Quæ illam totam accusationem iudiciumque conflarat.
Conflare æs alięnum, grande, cōmodato accipere. Sal.
Conflare æs pecore. Colum. Aes antiquissimum, quod conflatum est pecore.
Conflare catenas scelerū alicui, ac facultatibus alicuius. Salust.
Conflare consensum. In Orationib.
Conflare conspirationem. Ibidem.

Conflare

Conflare crimen inuidiamq; in se. In Orationib.
Conflare exercitum, cogere. Ibidem.
Conflare familiaritatem. In Eunuch. Ex malo principio magna familiaritas conflata est.
Conflare honestum. De Offic. Quibus ex rebus conflatur honestum. Conflare ignem, excitare In Ruden. Plin.
Conflare alicui infamiam, iniuriã, inuidiam sibi. In Ora.
Conflare iudicium. Sal. Conflare mendacium. In Orat.
Conflare odium. Conflare pactiones. Ibidem.
Conflare pecuniam, conficere. In Orat.
Conflare periculum. Ibidem.
Conflare populares homines, est vulgi commendationes & fauorem vndecunq; captare.
Conflare scelus. Salu. Conflare seditionem. In Orat.
Conflare societates. In Oratio. Conflare suspitionem. Ad Heren.
Conflare tumultum. In Orationi.
Conflare in. Vergil. Et curuæ rigidum falces conflantur in ensem.
D I F Flare, flatu prosternere. In Mil. Cuius tu legiones difflauisti spiritu, quasi ventis folia.
E F Flare animam. In Persa. In Orat.
Inflare animos. In Oratio. Quum tibi spe falsa animos rumor inflasset, id est, elatiorem te reddidisset.
Inflare calamos. Aeglo. 5.
Inflare historiam. In Philoso. Antipater paulo inflauit vehementius.
Inflari opinionibus. De Offic. Quum homines inflati opinionibus turpiter irridentur.
Inflare sonum celeriter. In Orat. Inflare tibias. Ibidem.
P E R Flare tecta ventus dicitur. Vergil. Et terras turbine perflant.
R E F Lare, contra spirare. Tuscul. I. Sin autem reflantibus vẽtis reiiciamur. Of. 2. Quũ reflauerit, affligimur.

SVF Flare aliquid alicui. In Casin. Nescio quid sufflauit vxori suæ.

Sufflare buccas. In Sti. Sufflare ignem. Plin.

FLOREO.

Florere ætate, affinibus, amicis, autoritate, eloquentia, familiaritate doctissimorum hominum, gloria rerum gestarum, incredibili hominum gratulatione, honoribus, ingenio, institutis, liberis, opibus, præceptis, propinquis, &c. In Famil. Atti. In Philoso.

Floret Pop. Roma. nomen.

Florere in foro, in sententiis senatoriis, & in omni actione atq; administratione Reipub. In Fam.

EFFLORESCIT formæ dignitas morbo aut vetustate. Ad Heren.

DE Florescit oratio ex rerum cognitione. In Orat.

Efflorescit vtilitas ex amicitia. i. crescit. De Offic.

FLVO.

Fluxus animus. Suetonius: Drusus animi fluxioris erat, id est mollis.

Fluere auro. Geor. I. Atq; auro plurima fluxit.

Fluunt buccæ alicui, quum humor extillat. In Orat.

Buccis fluentibus. Fluere facetiis, id est, abundare. Plautus in Mil.

Fluxa fides. In Capt. Caue fluxam fidem geras, id est, instabilem.

Fluere gloria. Salust. Diuitiarum & formæ gloria fluxa & fragilis habetur.

Fluere mollitia. In Phil. Qua quum liquescimus fluimus mollitia.

Fluit oratio soluta aut ligata, quæ facilis est apteq; se consequitur. Fluit pallium, quum ex humeris dependet.

Fluunt rami, id est, superfluunt. Geor. 2. Ramos compesce fluentes.

Fluit spes, id est, minuitur. Aeneid. 2. Ex illo fluere ac retro

tro sublapsa referri. Spes Danaum.
Fluit stylus Ciceronis, Terentii, Ouidii, Erasmi, &c.
Fluit sudor. Aenei. 5 Sudor fluit vndiq; riuis.
Fluit toga, tunica, vbi neglectius ex humeris dependet. Horat. Rusticius tonso toga defluit.
Fluxa vestimenta, larga. Lucanus.
Fluit voluptas corporis i. celeriter praeterit. Cic.
Fluere ab. In Philos. Ab isto capite fluere necesse est omnem rationem bonorum & malorum. i. nasci.
Fluere ad terram exanimes dicuntur, vt Camilla. Aeneid. 11.
Fluere ad voluntatem. De Offic. In rebus prosperis, & ad voluntatem nostram fluentibus.
Fluent arma de manibus, id est, facillime excident. In Orationib.
Fluere in. In Philoso. Fluminaq; in contrariam partem fluxerint.
Fluere longo lateq;. Ibidem.
FLVctuat animus, id est, haesitat. In Mercato.
Fluctuat lapis est Scyro insula integer, idem comminutus mergitur, id est, supernatat. Plin. lib. 36.
Fluctuat mare valide, vehementer, id est, vndas facit. In Ruden.
Fluctuat tellus, id est, commouetur. Geor. 2. At late fluctuat omnis Aere renidenti tellus.
FLVitat alueus Tyberinus. i. continue fluit. Liu.
Fluitant pisces omnes quum extincti sunt, exceptis anguillis, id est, supernatant. Plin.
AFFluere bonitate, diuitiis, frumento, lepore omni, scelere omni, vnguentis, &c. id est, abundare.
Affluunt huic nummi. Plautus.
CONfluunt cruciatus eo. In Asi. Ex botris multis confluit vinum. Confluunt multa in locum vnũ. In Epid.
Confluit vndiq; copia, cõcilium, turba in ciuitatem. Pli.
CIRcunfluere gloria. Atti.

DE Fluere amni secundo. Geor. 3. de Ariete.
Defluere ætatem. Salust. Vbi per socordiam vires, tempus, ætas, ingenium defluxere.
Defluit oratio ad leues amicitias. De Amic.
Defluere salutationem. In Fami. Vbi salutatio defluxit, literis me inuoluo. Defluere tibialia dicuntur, ducta vxore.
Defluxit ex octo tribunis, quos tunc habueram, vnus me absente. In Orationib.
DIF Fluere labra dicimus, vbi quid incircumspectius, liberius & temere effutimus.
Diffluere lasciuia, luxuria. In Eunu.
EF Fluere aliquid alicui. Ibid. Vtrunq; hoc falsum est, effluet, id est, non celabo. Est etiam excidere animo. In Orat. Quod totum effluxerat.
Effluere æstatem. Attic. Ne æstas effluat. i. elabatur. De Senect. Illud quod præteriit, effluxit.
Effluere mentem alicui. In Orat. Huic minime mirum est ex tempore dicenti solitam effluere mentem.
Effluere vitam. In Philo. Quum vnà cum sanguine vitam effluere sentiret, id est, effundi.
Effluere ex animo aliquid. In Famil. Isthuc veniam, antequam plane ex animo tuo effluo.
IN Fluere in aliquid. Cæs. Qui in flumen Rhodanum influit.
Influere in animos. In Philo. Nihil tam facile in animos teneros atq; molles influere, q̃ varios canẽdi sonos.
Influere in aures alicuius. De Amic. Papyrius consul nuper influebat in aures concionis.
Influentibus negotiis paria facere. Plin.
PER Fluit lagena, tectum, vas, vrna male compacta, id est, liquorem transmittit.
Perfluit atq; præterfluit aures oratio, quæ præterit non animaduersa. Quintil. lib. 2. Perfluo hac atque illac. In Eunuch.

Fodere

FODIO.

Fodere calcaribus equum. Aeneid. 6.

Foditur cor ſtimulo. In Bacch.

Fodere hortum, excolere. In Pœnu.

Fodere latus alicui, clàm admonere. Terent. Noli fodere latus.

Fodere puteum. Cæſ. Fodere in fundo. In Heaut.

Fodere ſub terra. Georgi. 4.

CONfodere hortum. In Aulul. Confoditur pugnando, id eſt, trucidatur. Saluſt.

EFFOdio aulam auri plenam. In Aulu.

Effodiuntur opes irritamenta malorum. Metamor. I.

Effodiam oculum tibi. In Trin. Oculi ideo effodientur. In Eunuch.

Effodere ex ſepulchro vetere, ex ſterquilinio prædam. In Pſeud. In Caſina.

PERfodere parietes. In Aſinar. Perfodere terram raſtris. Col.

Perfoſſi gladiis quadringenti homines Gell.

FOENERO ET FOENEROR.

Fœnerare actiuè, dare ad vſuram. Fœnerari deponenter ad vſuram accipere. Hæc Valla.

Fœnerare vel fœnerari beneficium. De Am. Neq; enim beneficium fœneramus, alii fœneramur legunt. In Phorm. Fœneratum iſtud beneficium tibi pulchre dices, id eſt, cum lucro redditum, conduplicatum.

Fœnerare prouincias. De Of. Ad fœnerandas diripiendasq; prouincias.

Fœnerat res ipſa apud Terẽtiũ, quod homini dandũ videtur. In Adel. Metuiſti'ne non tibi iſtuc fœneraret.

FORMO.

Formare iuuentutem, inſtruere. Plini. Quid vitam, quid mores, iuuentutis formas? diciturq; a forma.

Formanda oratio eſt quum exercitatione tum ſtylo. In Orato.

Formantur verba eſt ſententię pene innumerales. Ibid.
CONformare mores, In Philo.
Conformare orationem, verba. In Orato.
DE Formare formam, corrumpere, auferre.
Deformare aliquem. In Oratio.
Deformata ciuitas. In Orato. Deformantur columniæ tragicæ ſcenæ, id eſt, figurantur. Victruuius.
Deformatus corpore. Attic.
Deformare conſtantiam vitę, dignitatem, liberalitatem, moderationem, ſplendorem. In Orat.
Deformatus macie. Apul.
Deformata patria turpiſſimis incendiis & ruinis. Cæſar.
INformare aliquem. Atti. Illum virum, qui in ſexto libro informatus eſt, id eſt, de quo breuiter dictum, Sępius. In Orator.
Informare aliquem eloquentia. Ibidem.
Informare aliquid. Varro. Quæ de iis ſequenda viderentur, vt breuiter potui, informaui.
Informare ætatem puerilem. Cice. Atq; ab iis articulis, quibus ætas puerilis ad humanitatem informari ſolet, ſe ad ſcribendi ſtudium contulit.
Informare animum. De Offi. Vt nemini parere animus bene informatus a natura velit, &c.
Informare cauſam. In Oration. Iam informata cauſa eſt.
Informare cogitationem. Att. Hęc eſt informata adhuc cogitatio.
Informare oratorem. In Orato.
Informare proſcriptionem. Attic. Sed generatim proſcriptio eſſet informata.
Informare virtutem. In Philoſo. Dicitis, informari non virtutem.

FOVEO.

Fouere aliquem, aliquam. Aeglo. 3. Ipſe Neæram Dum fouet,

fouet, id est amplexatur, alit.
Fouere amorem. Att. Fouere castra, tueri. Verg. 9.
Fouere dolorem. Attic.
Fouere iudicium. Plin. Fouete iudicium eius quod de vobis habet.
Fouere lacte. In Merc. Alios suo lacte fouet.
Fouere laridum atq; epulas foculis feruentibus. Plau.
Fouere periculum alterius. Plinius
Fouere progeniem. Georgic. 3. Progeniem nidosq; fouent.
Fouere senectutem suam. In Sticho.
Fouere vulnus Aeneid 12. Fouit ea vulnus lympha longæuus Iapix. Fouere in pectore. Plaut.
REFouere terram stercoratione. Colum.
Refouere disciplinam lapsam extinctamq;. Plinius.

FRANGO.

Frangere animum. In Cist. Ita meum frangit amantem animum. In Famil. Dictitant fracto animo & demisso fuisse.
Frangere audaciam alicuius. In Oratio.
Frangere aulas in caput alterius. In Capt.
Frangere autoritatem alicuius. In Philoso. Fracti bello, Aeneid. 2.
Frangere brachium. Terent. Frangit se calor. In Orato, Dum se calor frangat, id est, remittat.
Frangere consilium alicuius. In Famil.
Frangere coxam. Plini. Frangere cupiditates. In Orato.
Frangere dignitatem suam. In Famil.
Frangere dolorem. Cicer. Frangi dolore. In Philo.
Fracta domus coniectu lapidum. Attic.
Frangere fidem, perfidiosum & nefarium est Cice.
Frangitur fluctus a saxo. In Famil.
Frangere gulam laqueo. Salustuis.
Frangebantur hostes facilius. i. vincebantur. Attic.

Frangere

Frangere leges. In Fam. Frangere libidines. Cicer.
Frangunt mala aliquem. In Famil. Sin te tanta mala frangunt.
Fregit mora Hannibalem. Plin.
Frangere morbum abstinentia. Idem.
Frangere nauem. Terentius. Franguntur opes alicuius. Cicero.
Frangere se. In Famil. Frangere sententiam alicuius, est eius sententiam refellere. Ibidem. Frãgere ventum. Plinius.
CONfringere nauem. In Rud. Nauis confracta est iis.
Confringere rem, dilapidare. In Sticho: Rem confregimus.
Cõfringere tesseram apud aliquem, est ob solutam amicitiam domo alicuius excludi. In Cistel.
PERFRingere sibi crura, ceruices. In Mil.
Defringere ramulos vitium. Colum.
EFFRINGERE fame. In Adelph. Effractus fame. In Capt.
INFRingere animum. In Philoso.
INFRingere colaphos. In Adel. Homini misero plus quingentos colaphos infregit mihi.
Infringere gloriam. In Orationib. Ad gloriam per tales viros infringendam.
Infringere improbitatem. In Famil. Vt infringatur hominum improbitas. Infringere spem. In Orat.
Infringere tribunatum. Ibidem.
Perfringere aliquid. In Adel.
Perfringere religionem. In Oration. Sin istius ingentes diuitiæ religionem veritatemq; perfregerint.
REFRINgere cellas. In Capt. Refringere claustra. Plinius.
Refractis pudoris & reuerentiæ claustris, omnia patent omnibus.
Refringere vim fluminis. Cæs.

FRAVDO.

Fraudare furto aliquem. Acton. Sic fraudauerit furto vt ne pilos quidem in corpore spoliatis reliquerit.

Fraudare genium, est non satisfacere naturæ. Plau Egomet me fraudaui, animumq́, meum, geniumq́, meum.

Fraudare mutuationibus aliquem. In Oration.

Fraudare nomine suo veteri aliquem. In Philo.

Fraudare regno, fatalibus aruis aliquem. Vergil.

Fraudabant stipendium equitum. Cæs.

Fraudare voluptate aliquem. Pli.

DE Fraudare aliquem. In Asin. Me defraudato.

Defraudare aures. In Orato. Ne breuitas defraudasse aures videatur, neue longitudo obtudisse.

Defraudere genium. In Phormione. Suum defraudans genium.

Defroudare pro defraudare: Comicum. In Asinar. In Adel. Etiam insuper defroudet.

(FRENO.)

REFR Enare a gloria, a reditu. In Orationib Magno ingenio adolescentes refrenandi potius a gloria q̃ incitandi. Item: A reditu refrenauit.

FREQVENTO.

Frequenter aliquem visitare. Salusti. Relictis operibus frequentarent Marium.

Frequentare copias, frequentiores reddere. Cæs.

Frequentare domum alicuius, adire. Salust.

Frequentare secreta, retractare. Aeneid. 6 Secreta frequentant.

FRICO.

Fricare dentes, genua, oculos. Plinius.

CONFRICARE res secundas alterius insectari. Gellius.

Confricare [illegible] us iniuriis atque imperiosis comminationibus.

PER Fric[illegible]re ca[illegible]ut, vngere. In Orationib.

Perfricare

Perfricare faciem,frontem,os, est pudorem abiicere. Martialis Tuscul.3.

REFRIcare animum. In Orationib. Atque animum memoria refricare cœperat.

Refricare cicatricem,dolorem renouare. In Orationib. Ne aut refricare obductam iam Reipub.cicatricem viderer.

Refricare desiderium,dolorem. In Famil. Ne refricem meis literis desiderium ac dolorem tuum.

Refricare fabulam. In Orationib. Vt illa vetus fabula refricaretur.

Refricabis tuis sceleribus Reipub. præterita facta. In Orationib.

Refricat lippitudo,id est,molestat. Attic.

Refricare memoriam facti. In Orat. Illam pulcherrimam facti memoriam refricat.i. leuiter reuocat.

Refricare vulnus. Attic. Quę res fortasse sit refricatura vulnus.

FRIGEO.

Frigere,frigidum esse. Terent. Si non totus friget,me eneca. In Eunu. Hic homines frigent.i.languent.

Friget culina. Friget interpretatio.

Frigent iudicia. In Orationib. Cum omnia iudicia frigerent,id est,ius non diceretur.

Friget ludus. Eras. Friget negotium.

Friget stylus,qui non apte deducitur,quiq; caret elegantiis. Friget studium.

Friget Venus. In Eunu. Sine Cerere & Libero friget Venus,id est,perit libido sobrietate. Hinc frigesco, frigefacio,frigefacto.

RE Frigescit apparatus belli. In Oration.

Refrixit crimen de nummis in causa. Ibidem.

Refrigescit hasta. In Famil. Vereor ne hasta Cæsaris refrixerit,id est,ne etiam caleat.

Refrigere iudicio. Pli. Nec refrixit iudicio,sed inualuit.

Refrigescit

Refrigeſcit res In Adel. Nihil eſt, refrixerit res.

Refrigere ſortes. In Phil. Cæteris in locis ſortes planè refrixerunt, id eſt, ceſſarunt.

Refrigeſcere in. Colu. Sudans in opere faciũdo refrixit.

RE Frigerare aliquid aquis, vmbris. De Offic.

Refrigerare ſermonem. In Fam. Refrigerato iam leuiſſimo ſermone hominum prouincialium.

FRVOR.

Frui eſt voluptatem capere ex vſu. In Adel. Huic demus qui fruatur. i. quo alatur. In Phor. Vt mihi tamdiu liceat quod amo frui. Frui aliquo. In Eunuch. Vobis fretus.

Frui amœnitate. In Famil. Amœnitate ſumma fructus eſt. Frui bonis, delectari.

Frui conſiliis, dextera alicuius. Pli. At nunc tua dextera tuisq́; promiſſis freti & innixi.

Frui diis. In Caſin. Diis ſum fretus.

Frui dote. In Men. Fretæ dote, feroces, viros ſibi ſubſeruire poſtulant.

Frui fiducia. In Aul. Ibo ad te, fretus tua fide fiducia.

Frui gaudio. Plinius.

Frui ingenio ſuo. In Heaut. Non licere meo ingenio frui?

Frui malitia ſua. In Phorm. Si quis fortè malitia fretus ſua, inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ.

Frui moribus eius quem diligimus. De Amic.

Frui natura ſua. In Prolo. Heaut. Amicum ingenio fretum, haud natura ſua.

Frui otio. Plin. Frui promiſſis alicuius. Idem.

Frui rebus paruulis. De Senect.

Frui recordatione noſtræ amicitiæ. De Amic.

Frui ſenectute, ſpe. Ibidem. Frui ſermone alicuius. De Senect.

Frui viro aliquo. Plinius. Quid ego plura de viro, quo mihi frui non licet. Frui virtute. In Amph.

Frui voluptatibus. In Heaut. De Senect. Tuscu. 3.
Frui vsu eius quem diligimus. De Amic.
Frui cum accusatiuo In Asin. Vt sinat sese alternas cum illo noctes hanc frui.
Participia eius sunt fretus, fructus, fruiturus.

FRVSTRO VEL FRVSTROR,

Frustrare aliquem. Cæs. Non frustrabo vos milites.
Frustrari aliquem vel aliquam. In Mostel. Multos me hoc pacto iam dies frustramini. In Amphitr.
Frustrari expectationem alicuius. Pli. Longa expectatio est, quam frustrari adhuc, & differre non debes.
Frustrantur expensas imprudenter facta opera. Colum.
Frustratur fides aliquem. In Adel. Satis adhuc tua frustrata est fides.
Frustrari laborem. Columel.
Frustratur spes aliquem. In Andr. Et si hercle sæpe iam me spes hæc frustrata est.
Frustrari spem. Plin. Ipsum laudibus ferunt, quod sit frustratus improbas spes hominum.
Frustrari ab aliquo, passiue. Plin. Primum a Fabio Maximo frustratus.

FVGIO.

Fugere aliquid aliquem, ignorare. Cęs. Neq; verò id Cęsarem fugiebat. In Oratio. Hoc amentem hominem fugiebat. Tusc. I. Si quæ me fortè fugiunt. In Amphi. Fugit te ratio. Cicero. Fugiunt hæc me, id est, non recordor.
Fugere bella, carceres.
Fugere congressus hominum. De Amic.
Fugere curam. Ibidem. Quod si curam fugiamus, virtus fugienda est. Fugere ebrietatem.
Fugere facta. In Mil. Fugere forum, est causas auersari.
Fugere ignauiam, ignorantiam, inertiam, iniuriam, inuidiam, iudicia, iurgia.

Fugere

Fugere laborem. In Heaut. Non conuenit qui, illum ad laborem impulerim, nunc me ipsum fugere. Cæs.
Fugere lites, mortem. Fugere nuptias, recusare. In Andria.
Fugere patriam. Aeglo.1. Fugere pericula, fugere recordationes. Attic. Fugere satietatem. In Orationibus.
Fugere tormenta. Fugere Venerem, ventrem. Politian. Venter, pluma, Venus laudem fugienda sequenti.
Fugere vinum. De Offic. Vina fugientia, quæ ætatem ferre non possunt, & in vitium inclinant.
Fugere virtutem: quære, fugere curam. Fugere vitia.
Fugere vulgus, aut vulgi indolem.
Fugere ad strepitum aridæ vesicæ, tribus pisis immissis.
Fugere è conspectu. In Hecyra.
Fugere ex. Cæsar. Qui ex ipsa cęde fugierunt. In Pseu. Vt exulatum fugiat ex pectore meo, id est, vt animo excidat.
Fugere præter. In Phor. Ita fugias ne præter casam, id est, domi te contine. Adag.
Fugere maxime. In Amphit.
Fuge procul a viro maiore, id est, caue a commercio potentium, versare cum æqualibus.
FVGItare conspectum patris. In Heau.
Fugitans litium. In Phor.
Fugitare oculos alterius. In Capt.
Fugitare patrem. In Phorm.
Fugitant omnes hanc prouinciam. In Capt.
AVFVGEre. In Hecyra.
CONfugere in aliquem. Liui. Plini.
Confugere ad pecuniam, ad senatum. In Oratio. Attic.
Confugere ad vota. Plin. Confugere in agros. Atti.
Confugere in fidem, in misericordiam, in veritatem. In Orationib.
Confugiunt sub alas gallinæ pulli viso miluio.

Cōfugit huc. In Hecy. Confugies eò. In Heaut.
DEFVGERE acclamationem assentationemq; vulgi. Plinius.
Defugere autoritatem. In Eunu.
Defugere disputationem. In Orato.
Defugere munus. Atti.
DIFFVgiunt aues, nebulæ, niues, somnia. Hora.
Diffugiunt ad lumen tenebræ.
EFFVGere affinitatem alicuius. In And.
Effugere animaduersionem. In Orato.
Effugere crimen. In Orationib.
Effugere infortunium. In Amphit.
Effugere inuidiam ciuium suorum. Attic.
Effugere maculam auaritiæ. In Adel.
Effugit maledictum omne, id est, vitauit. In Oratio.
Effugi malum, inueni bonum. Dici solitum, si quando fortuna melior contigisset.
Effugit memoria. In Bacch. Vbi mea effugerit memoria, ibi tu facito vt subuenias.
Effugere nuptias. In And.
Effugere offensionem. In Famil.
Effugere patria. In Mercato.
Effugit sors. In Casin.
Effugere hospitis speciem. In Orató.
Effugere ex vrbe. In Trinum.
PROFVGere domo. In Casina.
Profugere infamia, inopia. In Heaut. Gnatus eius profugit inopia.
Profugi a domino agresti ac furioso. De Senect.
Profugit in Asiam. Ciceró.
Profugere aliquò In Adel. Quum hinc egens profugiet aliquò militatum.
REFVGere domum. Plin.
Refugere munus hoc non potui. i. non suscipere. Cæs.
Refugere osculum, recusare. Sueton.

Refugio a te admonendo. Attic.
Refugere in cauernam. Plin.
SVBterfugere cum datiuo. In Bacch. Supterfugisse mihi hodie Chrysalum. Item: Subterfugit mihi nomen viri, autoris, id est, lapsum est è memoria.
Subterfugere cum accusatiuo. In Mercat. Ne quicquam ego mare subterfugi. De Amic. Omnia subterfugere non modo sapientię, sed etiam fœlicitatis.
TRANSFVgere. In Mili. Illius oculi atq. aures atq; opinio transfugere ad nos.
Transfugere ab afflicta amicitia, atq; ad florentem aliam deuolare. In Oratio.
Transfugere ad hostes. In Epid.
FVGO.
Fugare aues, hostes. In Pœnu. Venerem ipsam est fano fugant. In Trin. Fugat ipse se a suo contuitu.
FVNDO.
Fundare ciuitatem, domum, mœnia, vrbem. Quin. Fundatam paternis acutisq, opibus domũ exhaurit. Plin. Fundata legibus ciuitas.
Fundare carinam, nauem. In Milo. Carina satis & fundata est bene, & statuta. Aenei.6. Anchora fundabat naues. i. naues, in anchoris consistebant.
Fundare familiam. In Oratio. Subitas fundatissimę familiæ ruinas.
Fundare imperium. Ibidem. Illud verò sine vlla dubitatione maxime nostrum fundauit imperium.
FVNDO.
Fundare agmen, pro occidere, historicum.
Fundere aggerem. Fundere animam, mori.
Fundere copias. Fundere ense aliquem.
Fundere exercitum. Liuius.
Fundere flammam. Vergil. Cristisq; a vertice flammam Fundit, id est, demittit.
Fundere flores, abunde dare. Aeglo.4. Ipsa tibi blan-

dos fundent cunabula fores.
Fundit arbor frondes, autumnus fructus.
Fundere frugem, emittere. Cice.
Fundit terra herbas. Fundere hostes.
Fundere humi. Aenei.1. Septemq; ingentia victor.
Corpora fundet humi. Fundere lachrymas. Aenei.3.
Fundere loquelas, poeticum. Aeneid.6. Funditq; has ore loquelas.
Fundere mendacia. In Pseud. Mera iam mendacia fundis. (preces.
Fundere preces. Hora. Quod obseratis auribus fundis
Fundere sagitta aliquem.
Fundere sanguinem: vt, Funderem pro te sanguinem, nedum pecuniam tibi crederem.
Fundere telo aliquem. Fundere vallum.
Fundere verba loqui. In Adelph. Verba fundis hic sapientia, id est, inaniter loqueris.
Fundere vitam, mori. Oui. Et vitam infœlix multo cum sanguine fudit.
Fundere versus septenarios ad tibiam, id est, facere. In Philoso.
Fundere vocem extremam, mori. Aeneid.4. Hanc vocem extremam multo cum sanguine fudit.
Fundere vulnere aliquem. Metamorph.5. Matre satos vna diuerso vulnere fudit.
Fundit se vulgus in forum, in templum.
Fundere se ad amnem, ad focum, ad littus, ad solem.
Fundere se in herbam, in gramina. Aenei.1.
Funditur in omnes partes vitis, id est, vndiq; pullulat. De Senectu. Fundit se luna, sol per fenestras.
FVNditare fœnerato, inaniter loqui. In Asin.
Funditare verba, effutire. In Pœnu.
CIR Cũfundere. De Offi. Circumfusa insula mari. Pli. Circumfusus paruulo nihil draco nocuit.
CONfundere amicitias, disrumpere.
Confusus

Confusus animus tantæ cogitatione rei, id est, perturbatus. Liuius. Idem: Confusam eam ex recenti morsu animi.
Confundere cœlum & terram, est iniqua comparere, aut omnia turbare. Confundere colorem. Plin.
Confundere contractus, fœdus, est frangere. Aenei. 5.
Confusum chaos dicitur, quum omnia permiscentur vt alterum ab altero vix separes.
Confundere fasq; nefasq;. Metamor. 6.
Confundit iura multa coquus. In Mostel.
Confundere vinum aqua, commiscere.
Confusi in vnum populi, id est, vniti ex diuersis. Liuius.
DIFfundere animos, lætari, poeticum, Metamor. 4.
Diffundere famam.
Diffundere frontem, exhilarare. Ouid. 14.
Diffundere genus, deducere. Aenei. 7. Claudia nunc a quo diffunditur & tribus & gens.
Diffundit humum deus aratri. Colum.
Diffundit ebrietas & labor dormientium membra.
Diffundere morbum. Plin. Grauissimus est morbus qui a capite diffunditur. Diffundere nomen.
Diffunditur oratio in immensum. Plin.
Diffundit arbor ramos.
Diffundit terra semen tepefactum vapore & compressu suo. De Senect.
Diffunditur virtus ex bonis amici. De Amic.
Diffundere in æuum, in posteros, est literis commendare. Hor. Bella quis & paces longum diffundit in æuũ.
EFFVNdere ærarium, euacuare. In Philo.
Effundere carcerem & effundi carcere. In Oration. In me carcerem effudistis. Vergil. Ruuntq; effusi carcere currus, id est, emissi.
Effundere cibum, spargere. In Asinar. Effudit hæc ætas hanc copiam, id est, ædidit. In Orato.
Effundere cursum. Pli. Effusoq; cursu periculo aufertur.

Effudit fideliam totam. In Asin.
Effundunt fruges & herbas segetes fœcundæ. Cice.
Effundere furorem, euomere. In Fam. Omnemq; suum vinolentum furorem in me effunderet.
Effundere gratiã collectam florentissimi hominis. Ibid.
Effundere honores in mortuos. Attic.
Effundere iram.
Effusa ædilitatis memoria. i. reuocata in memoriam ædilitatis recordatio. Asc. Effundere odium. In Famil.
Effudit patrimonium suum. i. consumpsit. In Oratio.
Effundere peditatum, prosternere. Salust. Effuso ac profligato peditatu.
Effundere quæstus. Aenei. 5.
Effundere vires inuentum, frustra verberare. Ibidem.
Effundere virus, euomere.
Effundere vocẽ. Ad Her. Vt nullo genere vocis effuso.
Effundere voces ex pectore. Aenei. 6.
Effundere in sinum, est sententiam suam alicui penitus aperire. Adag.
Effundi in aliquem. Atti. In nos verò suauissime hercule est effusus.
INFVNDERE. Georg. I. Certatim largos humeris infundere rores.
Infundere globos grandiculos infundas. In Pœn.
Infundantur homines humiliores in aliorum eiusdem nominis genus. In Orato.
Infundere merum faucibus. Colum.
Infusa est peregrinitas in vrbem nostram, id est, irrepsit. In Famil.
Infundere venenum alicui. In Orationib.
OFFVNdere caliginem. Cice. Hic error & hæc indoctorum animis offusa caligo est, id est, iniecta.
Offundere dedecus.
Offundere luce solis lumen lucernæ, id est, obscuratur. In Philo.

Offensa Reipu. sempiterna nox. In Oratio.
Offundere noctem quandam rebus, id est, tenebris inuoluere. In Philo. Offundere scelus.
PERfundi aceto, est conuitiis affici. Horat. Saty. 7.
Perfundere aliquem aqua, ceruisia, ignominia, iudicio, lotio, scommatibus, voluptatibus. In Phil.
Perfudit me horror. Attic.
Perfundi iucunditate quadam. In Philo.
Perfundit que genas lachrymis. Ouid.
Perfundi rubore. Plin.
PROfundere aes, argentum, rem, substantiam, dilapidare. In Adel. Profundat, perdat, pereat.
Profundere cupiditates. In Ora. Etsi ipsa natura profundit adolescentiae cupiditates. i. largiter effundit.
Profundere largitionem. Asco. Largitione palam profusa consulatum petierunt.
Profundere odium in aliquem. In Orati. Omne odium inclusum nefariis sensibus impiorū in me profudistis.
Profundere opes, pecuniam. De Off. Non modo pecuniam, sed vitam etiam profundere pro patria parati.
Profundere sanguinem suum in pugna. In Oration.
Profundere vinum. In Curcul.
Profundere vitam pro dignitate alterius. In Famil.
Profundere vocem. In Philo.
Profusus alieni, profusus sui. Salust.
SVFFVNdere aquam. In Curcul.
Suffusus calore aequabili aether. In Philo.
Suffundere frigidam, subaudi aquam, est clanculum instigare, hominum amicitias obtrectationibus seiungere. In Cistel. Adag. Ciàm si occasio est, frigidam subdole suffundunt.
Suffundi maleuolentia. In Fami. Nulla in caeteros maleuolentia suffusum.
Suffundere rubore. Georgi. I. At si virgineum suffuderit ore ruborem, Venus erit.

Suffundere in os aliquid. Colum.
TRANS Fundere omnem amorem suum in aliud. In Oration.
Transfundere laudes suas omnes ad alium. In Famil.

FVNGOR.

Fungi aduocatione iniuncta fortiter diligenterq́;. Pli.
Fungi fortunas. In Mostel. Sine me alliato fungi fortunas meas.
Fungi magistratus, id est, munus magistratus agere.
Fungi militia. Suetonius.
Fungi munere. De Amicit. Muneribus fungare corporis. In Orato.
Fungi munus. In Amphit. Teq́; absente hic munus fungatur tuum, id est, vicem tuam gerat.
Fungi officio suo. In Adel. Et tuo officio fueris functus.
Fungi officium adolescentuli liberalis, hominis frugi & temperantis, viri boni & liberalis. In Phor. In Adel.
Fungi officium attente, fortiter, diligenter. In Heau. Pli.
Fungi vita, viuere.
DEFVNGI autoritatem. In Pœnu.
Defunctus fato, id est, solutus. Liuius.
Defuncti fato consulis Romani, id est, per spontaneam consulis mortem, a periculis liberati. Liuius.
Defunctum se fatalibus malis existimabat. Sueton.
Defuncti regis imperio, id est, satisfacientes. Liui.
Defuncta morbis corpora, salubriora esse cœpere, id est, quæ euaserunt morbos. Idem.
Defungi munere. In Famil. Neq; ego libenter pro maximis tuis beneficiis tã vili munere defungor oratiõis.
Defunctus periculis. In Oratio. Verg.
Defunctus religionis pietate animus. In Oratio.
Defungi pœna vnius. Liuius. Vt vnius pœna defungendum esset patribus. Defungi vita, mori.
Defungi. In Phormion. Cupio misera in hac re defungier.

Defungi absolute. In Prolo. Eunu. Defunctus iam sum, id est, iam egi fabulam meam. In Adel. Vtinam hoc sit modo defunctũ, id est, finitum, ne vlterius peccet.
Perfungi bellũ. Ci. Perfuncto hoc misero fataliq; bello.
Perfungi cura. Liuius.
Perfuncti honoribus amplissimis & laboribus maximis In Famil.
Perfungi periculis. In Orationi. Perfuncti periculi memoriam recito.

(FVSCO.)

INFVSCare aliquẽ. Ibidem: Nec eos aliqua barbaries domestica infuscauerat.
Infuscare merum, diluere. In Cistel.
Infuscat pectus illuuie scabrum: barba pedore horrida atq; intonsa.

(FVTO):

CONFutare dictis aliquem. In Heauton.
Confutauit verbis admodum iratum patrem, id est, conuicit. In Phorm.
REFVtare aliquem vt aduersarium grauem. Ci.
Refutare bello nationes, se defendere. In Oratio.
Refutare testem. Plin. Refutari ab aliquo. Idem.

GAVDEO.

Gaudere aliquo. Aeglog. 6. Nec tantum Phœbo gaudet Parnasia rupes.
Gaudent alternis Camœnæ.
Gaudere animo & gaudet animus. In Sticho: Impendio magis gaudebat. Terent.
Gaudere auo. Aenei. 7. Ioue Dardana pubes Gaudet auo.
Gaudere cæde, canibus, cantilenis, carminibus, certaminibus, cœlibatu, damno alterius, diuitiis, equis, exuuiis ceruorum, ferarum, leonũ luporũ, ouiũ, vrsorũ.
Gaudere facetiis.
Gaudere facto, id est, ob factum. Terent.

Gaudere gaudium. In Andr. Hunc scio mea solide solum gauisurum gaudia.
Gaudere gaudio. In Persa.
Gaudere gramine. Horat. Gaudere honoribus.
Gaudeo id, id est, propter id. In And.
Gaudere immunditia, imperio, ineptiis, iurgio, lachrymis, latebris syluarum, latrocinio, literis, litibus, ludis matrimonio, mendacio, merendo.
Gaudeo mihi. Cice. Et in hoc differt a gratulor.
Gaudere nece, numero impare, palęstra, patre, poculis, præceptore, quęstibus, regno, rixis, rure, sanguine, simili, sorte sua, literarum studiis, sudoribus, temperantia, titulis, veritate, virginitate, virtute, vitiis: vt, Gaudet simile sibi: suo quisq. studio gaudet.
Gaudent sudoribus artes.
Gaudeo in molestia. In Famil.
Gaudere in sinu, est apud se lætari, & sua sorte contentum esse. Ouid. Qui sępit, in tacito gaudeat ille sinu.
Gauisus frustra. In Heautont.
Gaudere secum. In Hecy. Vt tacita mecum gaudeam.
Gaudere cum infinitiuo. Gaudet bene audire, colludere, alios præ se contemni, contingere manibus habenas, ditescere, doceri, imperare, ineptire, laudari, mentiri, mori, potare, præferri se sibi.
Gaudere cum supino. In Cistel. Ventum gaudeo ad te, id est, venisse.

GERO.

Gerere amicitiam. In Familia. Sunt de amicitia gerenda præclarissime scripti libri.
Gerere animum infimum, parem, laude dignum, mente syncera. In Hecy. Salust. De Offi. Plaut.
Gerere bellum cum aliquo. In Oratio. De Senect.
Gerere comitia. In Phi. Quod comitia illa essent armis gesta seruilibus, id est, habita.
Gerere consulem, vel consulatum. In Iugur. In Orat.

Gerere fidem fluxam, soluere. In Capt.
Gerere formam serui, induere. In Amphit.
Gerere honores. Plin.
Gerere immanitatem beluæ in hominis figura. De Of.
Gerere ingenium callidum. In Asi.
Gerere inimicitias muliebres. In Oratio.
Gerunt iras plumbeas. i. memores. In Pœn. Gerunt ira pueri inter se quam pro leuibus noxis. In Hecyr.
Gerere iram in promptu, insipientia est. In Pseu.
Gerere magistratum. In Oratio.
Gerere lethum manu. Verg.
Gerere ludimagistrum, esse.
Gerere magistratum. In Oratio.
Gerere morem, obsequi. In Adel. Vt homo est, ita morem geras. In Andr. Animi morem gessero.
Gerere negotium. De Amic. In Fami.
Gerere nomen Aeneid. 2. Et nos aliquod nomenq́; decusq́; Gessimus.
Gerere partem suam alienam. De Offic. Terent.
Gerere perfugium. In Truc.
Gerere potestatem. In Oratio.
Gerere prætorem, præturam. In Epid.
Gerere pudorem, purpuram. In Pœnu.
Gerere rem. In Eunu.
Gerere res alias, aliud cogitare. In Cistel.
Gerere rem gladio, pugnare. Cæs.
Gerere res magnas. In Fami.
Gerere rem cum cura. In Persa.
Gerere rem de compacto. Plaut.
Gerere rem bene, fœliciter, melius. In Trin.
Gerere Rempubl. auspicio, ductu, imperio suo. Cæs. In Amphitrio.
Gerere se contra disciplinam alicuius, est reluctari. Plin.
Gessit se ita. Cicero.
Gerere se perdite, turpiter, male officio fungi. Pli.

Gerere

Gerere ſenatum, ſenatorem eſſe.
Gerere ſimilitudinem quandam ſpeciemq; ſapientum, id eſt, ſapientes imitari. De Offic.
Gerere ſimultates cum aliquo. Aſcon.
Gerere ſocietatem magna fide. In Oratio.
Gerere tutelam ædium, ianuæ, curam habere. In Trucul. In Trin.
Gerere veſtes. Ouid. Quas geritis veſtes, ſordida lana fuit.
Gerere vices alterius, ſupplere locum.
Gerere cum aliquo aliquid. Ver. Nec tecum talia geſſi.
GESTare annulum. In Curc.
Geſtas animum meum, id eſt, noſtri animi ſententiam. In Merc.
Geſtauit me illa in aluo menſes decem. In Sticho.
Geſtare puerum in manibus, in ſinu. In Adel.
GESTITAre aliquid. In Ciſtel.
Geſtito vocem volucrem. In Amphit.
AGGErit amor amarum ad ſatietatem vſq;. Plau.
Aggerere aquam. Plaut. Te aggerunda curuum aqua faciam probe.
Aggerere bona. Idem. Aggerere herbas. Plaut.
AGGregare cum ſui ſimilibus huc adduxi propter ſimilitudinem quam cum his compoſitis habent literis aliquot trãſpoſitis, quamuis a grege deducta ſint.
Aggregare ſe ad amicitiam alicuius. Cæſ.
Aggregare voluntatem ſuam ad alterius dignitatem. In Famil.
Aggregauit eodẽ naufragos vndiq; collectos. In Orat.
EXAggerare orationem. In Orato.
Exaggerare rem familiarem omni ratione, eſt amplificare. In Offi.
CONgerere dona. In Tru. Ego huc dona congeſſi.
Congerere herbas in aluum. In Pſeud.
Congerere ligna, ramalia &c.
Congerere

Congerere maledicta in aliquem. In Oratio.
Congerere oculos in aliquem. Plutar. Ad Socratem omnes congerunt oculos.
Congerere opes pecuniam innumerabilem. Cice.
Congerere penum. In Eunuc. In Cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum.
Congerere vim maximam auri, argenti, pulcherrimarumq; rerum omnium. In Oratio.
Congerere in amicitia. De Amici. Neq; verendum est, ne plus æquo quid in amicitia congeratur.
CONgregare se cum aliquo. In Oratio. Atq; ibi se cũ patruo tuo congregare. Item: Quicum te voluntas congregasset.
DIGErere aliquid. Aeneid. 2. Ita digerit omnia Calchas, id est, interpretatur.
Digerere cibum, secundum Linacrum, non est, concoquere, sed significat modo per halitum aut spiritum, discutere, vel dispergere, modo in corpus reddere.
Digerere mandatum. Att. Vt mea mandata digeras.
Digerere nomina in codicem accepti & expensi. In Orationib.
Digerere semina, distinguere. Plin.
Digerere in numerum, ordinare. Verg.
EGErere humum, effodere.
Egerit fons aquam & recipit. Plin.
Egeitur lacus in flumen. Idem.
Egerere lapides ex mari. Cæs.
Egeritur stercus auium ex columbariis, id est, effertur. Columel.
Egerere vocem. In Orato.
Egerere absolute, aluum exonerare.
INGErere aquam in vrnam, infundere. Plaut.
Ingerere cibum, deglutire. Ingerere conuitia in aliquem.
Ingerere dicta in aliquem. In Asin.
Ingerere dicta in dolum pertusum, surdo loqui. Plau.

Ingerere hastam, infingere. Aeneid. 9.
Ingerere mala multa alicui, vel in aliquem: In Bacch.
Ingessi memet nullis negotiis. Terent.
Ingerere osculum alicui. Sueton.
Ingerere pugnos in aliquem. In Phorm. Pugnos in ventrem ingere.
Ingerere se in magistratum.
O G Gerere oculum amicæ, iniicere. In Trucul.
Regerere aliquid illò vnde acceperit, referre. Plin.
Regerere conuitia, maledicta, scommata sententias in aduersarium.
S E G R Egare aliquem a se. In And. Ne abs te hanc segreges.
Segregare sermonem. Plautus.
Segregare suspitiones omnes ab se, id est, se omni suspitione liberare. Idem.
S V G G Erere, subministrare. Aeneid. 10. Suggere tela mihi.
Suggerere mensam miluinam. In Men.
Suggerere sumptum. In Adelph. Cur tu his rebus sumptus suggeris.
Suggerit studia secessu. Plini. Lacus piscem feras syluæ, quibus lacus cingitur, studia altissimus iste secessus affatim suggerit.

GESTIO.

Gestire præ gaudio exultare, vel cupere vehementer.
Gestit animus aliquid agere in Repub. Attic.
Gestio ipsum dari mihi in conspectum. In Phorm.
Gestio illam moueri. In Asin.
Gestire lætitia de finibus bonorum.
Gestiunt parietes gratias mihi agere. In Oratio.
Gestiunt pugni mihi, id est, pruriunt. In Amph.
Gestiunt scapulæ mihi. Plautus.
Gestire voluptate nimia. Offic.
P R A Egestit animus iam videre. i. valde cupit. In Ora.

GENERO GIGNO.

Genuit animum deus ex sua mente diuinitate. In Phil.
Genuit blandimenta nobis multa natura ipsa. In Ora.
Genuit in hac vrbe dicendi copiam.
Gignit dies diem. Plinius.
Gignuntur morbus & ægrotatio ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione. In Phil.
Gignuntur opiniones assensionesq; firmæ. Ibid.
IN Generat amorem quēdam inter eos natura. Offi. I.
Ingenita tibi castitas, Plin.
Ingeneratur cupiditas cognitionis & scientiæ homini soli. Acad. lib. 3.
Ingenerata familiæ frugalitas. In Oratio.
Ingenerantur hominibus mores, non tam a stirpe generis ac seminis, quam ex his rebus quæ ab ipsa natura bonis. In Oratio.
PRAEgignere morem. In Pseud. Nolebam ex me morem prægigni malum.
PROgignere. In Trucul. Neq; natus est, neque progignetur.

GLVTINO.

Glutinare vulnus. Plin. Quo glutinatur vulnus.
AGGLutinare aliquid. Atti. Tu illud desecabis & hoc agglutinabis, id est, in eius locum hoc repones.
Agglutinare aliquem totum ad se Plaut.
Agglutinant se mihi ad malum malæ res plurimæ.
CONglutinare amicitias. De Offic. Si vtilitas amicitias conglutinaret, eadem commutata dissolueret.
Conglutinare amores meretricios nuptiis, id est, nuptias componere meretricias. In Andr.
Conglutinare concordiam. Att. Tueor vt possum illam a me conglutinatam concordiam.
Conglutinauit hominem natura optime. De Senect.
Conglutinare vitium animi cum causa peccati. Cice.
Conglutinare voluntates consuetudine. In Famil. Vtæ dissimilitudo, nō est passa voluntates nostras cōsuetudine

dine conglutinari,id eſt,arctius colligari.
Conglutinatus eſt ex his totus,id eſt,cōpoſitus,factus. In Orationib.

GRASSOR.

Graſſari dicuntur latrones vias obſidentes.
Graſſari eloquio. Horatius.
Graſſatur peſtis, quū ingenti hominum clade inualeſcit.
Graſſari ad gloriam. Saluſt. Qui vbi ad gloriam virtutis via graſſatur.
Graſſari aduerſus homines. Sueton. Nec minore liuore ac malignitate quam ſuperbia ſæuitiaq; pene aduerſus omne genus hominum graſſatus eſt, id eſt, improbum ſe exhibet, indiesq; nocentiorem.
Graſſari in aliquem. Liuius. In te hac via graſſamur. In Rud. Lenonem in me graſſari.
AGGredi aliquem, aſtute, probe. Plaut. Terent.
Aggreſſus ille beluam Martigenam. Plaut.
Aggredi cauſam. In Orat. Quum cauſam ſum aggreſſus. Alii legunt ad cauſam. Aggredior hominem, hoſtem. Plaut.
Aggredi honores. Aeglo. 4. Aggredere ô magnos, aderit iam tempus, honores. Aggredi iudicem. In Orationib.
Aggredi rem nullam doloſè oportet. Plaut. Aggrediamur alia via. In And. Aggrediar virum probè. Plaut.
Aggredi ad cauſam, ad crimen, ad dicendum, ad diſputationem, ad hiſtoriam, ad ius, ad leges ſingulas, ad maxima. Cice.
Aggredi aliquò. In Orator. Non enim inde repelletur quo aggredi cupiet, id eſt, appellare. Aggredi aſtutè, doloſè, probe.
Antegreſſa eſt honeſtas, id eſt, præceſſit. De Offi.
CONGREDI aliquem. In Epid. Hanc congrediar aſtu, id eſt, aggrediar.
Congredi alicui. Verg. Impar congreſſus Achilli.

Congredi cum. Att. Et cum eo, vt res indicat, sępe congressus est, id est, egit, loquutus est.

Congredi cum hoste, gladiatore, pugnare. Gell.

Congressi in vnam domū omnes. i. cōuenerunt. Varro.

Congredere actutum. In Phorm.

DIgredi aliquem, discedere. Plin. Digrediebatur vxor.

Digredi ab aliquo. Cicero.

EGREdi. In And. In Eunu. Sed ipsa egreditur.

Egreditur ætatem puerilem, annum vndeuigesimum.

Egredi flumen, transire. Salust. Egredi officio suo. In Phorm.

Egredi ordine. Salust. Egreditur ab ea In Andr.

Egreditur subito. In Eunu. Vnde egreditur? In Andr.

INGredi, ambulare. Attic. Si stas ingredere, si ingrederis curre, si curris aduola.

Ingredi balneum, domum, forum, iter, lauactrum, mare, intrare. In Hecyr. Nescis quid malis prætereris, qui nunquam es ingressus mare. Ingredi dicere. Attic. Cū ingressus essem dicere.

Ingressus est magistratum. Sal. Ingredi orationem. Atti. Quam orationem cum ingressus essem, id est, incœpissem dicere.

Ingredi pedibus iter. Cice.

Ingredere viam rectam, id est, nusquam deflecte ab honesto. Plaut. Adag. Ingredi viam.

Ingredi ad explicandum aliquid. In Oratore.

Ingredi ad studium. Ibidem.

Ingredi in causam, in conspectum populi, in forum, in orationem, in Rempub. in spem. Reip. recuperandę, in sycophantiam, in tribunatum. Cice. Plaut.

PROGredi ætate. Progredi domo.

Progressus iter bidui. Cæsar.

Progressus viam multorum dierum. In Philoso.

Progredi antè ædes, cum corona & lampade, in amicitia, intra carcerem ipsum. Plaut.

Progredi foras, pariter. In Bacch. In Pseud.
RE Gredi in memoriam, meminisse.

GRATOR GRATVLOR.

GR Atari alicui, sibi, vox historica & poëtica est gaudere de bono proprio vel alterius. Aeneid. 4.
Gratari sorori. Metamorph. 8. Totoq; libens mihi pectore grator.
GR Atulamur alienis: dicimusq; gratulor tibi hanc rē, hac re, de hac re, & pro hac re.
Gratulabor aduentum vestrum filiis. In Sticho: Aduentum gratulamur. In Eunuch.
Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi. In Famil.
Gratulatus es mihi illius diei celebritate. Attic.
Gratulari diis, gratias agere. Liu. Afran.
Gratulatus est rei recuperatam libertatem. In Orat.
Gratulor mihi, tibi absolute. In Famil. Ipse mihi gratulatus sum.
Gratulantur mihi eam rem. In Capt.
Gratulor huic terræ. Ouid.
Gratulatur ei voce maxima victoriam. In Oratio.
Gratularis mihi de filia. Cicero.
Gratulor vehementer de iudicio ambitus. In Famil.
Gratularis mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, de leuitate & imbecillitate Clodii. In Famil.
Gratulare mihi absenti de reditu nostro. Attic.
CO Ngratulari alicui. In Orationib. Mihi deniq; homines præcipue congratulabantur.
GRAT Ificari alicui gratum facere. In Famil. Pompeio gratificari se putant.
Gratificari decus atq; libertatem suam, Salust.
Gratificari gratiam peruersam.

GVSTO.

GVST Are labris primoribus genus hoc vitę. In Orationib.

Gustare labris primis philosophiam. In Philo.

Gustare præcepta quædam breuia de actione & de memoria. In Orat.

Gustare eius sermonem volo. In Mostel.

DE GVstare conuiuam. Attic. Istum conuiuam tuum degustes .i. cognoscere discas, fac eius periculum.

Degustare mentes sensusq; hominum. In Orationi.

Degustes pauca volo ex altercatione nostra. Attic.

RE Gustare literas. Attic. Crebro regusto tuas literas. Item: Illam legi, volo tamen regustare.

HABERE.

Habere absolutum aliquid. Attic.

Habere acceptum aliquid a patre De Offic.

Habet acerbitatem obiurgatio. De Offic.

Habere acetum in pectore. Habere actionem. In Orationib.

Habere acumen. In Orato. Habere aditum ad aliquem. Attic.

Habere addictam fidem & religionem pretio. In Orat.

Habere admirationem. In Orato. habere aduersos sibi multos, id est, inimicos. Salust. Habere ætatem suam bene. In Merc.

Habere ætatem procul a Repub. est viuere sine munere publico. Salust. Habere æmulum. Atti.

Habere æquitatem. De Officiis.

Habere æquum & bonum. In Orationib.

Habere æs alienum. In Famil. habere altercationem. In Orato.

Habere amasium, amicum. In Capt. De Amic.

Habere ambiguum. In Famil.

Habere animum alienum ab aliquo, bonum, inquietum, intentum.

Habere animum magnum. De Offic.

Habere animos sublimes, superbire. Metamorph. 4.

Habere animum ad nuptias. In Andr.

Habere annulum in digito. In Hecy.
Habere annum plenum atq. integrum ad præturam gerendum. In Oratio. Habere apparatum.
Habere anxium, inquietũ & solicitum exercitum. Cæs.
Habent appetitus rerum animalia. De Offic.
Habere argumentum. De Offic.
Habere artes in complexu, oculis, auribus. Plin.
Habere artificium, aspectum deformem.
Habeo audire quid hic sentiat, id est, audiendum est mihi. Cicero.
Habere auratam & vestitam bene mulierum. In Men.
Habemus autorem neminem. In Philoso.
Habere autoritatem. In Famil. De Senect.
Habere auxilia maxima. Attic.
Habere bonum & ęquum quod defendat in causa. i. honestum. In Orat.
Habere bona sua pro stercore, nihili facere.
Habere caput. Nec caput nec pedes habet, modus loquendi, cum res intricata & impedita est, vt quo te vertas nescias.
Habet casum magnum. In Famil. Habere castra. Attic.
Habere catenas. In Orationib. Habere causam. De Officiis.
Habere cautionem. De Offic. Habere censum. In Ora.
Habere certandum cum aliquo. Pli. Habere certum. In Famil.
Habere charum aliquem vel charam. Attic. In And.
Habere ciuitatem. In Orationib.
Habere cognationem cum aliquo. In Philoso.
Habere cognitionem. In Philoso.
Habere cognitum. In Philoso. De Amic.
Habere cognomen sapientis. De Amic.
Habere collectum aliquid multo labore, sudore, vigiliis. In Orationi. Habere colloquia inter se. Cæs.
Habere comitia. In Philoso. Ioue tonante, fulgurante,
comitia

comitia populo habere nefas. Habere comitatum sermonis. De Offic.
Habere commendationem formæ atq; ætatis. Cæs.
Habere commendatum aliquid In Famil.
Habere commertium cum aliquo De aliquo. De Offi.
Habere commissuras mirabiles In Philoso.
Habere compedes. Terent. Habere compertum. Salust.
Habere comprehensum. In Philoso.
Habere conceptum atque comprehensum aliquid animo. In Philo.
Habere conciliatum bonorum studium ex tribunatu. In Famil.
Habere concionem. Attic. Habere concitationem. In Oratore.
Habere conditionem. In Orationib.
Habere conditionem ab aliquo. Atti.
Habere conductum aliquid, vt fundum. In Oration.
Habere confusam & incertam constitutionem. In Phil.
Habere coniunctum cum causa, cum virtute. In Famil. De Officiis.
Habere conscientiam conditionis suæ. Plinius.
Habere consilium de Repub. Salust.
Habere constitutam necessitudinem In Famil.
Habere constitutionem cõfusam & incertam, diximus.
Habere contemptui.
Habeo conuenire, id est, conueniendum est mihi.
Habere conuersum aliquid. In Orationib.
Habere conuiuium. In Casi.
Habere copiam vberrimam ad laudandum. In Orat.
Habere copiam auxilii. In And.
Habere copulatum alicui. In Philoso.
Habere culpam. In Stich. Habere emulatum. De Offic.
Habere cupiditates. In Orat. Habeo curam vestri. Gel.
Habere curæ imperium. In Men. Habere cursum Cæsar.
Habere defensionem contra crimen. In Orato.

Habet delectationem præteriti doloris secura recordatio. In Famil.
Habere delectum. De Offic. habere deliberationem. De Offic.
Habere deliberatum. In Orationib.
Habui te delicatam nimium i. laute nimis educaui. Plau.
Habere demonstrationem conuersam. i. contrarium demonstrare. In Oration. habere deos faciles, i. propitios. Ouid.
Habere depopulationes In Orationib.
Habere depositum aliquid apud aliquem. In Oratio.
Habere despicatam adolescentiam, mulierem. In Eunu. In Casina.
Habere despectui. In Men. Habere deum præsentem. In Phorm.
Habere dicere de diis. In Philoso.
Habere dictum iam satis. In Pers. hoc tibi dictum habe.
Habere difficultatem, dignitatem sapientię doctoribus, dignitatem summam in motu, dignum, diligentiam, discrimen, dispersum aliquid, dissimilitudinem, diffuasionem in se, disputationem, diuisum aliquid inter se, diuina atq; humana omnia promiscua, dolores, dolorem magnum, diuinationem in aliquē, dubitationem.
Habere edictionem alicui, edictum, effugium, emissiones, escam optimam, euentus bonos, excogitationē, excusationem, exemplum ad imitandum, exercitum anxium & solicitum, existimationem, eximium neminem, exitum bonum, difficilem, infœlicem, inopinatum: expectationem, expertem aliquem amoris, expertum, expletum aliquid, explicatam aut exploratam rationem salutis suæ, expurgationem.
Habere fabricationem, faciem ad aliquam rem, facta similia, factionem testamēti, facultatem, falsum aliquē, falsa pro veris, famā, familiaritatem cum aliquo, fas, febrim, fidem alicui, verbis, fiduciam, filiū ex aliquo,

fœlicitatem,fœnum in cornu,formam,formatum ali quid,fratrem,fructum.

Habere gaudium,grates, gratiã alicui,& ab aliquo gratias,gratulationem,gratum,aduersum aliquem, grauitatem.

Habere hominem ipsum,honorem & honores alicui, honore aliquem.

Habere iactationem,ignominiam,imperium summum domi & militiæ,imperium in beluas,implicatum aliquem beneuolentia & consuetudine,impetum,impunitatem,immunitatem rerum omnium,incerta pro certis,incolumitatem,incusationem,indicẽ, indictum bellum,infamiam,ingenium,ingrata bona,inimicum, inuidiam,inuitum,inimicitias,iniquitatem,insidias,instar minimi momenti,intimum aliquem,iracundiam, iter aliquo,iudicium,ius disputandi,transeundi,vocandi:iussum.

Habere labem conscientiæ in animo,lætitiam,laudationem,laudem,leporem in verbis,leuationem,ægritudinem,cupiditatem,formidinem procreandi,licentiã fingendi,literas ad aliquem,loco eodem, loco fratris,hostium,patris, prædæ,locum consilii,ludibrio aliquem,lumen literarum.

Habere magistrum , magistratum, magni, magno, malum, magnum , mandatum ab aliquo , maturitatem, memoriam,mercatum, merita,metum, mirum,miserum,missum aliquem,modum,molestiam,momenta partita inter se & diuisa,momenti nihil,moram, mores nouos,motum, motus animorum interpositos, mutationem,multa.

Habere naturam admirabilem ad dicendum, naturale aliquid,nauci,necesse,necessitatem,neglectui, negotium,nomen sapientiæ,notatum aliquid animo,notitiam dei,notitiam fœminæ,notum,numero aliquo aliquem,numeros omnes,numerum suum suorum.

Habere obfirmatum aliquid, obstrictum sibi, obtrecta-tionem, occasionem, occultum aliqd, occupatum animum, otium ad potandum, oculos suos in oculis alterius, odio aliquem, odium in aliquem, offensionem officia alicuius in aduersis & secundis, omnia, opinionem alicuius & de aliquo, opportunitatem, optionem, opus consilio, vel opera alterius, orationem ad aliquem vel cum aliquo, ordines.

Habere pactam sororem filio, palmam, paratum aliqd, parem neminem, partem magnā, partes priores, partes in comœdia, participem aliquem cōsilii, partitum aliquid inter se, patrem aliquem, pensum, pensi quicquam vel nihil, perceptum aliquid, perfugium vllum perspectum rebus maximis, persuasum sibi, polliceri, pondus, positum, præbendum aliquid, prædæ aliqd, præpositum aliquem amori suo, precari, prehensionem, pretium summum, prima quæ suauia in præsentia essent, principatum, principia, probro, processum, progressum in literis, promiscua omnia diuina & humana, promissum alicui, propitium aliquem, propositum iudicii metū, propositū reprehendendi, tuēdi aliquē, prouinciā, proximū aliquē, pudicitiā, pudorem.

Habere quæstionem de aliquo & in aliquem, quæstorem aliquem, quæstui aliquid, quartanam, querelam apud aliquem de aliquo, quærimoniam de crudelitate alterius.

Habere rationem alicuius, aliorum, absentis, rationem accepti & expensi, rationem dicendi, dignitatis, salutis, sui, suorum, valetudinis: rationem cum musis, cum terra in rebus omnibus, rationis aliquid, receptum aliquem in his partibus, recordationem literarum, regnū in cœlo relatum nomen in codice accepti & expensi, religioni contrarium aliquid, reliquum, rem omnem, rem pactam, Rempublicā, res solutas sibi recte, rem cum aliquo, reprehensionem tribunatus, re-

quietem,

quietem, residuo, respectum ad bonos, ad senatum, respectum rebus maximis, responsum tibi, robur, rogationes ambitiosas, necessarias.

Habere salem, scelus, scholas, scientiam, scribere ad aliquem, scriptum, se bene, caste, ita, parcè, sic secundum aliquem in ciuilitate, eloquentia, eruditione, familiaritate, integritate, mansuetudine, pietate, possessione: sedem, segregatum aliquem a se, senatum, senectutẽ, sensum in rebus, sensum oculorum vera cernentem, sententiam eãdem, sermonem apud amicos, apud populũ, de agricultura, priuatim, publicè, inter aliquos: sibi aliquem, signum ex arce, simile quicquam hominum, socium, solicitudinem, solicitum aliquem, solutas res recte, somnum, sororem, spatium, speciem gloriæ, speciem honesti, spectatam fidem, spem summã viris electissimis ciuitatis spem de aliquo, spem positam in vno homine, splẽdorem in voce magnum, statutum cum animo, stipendiarias ciuitates, studia, studio, studiosum sui aliquem, suadere suasionem in se, suauitatem, sumptus cum aliquo, susceptum bellum cum aliquo, suspectum, suspensas rationes, suspitionem luxuriæ.

Habere tantum aliquid secum, lautum, tempus, temporis nihil vacuum, testimonium vocis, testem, testes ad eam rem, totum aliquem, tuendum aliquid, turmas æquitum ab aliquo, turpitudinem.

Habere vacationem militiæ, vectigales socios, venalia bona, venalem iurisdictionem, verbum, verecũdiam, viam ad aliquem, victoriam, vigilias, vim, vim apertam, virtutem in manibus, in se, vitium, vacationem, voluntatem alicuius, erga aliquem, voluptatem, voluptati, vota, vrbem, vsum membrorum, rerum vel ex rebus, vtilitatem, vultum in manu, vxorem.

Habere a Cæsare conditionem, a disciplina vetere verecundiam, a patre nomen, a seruis se caste, a se segregatum

gatum aliquem.

Habere ab aliquo gratiam, licētiam, literas, mandatum, turmas equitum, satis.

Habere ad aliquem aditum, literas, viam: ad bonos respectum, ad Capadociam castra, ad imitandum exemplum, ad iniuriam, causam, ad manum seruum, ad nuptias animum, ad omnia, ad potādum otium, ad præturam gerendam annum plenum & integrum, ad primam epistolam, ad rem aliquam testes, ad rem eam faciem omnem, ad Rempub. euertendam, annum plenum & integrum, ad senatum respectum.

Habere aduersum aliquem, gratum aliquid.

Habere apud aliquem depositum aliquid, apud aliquē querelam de aliquo, apud amicos sermonem, apud populum sermonem.

Habere cum aliquo bellum susceptum, rem, sermonem, sumptus: cum administratione prouinciæ dissimilitudinem, cum animo statutum ac deliberatum: cum causa, coniunctū aliqd, cum Musis rationem, cum rerum natura cognationem, cum terra rationem, cum virtute commertium, cum virtute coniunctum aliquid.

Habere de aliquo fundum conductum, de aliquo querelas apud alterum, de aliquo sic, de aliquo spem, de agricultura sermonem, de crudelitate alicuius querimoniam, de Repub. consilium, de villa sermonem erga aliquem voluntatem.

Habere ex alio, ex aliquo filium, ex arce signum, ex bellua vsum, ex ingenio proprio, ex se.

Habere extra catenas aliquem.

Habere in aliquem dominationem nimis magnam.

Habere in aliquem quæstiones.

Habere in aliquo dignitatem summam.

Habere in amicis aliquem, in amore aliquem.

Habere in animo, in animo cōsolationem, in animo petere, proficisci.

Habere

Habere in auribus, in audiendo voluptatem.

Habere in beluas imperium, in carcere, in catenis aliquem, in capite suo discrimen, in causa æquum & bonum, in codice accepti & expensi nomen, in cœlo regnum, in complexu artes, in consilio, in conspectu artes, in custodiis liberis aliquem, in delitiis simiam, in decem viris aliquem, in eloquentia laudem, in gratia, in homine vno spes positas, in itinere sermonē apud amicos, in iudiciis legitimis defensionem contra crimen, in literis processum, in vxoris loco amitam, in ludo gladiatores, in manibus opus magnum, virtutes. in manu vultum, in matrimonio consobrinam, in memoriam, in motu summam dignitatem, in nominibus aliquid, in numerato, in numero necessariorum suorum, in numero sapiētum, in numero suorum, in oculis aliquem, in oratione fabricationem, in ordine omnia: in ore aliquem, consolationem, versus.

Græcos: in parato, in populo iactationem, in potestate aliquid, in præfectis aliquem, in promptu, in propatulo, in prospectu, in re aliqua progressus, in rebus omnibus rationem, in rebus omnibus sensum quendā, in ridiculo aliquem in se laudem veram, principatum, virtutes: in spe bona omnia, in Tusculano disputationem, in verbo fabricationem, in verbis leporem, in verbis pingendis pondus, in vinculis aliquem, in viris aliquem, in voce magnum splendorem, in vsu, inter se partita & diuisa momenta.

Habere pro amico, pro ancilla, pro certis incerta, pro certo, pro derelicto, pro exemplo, pro explorato, pro factis vota, pro filio, pro fratre, pro hoste, pro literis, pro oraculo delphico, pro patre, pro stercore bona sua, pro suo, pro sybillæ foliis, pro veris falsa, pro vxore.

Habere sub manu, sub signo volumen epistolarum, subter se omnia.

Habere

Habere ęgrè,angustè se,arctè contenteq; aliquem,bene ætatem suam,bene & pudicè aliquem,bene rem, bellè,castè se,clàm,comiter,duriter se,frustrà, gratis,humaniter,impunè,ita luculente diem aliquem, malè, multum studii,munditer se palàm.parce se,pudicè,rectè,sat,satis,satis acuminis,satis cõpertum,satis orationis,secum tacitum aliquid,sic:susq; deq; vulgo.

HAbitare casas humiles,triginta millibus, Mileti, Rhodi,viciniæ proximæ,apud aliquem,in ædibus in bonis,in foro,in oculis,in platea hac,in rebus,in rostris in vita beata metum summi mali,in vultu oculos.

Habitare bene,laxe,& magnifice.

ADHIbere animum suum,animum fortem,arbitros, artem rei alicui,aures,autoritatẽ,autoritatem ad monendum,calcaria alicui,calumniam,cautionem rebus suis propter infirmitatem bonorum & iniquitatem malorum,celeritatem,cibum & potionem,consolationem,contentionem,cultum diis immortalibus, curam de reditu,de salute,de sacerdotio,curationem omnibus,delectum,desperationem in consilium cogitationum suarum,diligentiam in omni munere fungendo,doctrinam,dolorem animi in consolando aliquem,dolum,fraudem,frenum alicui,fugam pugnæ similem, gratiam, grauitatem in summo dolore,honores alicui,iudicium,laudatores è claris viris, lectionem ad aliquid,lumen rebus,machinas omnes ad tenendum adolescẽtem,magnitudinem animi,manum vectigalibus alterius,medicinam alicui,memoriã rebus,metum sibi comitem, miserationẽ,misericordiã in hominis fortunis,moderationem summam in rebus,modum rebus,modum sumptibus, mundiciam, neruos,officium erga aliquem,parsimoniam,patronum,pompam in dicendo, præparationem diligentem,preces diis immortalibus,principem in causis,rationem,religionem,reuerentiam aduersus homines,

sapientiam

ſapientiam in Reip. ſalute, ſe in commune, ſermonem ad voluptatem, ſermonem in poculis, ſolatia alicui, ſpeciem quandam in dicendo, ſtudium ad diſcendum & ad omnes rerum bonarum diſciplinas, ſuauitatem, teſtem deum, teſtes è claris viris, tormenta, tympana, varietatem orationis, vim alicui, veritati vires, vocem virtutem in ſummo dolore, vſum.

Adhibere ad aliquid lectionem, ad cauſſas maiores aliquem, ad dicendum & ad omnes rerum bonarum diſciplinas ſtudium, ad mouendum autoritatem, ad ornatum corporis, aliquid: Aduerſus homines reuerentiam. De ſacerdotio alicuius curam: E claris viris laudatores, teſtes. Erga aliquem officium. In cauſis principium, in conſilium cogitationum ſuarum deſperationem, in conſilium ſe, in dicendo ſpeciem atq; pompam quandam, in dolore ſummo grauitatem & virtutem, in hominis fortunis miſericordiam, in omni munere fungendo ſummam diligentiam. In Reipublicæ ſalute ſapientiam.

Adhibere celeriter, liberaliter aliquem.

COHIBere ærarium ſeueritate: animum, manus, oculos, a ſociorum coniugibus ac liberis, ab auro gazaq; regia conatus crudeliſſimos alterius, filium, impetum furentem alterius, libidines ſuas a coniugibus alienis manus ab alieno, oculos, os, ſe a pecuniis ſociorum, ſe intra limen, ſemen.

EXHIbere aliquem, affectum patris alicui, arguitas alteri, inter patinas fidem, horam nullam in ciue liberādo, imperium, iuſtitiam, moleſtiam, negotium, promiſſum librum alteri, rationes, rem ſaluam, ſe amicā, ſe iudiciis hominum, ſe tormentis.

INHIbere imperium, nauem retro, remiges, ſe rationibus: ſcrupulum, ſpem legibus, ſupplicium alicui.

PERHIbere, dicere, vel dare.

Perhibere aurum, cibum, ea quibus eſt vſus homini, locum

cum alicui apud se, testimonium, verba.

POST habere res omnes sibi.

PROhibere aditu operis, calamitate magnum ciuium numerum, cõmeatu exercitum, corpore suo aliquem discessionem, domo aliquem, fame, frumentatione Romanos, hospitio arenæ, hostem a pugna, ignes infandos a nauibus, incendium tectis, incuriam, infamiam, iniuria tenuiores, linguam a dolo, a mẽdacio, manum ab iniuria. minas: morbum capiti, cruri, oculis pabulatione Romanos, parentes alicui, prospectum, regione aliquem, vim a se, vxorem alicui.

Prohibere a dolo, a mẽdacio linguam: a periculo Rempub. a pugna hostem. a se vim: Ab ædibus aliquem, aqua, fuste, lotio: ab iniuria aliquem.

Prohibere cum infinitiuo, vt: prohibet abire, adire, cognoscere, discere, docere, fari, iuuare, resumere vires, videre. Quod dii prohibeant. Isthæc dii prohibeãt.

HAEREO.

Hærere alicui, aquam, clauo nauis, crimen, culpam in aliquo: famam alicuius ad metas, fluuiis, fontibus, incepto, lingnam metu, loco aliquo, ossibus, peccatum alicui, pedem pede, pugnum in mala, puteis, rem, scalas parietibus, sedibus, tela, icta in scuto, terminum alicubi, turpitudinem alicui, viro virum, vocem faucibus, vultu immoto, vultum.

Hærere ad metas famam alicuius, Apud aliquam, In aliquo culpam, crimen: in ædibus sumptuosis, in aqua, in bonis, in caussa, in corpore totum, in faucibus, in gradu, in iure, in luto, in mala pugnũ, in mercibus venalibus, in oculis, in parte aliqua apud aliquem, in pœnis, in Repu. religionem, in salebra, in scopulis, in scuto tela, in media stultitia, in tabulis publicis reum, in thesauris, in vado, in vestigio, in virgine, in vultu alicuius. Hærere alicui.

HAEsitare lingua, in institutis maiorum, in luto.

ADhærere

ADhærere alicui aliquid, ad turrim, ad ventrem infimum famem.

ADhærescere ad columnam, ad fundas, ad saxa, in materiem seditionis.

CONhærere alicui nuptias, orationem.

INhærere ceruicibus patris, matri, oculis memoriam imaginis, rem animo.

HALO.

ANhelare crudelitatem ex infimo pectore, malum, minarum genus tristissimum, scelus.

EXhalare crapulam, conuiuii crapulam, vinum.

INhalare popinam teterrimam ore fœtido.

HAVRIO.

HAVrire animum, animo, auribus vocem alterius, calamitates incredibiles, cœlum, cupiditates, dolorem acerbissimum in vita, fontes, incendium, longi temporis opus, latus apertum, luctum, pateram spumātem, pauorem, corda exultantia, rorem, solem, mediū orbem, supplicia, voluptates affluentius.

EXhaurire ærarium alicuius, amorem iniuria, bella, domum alterius, fontem benignitatis, homines sumptu labores, laudem alicuius, legatis aliquem, mala sermone vnius ambulationis, mandata alicuius, pecuniā omnem ex ærario, prædam maximam ex agris, fortunis, vrbibusq; sociorum: spiritum, terram manibus sagulisq;: vigilias frustra, vinum, vires.

HIO.

HIARE, aperiri, deduci rimis.

Hiare æstu, ariditate, domus, flores, humus dicuntur.

INHiare aurum, bona, hæreditatem, quod nusquā est.

HISCere, aperire os ad loquendum. Plaut. Ne hiscere quidem audet. Plin. Quis hiscere audebat.

Hiscere ædes, terra dicitur, id est, aperiri.

DEhiscit terra. Aen. 4. Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat. Dehiscit vterus. i. aperitur.

HONESTO.

Honestare aliquem honore, vno basilice spacio, duobus spaciis tribus'ue factis: domum domino, mortem alicuius. Hinc cohonesto, dehonesto.

HORREO.

Horrere aliquem, crimen ingrati animi, furem, incursus luporum.

Horret corpus, ager, terra sub hyeme, tempore hyemali.

Horrendum monstrum.

HORrescunt campi, segetes.

Horrescere morsus futuros. Hinc horrifico, horripilo.

ABhorrere aliquem, distortos & pumilios vt ludibria naturæ maliq; omnis: famam ampleatam, hilaritudinem.

Abhorrere a charitate vulgi, a nuptiis animum, a suspitione orationem, a veritate.

Abhorrere ab aliquo rationem, sentẽtiam, voluntatem: ab auribus vulgi, ab ipsa caussa, ab officio suo, ab vtilitate eorum q audient orationem: ab vrbe relinquenda, ab vxoria re.

Exhorrere vult accusatiuum. Inde exhorresco.

HORTOR.

Hortari aliquem. In hecy. Te sedulò & moneo & hortor. Deductum ab ore.

ADhortari aliquem. In heaut. Præterquam res te adhortatur tua. In Eunu. Adhortor properent.

COhortari inuicem. Sueton.

DEhortari aliquem, aliquid. In Phorm. hic dehortatus est me, ne illam illi darem. In Captio. Si erit occasio, haud dehortor.

Dehortari ab. Ad heren. Si ab his dehortabimur.

Dehortari cum infinitiuo. Gellius. Multa me dehortata sunt huc prodire.

EXhortari.

IACEO.

IACEre animum, campos, carmen, cineres, conclusionem totam, contemptum, delectum, humi, iudicia, neglectum, orationem, pecuniam, pretia prædiorum, rationes, relictum, Rempublicam, somno, studia, stilum testibus, virtutes.

Iacere ad pedes alteri, antè ædes, extra ordinem, in aduersariis nomen, in aqua carnes, in limine, in lustra, in medio, in neruo, in obliuione, in occulto, in pace, in perpetuum, in ruinis Reipubli. tempora, in silentio, sub arbore.

Iacere grauiter, passim.

Subiacere alicui, subditum esse.

IACIO.

Iacere adulteria alicui, aggerem, aleam, anchoram, caput suum in mediam contentionem, contumeliam in aliquem, fulmen in medium mare, fundamenta pacis, salutis: globum, gradum ad alia, igniculos quosdam viriles, iniuriam nefariam in aliquem, mœnia, muros, salutem in hac arte, scyphum de manu in aliquem, significationes nec dubias, suspicionem alicui, talos, telum, terrores non mediocres, vocem iracundiæ & doloris.

Iacere in aliquem dicta, contumeliam, fulmen, iniuriam scommata, scyphum.

Iacere obscure aliquid.

IACTARE aliquem, ceruiculam in hoc crimine, clamore, conuitio aliquem, curas pectore, lapides in orbem vacuum, minas, nummum, odorem late, se de istis piscinarum tritonibus, se in caussis, se magnificentius, terra mariq., terrorem, verba, vocem ad sydera, in iudicus rem, in opere declamatorio.

Iactare vulgo aliquid.

IACTITARE aliquem.

ABIICERE aliquem, ædificationem, amorem, ani-

mum, autoritatem senatus, cogitationem de dicenda in senatu sententia, cogitationes suas omnes in rem tam humilem atq; cõtemptam, cõmentationem caussarum, cunctationem omnem, consilium belli faciundi, curã omnem de Repu. dolorem omnem, gloriam totam, hastam, intercessorem, obedientiam, onus officii propter perfidiã, onus, põdus humeris: segnitiẽ, socordiã a se, superbiam, togam, ad pedes alicuius se.
Abiicere a, ad, de, in, propter, patẽt superioribus exemplis.
ADIICEre aliquid alicui, animum ad virginem, autoritatem voluminibus, calculum album, conuitia facto, dies super dies, gloriam ingenii & doctrinæ ad laudem aliquam, imprudentiam oculorum aliquo, latus alicui, mentem dictis, naues apertas ad minores, noui aliquid, oculum hæreditati, oculum puellæ, oculos cupiditatis ad omnia, oculos in aliquem, oleũ in flammis, pulchritudinem alicui rei, sententiam suam
Adiicere ad, in, super phrasibus dictis reperies.
CONiicere cętera, ignes, lapides, pila.
Coniicere e loco superiore tela, ex area lapides.
Coniicere in aliquem oculos, in aliquem spem, in amorem aliquem, in carcerem, in castra aduersariorum se, in collum palliolum, in diligentiam nimiam serui crimina, in equuleum, in familiam alienam maximam se, in fugam hostes, se: in gregem locupletium, in tenues simultatum caussas, in hostes tela e superiore loco, in ignem aliquem, in intimum se, in lætitiam aliquem, in latebram mirificã se, in lautumias, in librũ aliquid, in malum se, in metum, in morbum aliquem, in multitudinem culpam rei, in noctẽ aliquid, in nuptias aliquem, in ordinem aliquem, in pedes se, in perturbationem Rempub. in plagas aliquem, in prouinciam vltimam se, in saginam se, in tempus breue aliquem, in terrorem animos tyronum, in tricas aliquem, in
turbam

turbam se, in vincula aliquem. Coniicere se intro.

CO Niectare aliquid, male.

D Eiicere aliquem ædilitate, autoritate, cõsulatu, loco, principatu. Deiici animo, spe.

Deiicere aluum, columnis operas aranearum, hostem telo, libellos, metum per virtutem, oculos, sortes.

Deiicere a capitolio, a corpore cruciatum, a guberna- colis senatum, a Repub. oculos: Ab ædibus, ab ar- bore arcem, ab æquo hostem: De custodia ciuitatis Imperatorem, de foribus areneas, de gradu aliquẽ, de honore aliquem pecuniis, de pariete araneas, de ponte sexagenarios, de ponte minorem annis sexa- ginta cõtra morem maiorũ, de possessione fundi ab- sentem, de presidio vrbis Imperatorem, de sententia aliquẽ, de statu omni aduersarios, de via, e fundo ali- quem, ex aëre gruem, ex capitolio, ex defensione ali- cuius propugnaculũ, ex proximi vicini fundo, ex in- teriore parte ædium, ex possessione Rempub. in ca- put securim elatam, in carcerem aliquem, in humum oculos, in locum inferiorem, in vincula aliquem.

DI Siicere manum, medium aliquem, rates.

EIIC Ere aliquem ædibus, ciuitate, domo, nudũ op- pido, senatu.

Eiicere amorem ex animo, animum patris de filio, cre- pitum ex aliquo, linguã, molliciem animi, nauem ali- quò, ruborem alicui.

Eiicere ad littus, apud Andrum, de filio animum pa- tris, è mari, è prædio, ex aliquo crepitum. ex animo amorem, ex oppido aliquem, In terram, nauem.

I Niicere amẽtiam satellitibus, capistrum equo, catenas hominibus miseris innocentibusq;, caussam alicui de- liberandi & iudicandi iustam moram & religionem, cogitationem alicui de triumpho, cupiditatem ho- minibus, curam alicui, desperationem Reipub. dubi- tationẽ hominibus, formidinem miseris, frena intem-

perantiæ, iræ, luxuriæ: frustrationem maximam in familiam alicuius, fugam inimicis, ignes sedibus capitolinis, lora canibus, maculam libro, manum, mentem metum alicui, & in pectus alicuius, notam libro, periculum mortis, pilum alicui, plagam petitioni alicuius, pontes nouos fluminibus, securim petitioni alicuius, scrupulum, spem alicui, studium magnum hominibus, timorem bonis omnibus, tragulam in sené, verba alicui, vincula.

Iniectus ad incredibile crimen.

Iniicere in aliquem manus, telum: Iniicere in fraudem malam & præmium aliquem: In ignem se, in sermone aliquid alicui.

I N Teriicere aliquem aliis, baculum canibus, dies paucos, medium aliquem ætatibus fratrum, sagittarios equestri prælio, sententiam orationi, se pugnæ, spatium, valles collibus.

O B I I Cere argentum alicui, Asiam alicui, ciues suos seruis armatis, crimen, dedecus, errorem alicui, facinora puerilia, isthuc ætatis homini, florem vini naribus alicuius, funera acerba populo Thebano, furorem alicui, gaudium, ignobilitatem Cæsaris filio, ingratitudinem alicui, iumenta machinæ, lætitiam, nec opinanti alicui laborem, lucrum alicui, macheræ aliquem, malitiam, malum, moram, negotium alicui, pabulum auibus, præpedimentum fallaciæ alicui, præuaricationem, probrum, religionem alicui, se periculis, signum religioni, solicitudinem, vitam morti, periculo, telis hostium.

Obiicere de morte alicuius alicui.

O B I Ectare caput periculis, possessiones alicui ex bonis præscriptorum.

P O Rricere, procul iacere, sacrificantium vox est. Aenei. 5. Extaq; salsos Porriciam in fluctus.

P R Oiicere aliquem, ampullas & sesquipedalia verba, audaciam,

audaciam,pedem,pudorem,ſe in gramina,in antro viridi,in miſerias,ſe in pedes.

RE Iicere aliquem,cauſſam,hoſtem,iudices,manus ad tergum,negotium,nihil huc,onus,pecora, quod excedit rationem,rem,Romam aliquem,ſanguinem,ſe in alium familiariter.

Reiicere ad epiſtolam ipſam aliquem,ad leges ſe,ad ſenatum omnia,ad tergum manus,ex ſenatu aliquem, in aduentum Cæſaris aliquid,in alium ſe,in annum alterum comitia,in menſem alium,in Galliam cauſſam,rem.

SV Biicere animum vitiis.ceruicem imperio, iugo,oneri,ſecuri: integros vulneratis defeſſisq́.,lapſus alicui rei,materiam,pigritiam,pręconi publico aliquem,pudorem ſub metum quod dictum eſt: rē fortunæ,rem oculis,rotas,ſcelus fraudemq́; nocentis odio ciuium ſcientiam,ſententiam,ſe legibus alterius,terrorem,teſtamentum,timorem,verba alicuius,veritatem.

Subiicere ſub aſpectum,ſub metum pigritiam,pudorem terrorem,timorem.

TR Aiicere aliquem haſta,iaculo,telo: Traiicere ęquor brachium alicui,traiicere claſſe in Italiam,claſſem in Aphricam,copias Iberum.

Traiicere cœlum aues,ſol dicitur,traiicere Rhodanum exercitum,flumē,humerum romphea, mare murum iaculo,ſe flumen,verbum.

IGNORO.

Ignorare aliquem,aliqd,ius,nomen ſuum, patrē ſuum.

IMBVO.

Imbuere animum tenerum opinionibus,aram agnis, farinam fermento,gladium ſanguine,gladium ſcelere, ingenium artibus,lanam liquoribus,mentem hominis deorum opinionibus,teſtam odore.

Imbui artibus,crudelitate,erroribus variis,flagitiis, literis bonis,malis moribus,opinionibus,parentum pręceptis

ceptis, se studiis ab ineunte ætate, stipendiis castrensibus, vsu.

IMITOR.

Imitari aliquem, aliquid, Auidienum, id est, auarum & parcum: Imitari chirographum alterius, Epicurum, magistrum, maiores, imitari patrē, poëtas, proauos, senes: imitari sonitus olympi, Stoicos, veteres.

INCHOO.

Inchoare altum aliquid, bellum, conuentum, libros.

INDVLGEO.

IN Dulgere ab algeo in litera A ponere neglex*i*mus.

Indulgere alicui affectibus suis, amicis nouis, animo suo Baccho, desiderio alicuius, dolori, ebrietati, gaudio, genio, gulæ, gymnasiis, hospitio, inertiæ, lusibus, luxuriæ, peccatis, poculis, precibus, sibi, somno, suffragio, valetudini, vestitu pro vestitui, vino.

INDVO EXVO à dyo.

Induere amicum, animum ferocem, mitem, muliebrem, puerilem, virilem, annulum aureum in digito, bardocucullam, cognomen alterius sibi, coronam, traterem corona, ensem humeris, exuuium leonis, fortitudinem, galeam, hominem, imaginem mortis, indusium lineum aut laneum, ingenium sibi, insignia Bacchi, iudicem, lugubria, monachum, mulierem, parasitum, personam amici aut iudicis, pharetram humeris, pileum, regem, sacerdotem, scalam, se vallis acutissimis se veste, se vuis vineas, se in florem, se in idipsum, se in laqueos multos, se in vults varios, sertum, talaria, Thersiten, togam virilem, torquem alterius sibi, tunicam alicui, tirānum, vestem sibi, vultum pueri, regis senis, virginis.

Indui confessione sua, induti pice postes, induta segetibus terra.

Induere in, habes dictas phrases.

Induere in mentes animos'que hominum cum audien-

di quadam illecebra res vtiles. Gellius.

EXuere aliquem anima, armis, opibus, regno, ensem humero, ferocitatem, frontem, hominem, humanitatem, gratiam nouitatis, manus vinculis, mare pulcherrima classe, mētem istā, metū mulierem, ossa magna, pedes vinculis, pharetram humeris, pudorem, puerum, se, se agro paterno, se patrimonio, se pellibus, se sarcina, se tunica, timorem, verecundiam, virum.

Exui conscientia mala, corpore. gloria, imperio, iure, metu.

INITIOR.

Initiari Deo alicui, ministeriis, misteriis.

Initiatur puer. In Phor. Vel sic: Initiatur puer Christiane fidei, in baptismo.

INQVINO.

Inquinare agros ereptos Reip. turpissimis possessoribus, amicitiam nomine criminoso.

Inquinatus ore, lingua, manu, vita omni.

Inquinata vita flagitiis omnibus.

INSANIO.

Insanire spōte sua, ad exemplum alicuius, cum ratione.

INSINVO.

Insinuare aliquem animo alterius, se, se ad amicam alterius, se ad caussam, se in amicitiam alicuius vel cum aliquo, se in consuetudinem, se in familiaritatem alicuius muneribus, se in philosophiam antiquam, se in sermonem alicuius familiariter, se inter equitum turmas.

INSTAVRO.

Instaurare animum, bellum, cædem, censum, diem festum, dolorem, domum, epulas, funus, gaudia, incendia, mensas, musas, pœnas, proscriptionem, rapinas, reliquias belli, Rempu. labefactatam, sacrificium, scelus, scholas, bona studia.

INTEgrascit hoc malum.

Integratur animus admiratione.

REDIN Tegrare, animum, bellum, coniurationem, copias, lætitiam, orationem, prælium, spem victoriæ, vires.

INTERPRETOR.

Interpretari memoriæ alicuius, monstrum, verba alterius, virtutem ex consuetudine vitæ sermonisq;, de liberalitate alterius.

IVBEO.

Iubere aliquem, aliquid legem. Iubet populus, id est, decernit.

Iubere vt. Iubere cum infinitiuo. Iubeo te dare, bono animo esse, gaudere, saluere, bene sperare.

IVGVLO.

Iugulare aliquem gladio, præiudicio, verbis.

IVNGO.

Iungere aliquem sibi, vel cum aliquo, agmina, affinitatem, amicitias, amicos sibi vna opera, charitatem inter paucos, currum equis, dextram dextræ, dextras, equos currui, exercitum, familiaritatem, fœdera, opes: se alicui affinitate, amicitia singulari, amore, cognatione, familiaritate, fœdere, hospitio, matrimonio, moribus, officiis, sodalitio, bonarum artium studiis, vinculo arctissimo: se lateri alicuius, virginem cõnubio, virginem viro, vulpes.

ADIV Ngere aliquem alicui, aliquem comitem fugæ, aliquem sibi amicitia, beneficio, comitate, familiaritate: aliquem ad amicitiam, aliquem ad sermones suos, animum aliquò, accessionem ædibus, animum ad studium aliquod, autoritatem rebus, auxilium sibi beneficio aliquem sibi, beneuolentiam lenitate audiendi, Ciliciam ad Imperium Pop. Rom. comitem aliquem fugæ, decus, dignitatem, diligentiam suam alicui, fidem commentitiis rebus: fortunam quandam summis viris ad amplitudinem, ad gloriam, & ad res magnas

magnas bene gerendas: fratrem suum alteri imperium sibi amicitia, metum ad gratiam, oportunitatem ad summas vtilitates, prouincias ad Imperium: se alicui &ad aliquem se ad caussam eorum, se ad probos propinquitate, se ad proles, se ad rationes alterius, se rebus summis, socium aliquem alicui, socium sibi ad rem malam vectigalia.

Adiungere, ad obserua in prædictis formulis.

CONIVNgere amicitiam, bellum, necessitudinem, sententias.

Coniungere cum aliquo aliquem beneficiis, cum caussa alterius caussam suam, cum collega, cum consilio alterius consilium suum, cum epistola epistolam, cum laude deorum immortalium aliquem, cum pbro priuato dedecus Imperii cum salute cõmuni salutẽ suã.

DISIVNgere equos, ab aliquo aliquem, ab orationibus se ad mansuetiores Musas.

Disiungi regnis, tetrarchiis ab Imperio aliorum.

INIVNgere amicitiam cum aliquo, detrimentum Reip. moram rei alicui, munus præsidendi amicis aut magistratibus: necessitatem rei alicui, onus expeditionum legionibus.

SEIVNgere, satis notum.

SVBIVNgere nationes, liberos populos, prouinciam, vrbes sub imperium, ditionem Pop. Ro. sub ius, iurisdictionem, potestatem alterius.

IVRO.

Iurare calumniam, cœlum: mare, sydera, terram: Deo, falsam, morbũ, numen alicuius dei, verbis conceptis,

Iurare ex legibus ex animi sententia.

Iurare in commodum alicuius, iurare in damnum alicuius, in deo, in facinus in legem, in leges alterius, in mortem alterius, in scelus, in verba alicuius, in votum, per Iouem.

Iurare sancte. Iurari deponentaliter, apud. Plaut.

ABIVRAre

ABIVR Are aliquid, creditum id eſt, iureiurando negare.

ADIVR Are alicui per deos, ſancte, periculum non eſſe.

CONIVR Are conceptis verbis, contra Remp. inter ſe, amice.

DEIER Are falſum pro re cauſſaq; alterius: delerare perſancte.

EIV Rare aliquem iniquum, bonam copiam alicui, forum ſibi iniquum, prouinciam ſuam totam ſibi iniquam.

PEI Erare verbis conceptis.

IVVO.

Iuuare aliquem conſolando, conſilio, conſilio bono, opera, re.

Iuuat me, id eſt delectat.

Iuuat me quòd vigent ſtudia. Id demum iuuat. Iuuabit hoc te, Iuuat atua videre. Non omnes arbuſta iuuāt.

AD Iuuare aliquem, auxilio, conſilio, opera: Adiuuare delectum, fortes fortuna adiuuat. Adiuuare hæredē, inſaniam alterius mœrorem lachrymis, voluntates amicorum. Id ſpero adiuturos deos. Adiuues me in hac re. Adiutus es ab iis de monimentis meis. Vt omnes Dii adiuuent. Adiuuare comiter aliquem.

ADIVtare aliquem, funus, onus alicui.

LABO. LABOR.

Labare, corruere. Tranſfertur etiam. In Oratio. Cum ei labare. M. Antonius videretur.

LABA Scere, moueri incipere. In Eunu. Labaſcit, victus vno verbo.

LAbi, ſenſim deſcendere. Labuntur angues, ætas, anni, aues, dies, flumina, horę, mores ad mollitiem, tempora. Labi inopia verbi, opinione, tempore exiguo, verbis. Labi è memoria, è pectore, labi paulatim.

Labefacere dentes alicui. Terent. In Adelph.

LABEfactare

LABEfactare caussam, dignitatem alicuius, fidem alicuius pretio, iura, leges, orationem alicuius inuidia verbi, rem iudicatam, Rempub.

ALLABI, nauticum est.

COLLABI ædificia dicuntur.

DELABI aliquid capite, cœlo, olympo, orationem alicuius ad amicitias vulgares, rem familiarem, ad æquitatem, ad rerum naturam, de cœlo ex aëre, in insidias, in morbum.

DILABI male.

ELABI alicui, hostibus, latronibus, periculis, pœnis, suspitione omni, de cęde, è manibus, è memoria.

ILLAbi animos vel animis. In Phil. Sensim pernicies illapsa ciuium animos. Vergil. Animis illabere nostris. Illi memoriæ, in medios hostes.

PROlabi cupiditate.

LABORO.

Laborare, morbi genera in ablatiuo regit: Membra ipsa in ablatiuo modo cum præpositione de, è, ex: modo fine ea, idq; rarius.

Laborare ambitione, calculo, chiragra, crudelitate, cupiditate honoris, dysenteria, fama, fame, febri, hostibus domesticis, hostibus externis, hydropisi, lippitudine, malis alienis, morbo, obstirpatione, podagra, regio morbo, scabie, valetudine aduersa, vertigine capitis: vitio auaritiæ, ignorantiæ, inuidiæ, luxuriæ, odii.

Laborare de capite, de existimatione alicuius, de gloria, de viro aliquo, de vita sua, è dolore, ex aliquo, ex ære alieno, ex amore, ex capite, ex cerebro, ex ceruice, ex collo, ex dentibus, ex desiderio, ex dorso, ex gutture, ex intestinis, ex manibus, ex oculis, ex pectore, ex pedibus, ex stomacho, ex ventre.

Laborare crure, pedibus, vtero.

Laborare in re aliqua, solicitum esse. Cice.

Laborant artes alicuius: Laborat luna.
Laborare alicui. In Or. Qui vobis laborãt vobis ſerũt.
Laborare cum accuſatiuo. In Fam. Non tam id laboro, vt ſi qui mihi obtrectent, a te refutentur.
Laborare idem. Attic. Quo etiam magis laboro idem quod tu.
Laborare res Romanas. Attic. Ad quid laboramus res Romanas? Vbi tranſitiue poſitum eſt.
Laborari paſſiuè. In Famil. Illa ipſa propter quæ hæc laborantur. Alii legunt, elaborantur.
ELAborare aliquid dignum auribus, dignum chartis.
Elaborare. In Oratio. Quod eſt tam aſperum ſaxetum in quo agricolarum cultus non elaboret, id eſt, quod non exerceat.
Elaboratur. In hoc a me. Attic.
Elaborare in ſingulis permagnum eſt, id eſt, excellere. In Oratio.
Elaborata a Græcis dicendi vis atq; copia. In Orato.
Illaboratum, quod ſine labore factum videtur.
Inelaboratum, quod non artificio ſatis excultum eſt.

LACERO.

Lacerare cõtumeliis verborum aliquem, lacerare diem, lacerare Rempubli. largitionibus, Lacerari animi cupidine.

LACESSO.

Laceſſere aliquem, ęre ſuo, aliquem bello per alium, epiſtolis, iurgio, prælio, ſcripto, ſtimulo, voce.
Laceſſere ſermones.
Laceſſitus ab aliquo epiſtolis ad ſcribendum.

(LACIO.)

ALLIcere amicitiam & gratiam in domum ſuam, beneuolentiam officiis, lectorem delectatione aliqua, mentes hominum, ad ſe aliquem, ad ſe aliquid, ad miſericordiam opes. Hinc Allecto.
ELIGEre cauſas præſentiarum, epiſtolas ab aliquo,
ferrum

ferrum è terræ cauernis, fontem, ignem lapidum conflictu atq. tritu, lachrymas alicui, libellos alicui, libellos alicui blanditiis, querelas, ſanguinem, ſententiam alicuius, ſonos neruorum & tibiarum, verbum ex aliquo de vi ac ratione dicendi, verum, voces ex infantium ingeniis.

Elicere ad colloquia aliquem, ad pugnam, in inſidias.

ILL Icere aliquem fraude, intrò, ad bellum: ſpes rapinarum: aut nouarum rerum ſtudium.

Illicere adoleſcentulos in fraudem.

PELL Exit ſenem per epiſtolam.

LA Ctare amantem, animum alicuius pollicitando.

Ablactare infantem, lac ſubducere.

DEL Ectant aliquem literæ, nudi, tibicines.

Delectare oculos ſuos munditiis meretriciis.

Delectare ſe amore, libris, delectare ſe vino, voluptate delectare cum muſis, delectare ſe de re aliqua ſe in literis.

Delectant vites quemuis cum admiratione.

Delectari in aliquo, in Repub. perdita, in hac rogatiuncula aliquem.

OBL Ectare aliquem, falſo gaudio. Oblectat animum ſpes reliquiarum. Oblectant cuſtodem per ioculum & ludum.

Oblectare otium temporis inter cœnam.

Oblectare ſe, ſe agricolatione, ſe opinione, ſe cum aliquo, ſe in aliquo. Oblectant ſenectutem liberi.

Oblectat vitam ſordido pane.

L AE D O.

Lædere aliquem dicto, facto, iniuria, ludibrio, ſcommate, verbis, lædere famam. Lædit me frigus, lædere os alicui, lædere ad lapidem crus, pedem.

Lædere in aliquo aliquem, lædi ab aliquo.

ALL Idere caput ad parietem.

COL lidere æra, duo corpora. Elidere. Illidere.

LAMENTOR.

Lamentari cæcitatem, vitam.

LANGVEO.

Languet solitudo, languere otio, languere è via. i. fessum esse. Languescit cupido rerum omnium, flos, industria, orator senectute. Elanguere delitiis. Elanguescit omnis vigor animi corporisq; in variis questibus.

LARGIOR.

Largiri cœnam, lætitiam, libertatem, mores, se vltrò.
Largiri de se, de suo, ex crumena sua.

LATEO.

Latet aliquem vel alicui aliquid. Aeneid. I. Nec latuere doli fratrem Iunonis & iræ. In Orat. Nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.
Latere tecto, in herba, interlabra atq; dentes, sub arcis.
DElitere in vlua. Aeneid. I.

(LATO)

DIlatare conclusionem, locum, imperium. i. latum amplumq; reddere.
PROlatare consultationes, dies, est differre. Prolatare Imperium pernicie alterius. i. augere.

LAVDO.

Laudare aliquem laudibus, ore pleno, scripto, cum exceptione.
Laudare consilium, instituta alicuius, partem cẽtesimã.
COllaudare filium, berũ, secundum facta & virtutes.
DIlaudare librum, id est, valde laudare.

LAVO.

Lauare vel lauere, aqua purgare, vel balneare.
Lauare acorem malorum. Aethiopem, balneas, laterẽ, peccatum, precibus, se, tabellas precibus.
ABluere crudelitatem inimicorum suo sanguine, delictum, maculã, peccatum, est expiare, purgare.
ALluit montem leniter præteriens amnis. i. affluit.

Alluuntur

Alluuntur a mari mœnia. In Orationib.
D Iluere atramentum, causam, crimen, molestias omnes, obiecta, res leues, vinum aqua.
E Luere argentum, maculam, prædicationem crudelitatis, sanguinem profusum, sordes.
P O Lluere cæremonias, dapes ore, iura omnia diuina atq; humana, scelere nefario, religionem omni scelere. Polluta licentia. Pollutus virgis seruus.
P R Oluere cloacam, terram, labra, fonte caballino.
S V Bluebant duo flumina collis radices duabus ex partibus, id est, alluebant. Cæs.

L A X O.

Laxare aliquem, animum corpore, animum ex pristino sermone, aliquem curis, molestiis, claustra, se occupatione, Laxatus a libidinum vinculis.
R Elaxare animum, aliquid a contentionibus, se occupatione.

L E G A R E.

Legare aliquem alicui, pro publicis magnisq; negotiis mittere.
Legare negotium alicui, committere.
Legare pecuniam alicui, hæreditario iure relinquere.
A Blegare aliquem aliquo, procul mittere.
A Llegare aliquem alicui, pro paruis priuatisq; causis mittere.
Allegare argumenta. Ascon. Vbi pro citare capi videtur, id quod dicit negat Cardin.
D Elegare aliquem alicui, negotio: officium, prouinciā, alicui, aliquem ad regem.
R Elegare aliquem ab hominibus, ad autores, in prædia rustica, in quinquennium.

L E G E R E.

Legere carmina, conditiones, Epirum, epistolam a primo, facta parentis, familiam, fila, flores, historias, iudices, laudes heroum, libros, locum ex sorte, magistratum suffragio, mala mente, oram Italiæ,

orationes

orationes,poëtas,poma ex arbore,sacra,sermonem alterius,spicas,tacitus,vacinia nigra,vela,verius vestigia. Lectus a viro vir.

Legere a primo epistolam,ex arbore poma,ex sorte iudicum,in curiam seruos,in senatum aliquem.

Legere commode, intentius,malè,maligne,remissius, studiosius.

COLLigere admirationem sui,animum,beneuolentiam,capillos,corona,hedera,vitta,causas sexcentas ad rem aliquam,copias,dignitatem,diuitias,eruditionem ex studiis,exercitum,existimationem,multo sudore,labore,vigiliis:famam blanditus & assentationibus,familiaritatem,fœnum,fructus non paucos ex re aliqua,gramina,gratiam,inuidiam crudelitatis,irã, laudem omnium,memoriam antiquitatis,naues onerarias,rabiem,rationes,se,seipsum,se in arma, se regno,sinum,sitim,sordem,stipulam,vasa,ventos omnes rumorum,& concionum,vestem,vocem.

Colligere ad,ex,in,quære in superioribus obseruationibus.

RE Colligere animos offensos,se a furore,ira,terrore,vires ingenii.

Deligere,quod magis idoneum est ad rem agendam cernere.

Deligere amicum,cõsulem,Imperatorem sibi ad bella.

DILigere minus est quàm amare.

Diligere aliquem,in loco germani fratris,mutuo,beneuolentiam,diligentiam,obseruãtiam,officia,prudentiam,se.

ELIgere est ad nostrum commodum aut ad illius qui eligitur dignitatem,è duobus aut pluribus legere.

INTELLIGERE,olim intellegere, aliquid animum alicuius,multum, nihil,sententiam alicuius, de aliquo,de gestu,de nuptiis,in rebus multum,malè, minus satis.

NEGLI-

NEgligere aliquem, comam, internuntium, iram, negotium, pallium pecuniam in loco, rem, tunicã, veſtem.

PERiegere aliquid eſt, ad finem legere.

Perlegere oculis. & viſu perluſtrare.

PRAElegere REIegere nota. Relegere pecuniam.

SVBlegere aliquid furari, ſublegere ſermonem alicuius, animaduertere.

LENIO.

Lenire aliquem, conſolatione multa, deſiderium omne literis mittendis accipiendiſq;, inuidiam alicuius atrocitate ſceleris, miſeriam alicui, plagam, vulnus.

DELenire iracundiam.

LEVO.

Leuare aliquem, agrum vectigali, amicitias, animum exercitatione, animum a curis, annonam, auxilio aliquem, calculum, cathenas, ciuitates miſeras, cladem, conſilio aliquem, corpus, crumenam, curam, currum, dolorem, dyſenteriam, egenum, errore aliquẽ, faſce aliquem, febrim, fidem, grauitate valetudinis aliquẽ, iacturam rei familiaris, igne hyemem, inopiam, inuidia aliquem, laborem, loculos, manicas alicui, marſupia, membra, metum vulnerum alicui, mœrorem, morbum alicui, morſus arte, nauim, onere aliquem, onus: opera, opere, opinione ſiniſtra aliquem: onus manuum vario ſermone, ora arida aqua, paupertatẽ alicui, pectora diris ſolicitudinibus, pectus ludicris, ſalibus: podagram, pœnam honore: ſenectutem rebus ludicris, temperate voluptata: ſitim, ſolicitudinẽ, ſolatio aliquem, ſtomachum, ſumptum alicui, ſuperſtitione aliquem, tædium, ventrem, veſicam, vincula alicui, vinculis aliquem.

ALleuare, ſupercilia, afflictum.

Alleuare corpus, ſolicitudines.

ALLEuiare, leuius reddere.

E L Euare aduerſarium, ægritudinem, autoritatem beneficii, cauſas ſuſpicionum offenſionumq;.i.improbare, reiicere, extenuare, minuere.

R E Leuare animum, cauſam, crimen, cura aliquem, epiſtolam, per lectionem, famem, labores, lapſum, metu aliquem, pauperiem, ſitim.

S V Bleuare laborem, offenſionem, re aliqua aliquem, ſe, vitium, vitio.

L I B E R O.

Liberare aliquem, ęre alieno maximo ſe, animum ſuum culpa, errore, euentis rerum, exitu aliquem: fidem alicuius, iactura maxima, inuidia magna & inueterata ſe, laboribus aliquem, locum muneribus: magnitudine animi, maleuolentia, metu, muneribus ſenatoriis, quartana, ſolicitudine magna ſolicitudine longæ expectationis aliquem, ſuſpitione omni, a calumniis ſceleratorum hominum, ſe a quartana, a peſte, a ſcelere aliquem: ex parte magna aliquem.

D E L Iberare aliquid, amplius, vtrum Deliberatum eſt.

L I B O.

Libare fumina, laudem ex aliorum laudibus, oſcula alicui, pateras Ioui, pomum alicui, ex variis ingeniis excellentiſſima quæque.

D E L Ibare beneficia, honeſtatem, honores, de honeſtate, de laude ieiuni hominis aliquid.

L I C E O. L I C E O R.

Licere, appretiari.

Licere aſſis vni⁹, pluris, pecunia prȩſenti, pretio paruo.

L Iceri, deferre pretium. Liceri centuſſe aliquid. Perſius:

Et centum Græcos curto centuſſe licetur.

L I Citari hoſtium capita, tabulam vnam centũ talẽtis.

P O Lliceri, ſponte, promittere.

Polliceri de aliquo aliquid, in publicum pecunias.

L I Cet impsonale, gaudet præpositione per: Item infinitiuo: vt dum per ætatem licet. Agere vt liceat per silentium. Per me exquirere licet. Nobis non licet esse tam disertis. Licet absolute pro potes: vt licebit bibas, id est, poteris bibere. Ipsi hoc dicas licet.

A Lligare aliquem furto, iureiurando, se furti, se iniuriarum, se sceleri. Alligare filium domi. Terent

Alligare vitem. Colu. Alligari nuptiis, sacris.

Alligata verba ne sint. Alligatam ciuitatis virtutem.

Alligatum ad femur. Alligatus es ad pedes.

C O Lligare aliquem miseris modis, omnia vitæ suæ periculo, memoriam multorum annorum vno libro multa inter se. i. perstringere.

D Eligare naues ad terram, ad anchoras: rostrum homini apud mensam aliquam.

I L Ligare aliquid in aureis poculis, lepores omnes tentiarum & verborum in libro, personas graues sermonibus eiusmodi.

O Bligare aliquem, crus fractum, fidem suam, sacramento militiæ aliquem, scelere aliquem, se epistola quasi pignore, se furti, se nexu, se testiculum vinculo, vulnus.

Obligari beneficio, conscientia communi inter se, iudicio, periculo iurisiurandi atq; existimationis, pœni legum iudiciorumq;.

Obligatæ ædes fundi ob amorem prandii.

Obligari a medio.

R Eligare naues ad terram, religionibus bona alicuius, id est, consecrare.

L I N G O.

Lingere digitos, mel.

L I Gurire cibum, curationem Agrariam, homines, lucra.

A Bligurire bona patris, fortunas suas.

LINO.

Linere dolia noua gummi crasso, locum aceto, cæra: parietem cruore mariti sui. O Blitus cœra, cœno, dedecore summo, inhumanitate, stultitia singulari, turpitudine, vnguentis.

Oblita scripta Salustii nimia priscorum verborum affe-ctatione.

Oblinere se externis moribus.

Relinere dolia, aperire. Sublinere os alicui, verba dare.

LINQVO.

Linquere aliquem alicubi cum aliquo, atua dulcia, metum lœthi, portum.

D Elinquere peccare.

D elinquit aliquis alicui, vel erga aliquem.

D Erelinquere, vehementius quam relinquere.

R Elinquere aliquem, aculeos in animis auditorum, admonitionibus locum, æris alieni aliquantum, agrum, alicui, animam: Relinquit animus aliquem. i. deficit animo: relinquere arbitrio alterius quicquam, arraboni aliquid alicui pro argento, custodem, relinquit dysenteria nos, desiderium autoritatis & prudentiæ suę alicui, relinquere excusationem ad aliquem, id est, reseruare.

Relinquit febris aliquem, relinquere fratrem, fundos: habenas rerum, hæredibus rem, relinquit ignorantia nos, relinquit inædia nos, relinquere insalutatum, iudicio alterius quicquam, laudem sibi, locum, monumentum æternum audaciæ suæ in sermone hominũ.

Relinquit morbus nos, nuces, nugas, omnia, orationi locum, relinqui pœnæ, relinquit pestis nos, relinquere precibus locum, relinquere patrimonium amplum in memoriam nominis sui puerilia, rem iudicio alterius, rem talentum decem, res omnes, rem in medio, scurrilia, sententiæ alterius quicquam.

Relinquit somnus nos, spem delectationis in epistolis,

subsidio

subsidio aliquem alicui, testatum aliquid apud animum alterius, vitii nihil, relinqui a febri.

Relinquere in medio rem, in opinione hominum, in spe hominum, in suspenso.

LOCO.

Locare ædes suas, argentum bene, argentum fœnori, castrandum se alicui, faciendum alicui monumentum marmoreum in eo loco, filiam suam alicui, fodiendũ agrum, fundamenta alta theatri alicubi, funera viuorum, insidias alicui puellæ pudicæ: nuptum alicui virginem, operam suam male, pulchre, operam suam ad artes nugatorias, ornamenta, se tanti, superficiem suo nomine, vigiles nocturnos, virtutem ita: locare in consolatu mentum omnem, in dominatu, in luculentam familiam, in gradu amplissimo dignitatis homines, in insidiis viros, in matrimonium virginem, in præsidio balnearum viros.

COLlocare aciem certo modo, beneficia, columnas rectas conditionem dignam in aliquem, coxam fractam parum apte, domicilium, filiam alicui vel cum aliquo, insidias alicui, insidias equitum noctu, nuptũ propinquas suas in alias ciuitates, res suas mercimonio, sedem, signa propalam, spes suas vsquam, tabulas propalam, virginem.

Collocare aliquem ad interficiendum alium, apud aliquem multa pretia ac munera bene, è regione columnas, in amore adolescentiam, in animo cupiditatem ac rationem, in arborem se, in collo crumenam, in custodia aliquos, in doctrina ac sapientia omne suum studium, in ea ipsa domo aliquẽ, in fundo dotem, in lecto puellam, in locis idoneis colonias contra suspitionem periculi, in loco ædito aliquem, in numero deorum virtutes, in otium se, in patrimonio suo filium, in pectore multa, in Reipub. salutem omnia bona sua, in sapientia omne suum studium, in solitudi-

nem aliquē, in soporem homines aliquot in specula aliquos, in subsidiis signa arctius, in tuto res, amici, in vita meretricia sese, in voluntate testium veritatem huius iudicii, in voluptatibus adolescentiam, in vrbibus adolescentiam.

E L Ocare fundum, virginem.

L O Q V O R.

Loqui alicui, bellum, merum, classes deliramenta, exercitus, fronte porrectiore, lapides, lingua, longinquū, mulsum, nomen suum, ore duarum & viginti gentiū, paucula, scelera, mera, sermonem: Loqui ad voluntatem, ad volutaptem, ad veritatem, de ætate sua, ex lintre, in eam rationem, in eandem sententiam, pro se, pro suo sensu ac dolore. Loqui aperte, confidenter, disertè, familiariter, grauiter, impurissimè, iniustè, latinè, lautè, lepidè, malè, maturè, planè, proteruè, secum, sordidè.

A L L Oqui aliquem.

C O Lloqui alicui, aliquem, cum aliquo, simul.

E L Oqui argumentum tragœdiæ, audita, conuiuas, nomen suum, pauca cum hero, vno verbo.

I N T E Rloqui alicui.

O Bloqui alicui, responsare. Obloquitur numeris septē discrimina vocum. Vergil.

P R Oloqui cogitata, hoc sic, mendacium, parenti pugnas, verbum vllum, verborum quicquam, apud aliquem aliquid, satis.

L V D O.

Ludere aliquem, alea, aleam, calamo, agresti, chartis, lusoriis, cythara, dolis aliquem, fidibus, fistula, formidine falsa aliquem, globis, lacu exiguo, ludo tali, ludum consimilem, nebulonem, nymphas, operam, par, impar, pila, spe carminis aliquem, talis, tesseris, verbum aliquod, in aqua.

Ludere aliquantisper, assiduè, custoditè, parce, pauli-

sper

ſper, ſtudioſiſſime. Luditur mihi, ſibi, tibi. i. tua refert. aut tuum agitur commodum.
Luditur de tuo corio, id eſt, res fit tuo periculo.
LVDIficari virginem, decipere. Ludificari nugas, id eſt, garrire.
Ludificatus hic eſt lepidè, id eſt, deceptus, paſſiue. Alludere alicui & ad aliquid.
DEludere animum, coruum hiantem: dolis aliquem. In re aliqua aliquem.
Eludere aliquem, hominem hunc, militem, penos, ad arbitrium ſuum, ad libidinem ſuam, in alea aliquem.
Illudere alicui, aliquem, capto, dignitati virorum taliũ, exiſtimationi viri optimi, fortunis miſerorum, virtutem verbis ſuperbis, vitam filiæ.
Illudere in aliquo.
Illudere pene, ſuperbe.

LVO.

Luere capite, cruciatum ciuium, ſupplicio alterius, libidinem ſuam ſanguine innocentium, maculas furtorum & flagitiorum ſuorum ſanguine ſociorum innocentium, pœnas peccati ſui, pœnas ob honeſtiſſimũ factum, pœnas pro mœcho, ſanguinem multorum innocentium ſupplicio alterius, ſcelus ſupplicio debito, ſupplicia crucibus. Cõpoſita habes apud lauo.

LVSTRO.

Luſtrare agros, armis, copiis, exercitu: æquora, animo aliquid, choro, choreis, diuos, exercitum, montibus vmbras, omnia, opera omnia terrarum fluminis, ratione aliquid, ritu magico, terras Phœbea lampade, veſtigia, vrbem.
ILluſtrabit tuam amplitudinem hominum iniuria.
Illuſtrare artes oratione, gratiam remunerando cumulandoq́;, laudem alicuius, nobilitatem ſuam, ſedes argumentorum, ſtudium philoſophiæ latinis literis.
PERluſtrare gregem oculis.

MACERO.

MAcerare se, macerat me metus, macerare salsamenta, macerare sorba in sole.

MACHINOR.

Machinari astutiam corde, iudicium, necem alicui, perniciem senatoribus, quod lubet.

MACTO.

Mactare aliquem cruce, cruciatu, infortunio malo, re mala plectere: Id mactat me. i. grauiter molestat: Mactare manes puerorum extis.

MACVLO.

Maculare ambitu se, amore dignitatem, negotio, eo splendorem alicuius: scelere, stupro, lacus, nemora finesq;: voce Rēp. cōmaculare man⁹ sauguine natorū.

MADEO.

Madere metu, vino.

MANDO.

Mandare alicui aliquid, ædilitatem, æternitati, consulatum alicui, curas humiles & sordidas alicui.

Mandare fidei alicuius bona sua, filiam viro, fugæ se, honorem, nouis hominibus, laqueum alicui literis consilia sua, literis renuntiationem, magistratum alicui, memoriæ, monimentis aliquid, officium alicui, prǫturam, quǫsturam alicui, rem lapidi maximo, rem suam alicui: scriptis aliquid, semina terræ, tribunatum alicui, vetustati aliquid.

AMANdare aliquem, relegare. Amandare aliquid procul a se. Amandare infra mortuos. Amandamus, quæ impediunt, quæ odimus: Emandamus, quæ cara sunt, & cui consultum volumus.

COMmendare artem ludicram, bona sua, domum suam amico: curæ fidei alterius se & rem suam, filium corruptum, gnatam, virginem alicui: immortalitati aliquid, iustitiam suam alteri humanitate multa, literis quicquam, memoriǫ aliquid, monimentis res suas,

opes

opes ſuas alicui, patri ſe, rem ſuā omnem alicui, ſpes ſuas alicui, ſuperis aliquem, tutelę alterius rem ſuam, virginem alicui. Commendant virtus & benefacta bonos.

Commendare ad opinionem innocentiæ & iuriſcientię aliquem, de meliore nota aliquem, in clientelam alteri, ſe maiorem in modum rem ſuam alicui.

EMENdare annales, graueolentiam, mores publicos tædia narium hedera alba.

Mandere, manducare, nota.

Mandere cibum, Manſum in os inſerere vel inferre. Manſum oportuit. In Heaut.

MANEO.

Manet affinitas inter aliquos, amicitia, conditio alicui, conſuetudo alicuius cum aliquo, fama bona, gnatus vnicus mihi, domi, honos, manent ii qui bonis eius fruantur, manet ingenium ſenibus, iudicia apud iudicem, ius referendarum rationum, manent laudes, manet libido eadem, mos antiquus, nomen, regnum alicuius, ſolus cum ſola.

Manere alicui Vergil. Hæc eadem matriq; tuæ, generoq; manebunt.

Manere aliquem medicum, negligentiam alicuius paraſitum, patruum, puluinum.

Manet me meum bonum. Manet me alium fatum.

Manet me apud forum. Non manebat ætas virginis meam negligentiam. Manent ea fata nepotes.

Fata manent omnes. Maneat te tuum malum. Te triſte manebit ſupplicium.

Manere conuentis, promiſſis, verbis ſuis, votis.

Manere apud aliquem, cum aliquo aliquid, in amicitia perpetuo cum aliquo, in conditione atq; pacto, vſq; ad finem, in fide, in mente priſtina cum reliquis copiis animo hoſtili, in parte interiore, in propoſito ſuſceptoq; conſilio, in ſententia ſua, in ſtatione. In vita,

in vacatione sua, in vrbe.

E M Inet eorum audacia. Eminet ante oculos quod pe tis ecce tuos. Eminere foras.

I M M Inet annotator spectatorq; conuiuis suis. Imminebant ea parte viri & fœminæ audiendi & visen di studio. Imminet exitio vir coniugis, illa mariti. Imminet his aër. Imminenti ingenio homo. Imminet mors propter incertos casus. Imminere sibi periculum putabant. Imminet vindicta Dei impiis. Imminet vrbi turris. Imminens ad cædem homo. Imminent in fortunas nostras. Imminere in tribunitiam potestatem. P E R mansit ira diu.

Permansit ille mos Athenis a Cecrope, permanēs vox sub rauca natura. Permanere in proposito susceptoq; consilio, in sententia. P R Ominent dētes elephanto.

R Emanet contumelia in exercitu.

Remanet rex cum parte nauium in littore.

M A N O.

Manat cruore culter, manat fama a Mutina, industria la tissime.

Manant arbores quædam picem. Manat toto corpore sudor. Manauit sudore multo Herculis simulachrū. Nihil inter ipsos ab aliis ad alios, manare possit. Ex vno fonte omnia scelera manare cernitis.

D I Manauit meus hic labor vitæq; ratio ad existimatio nem hominum paulò latius commendatione ac iudi cio meorum.

Emanat fama, oratio in vulgus, sermo tu⁹p nos, sanies.

P E R manebit hoc ad patrem, ad animum.

Permanat in venas illud malum.

M A T V R O.

Maturare facinus, fugam, insidias alicui, iter, legationē, mortem alicui, necem, nuptias, maturare reditum.

Maturare cum infinitiuo, vt dare signum sociis, facere aliquid, peragere iter, proficisci ab vrbe, venire.

MEDEOR.

Mederi erroribus, Reipub. vitiis, vlceribus oris, vulneribus.

Mederi aliquid. In Phor. Quas cum res aduersæ sunt, minus mederi possis.

MEDIcari alicui & ad aliquid.

MEDITOR.

Meditari aliquid, affabilem esse, causam suam, dolum ceruis, insidias pecori, musam agrestem, se ad cursuram, ad aliquid, ex solo loco, in aliquem pœnam, male probè, secum.

MEditari passiue. In Phil. Sint semp hoi oia meditata.

MEMINI.

Meminisse rei & rem, id est, recordari.

Meminisse rei & de re, id est, mentionem facere.

Meminisse alicuius, aliquem, beneficia patriæ, diei, loci, memoria aliquid.

MEMOrare rem & de re dicimus. In Phil. De natura nimis obscurè memorauit.

MERCOR.

Mercari alicui aliquid, agrum, græca fide, præsente pecunia, minori pretio, a mercatoribus aliquid, de lenone, de præda adolescentulam, de pupillo fundum.

MEREO MEREOR.

Merere aliquid, aurum, sestercios vicenos, stipendia alicui, ære paruo, patre Imperatore, cum equite splendidissimo, in bello stipendia, sub Imp.

MEREri culpam, diuitias, Deum sibi, meruerunt dote viros anus vxores, mereri laudem maiorem ferendo q̃ vlciscendo, malum, montes aureos sibi, de aliquo aliquid, de aliquo neq. re neq. verbis, de nomine ac dignitate Pop. Ro. de Repub. de se.

Mereri erga aliquem. Mereri bene, melius, optimè, maximè, valdè, malè de aliquo, mereri, vt. Meritare HS. dena ex fundo.

COM-

COMmereri culpam, gratiam, de his rebus culpam, erga aliquem aliquid, in se culpam. Dicitur autem sæpius de malo.

DEMErere mercedem domino, pecuniam grandem ob elegantiam venustatemq;.

DEMEreri aliquem sibi beneficio, crimine suo plenio ri obsequio: pecuniam magnam meretricando.

EMEreri aliquid. Emeritus bos, miles, senex, qui officio perfunctus est. Emerita arma, id est, finem bellis imponentia. Emeritum stipendium, quod iam peractum est.

PROmereri aliquem, aliquid, malum ex re tanta, nihil de aliquo, de filio, bene. Promerentem amare.

MERGO.

EMERGEre incõmoda valetudine. Emergit amor, id est, insurgit. Ex quo emergit quale sit decorum, id est, apparet. Emergere ex aliquo loco in alium, ex malis sese, ex hoc negotio, ex profuuda palude, ex naturæ suæ sordibus.

Emergere commodè, haud facilè, vnde.

IMMERgere aliquem ponto, se argento, se in ganeum, se in alicuius cõsuetudinem blanditiis & allentationibus.

METIOR.

Metiri ambitione, commodis, dignitate, emolumentis omnia: frumentum exercitui, militibus: metiri gradibus, id est, abire: metiri mare, pro transmeare: metiri pericula suo metu, stipendium, voluptate res omnes ex conscientia sua aliquid.

DEMEtiri cœlum & terram. Dimẽsum opus, dimensa momenta, dimensum tempus.

DEMENSA verba.

EMETIRI voluntatem alicui, non rem.

METO.

Metere messem alienam, miseram, messem malorum.

Metet

Metet orcus grādia cum paruis. Tibi feris, tibi eidem metis. Mihi isthic nec seritur nec metitur.
Metere parcè.
D E M Etere arua flauentia sub sole ardenti, caput ense, fruges.

METVO.

Metuere seruorum est. Metuere aliquem, malum, moram amori suo. Metuere alicui, sibi.
Metuere ab aliquo, de vita sua, propter aliquem.
Metuere ne, ne non, nequando, vt, vt ne.

MICO.

Micant arteriæ, venæ, id est, crebrò mouentur.
Micat ignibus æther. Linguis micat ore trisulcis.
Micare cum aliquo, digitis ludere. Dignus qui cum in tenebris mices, de homine certissima fide.
D I M Icare acie iusta, fortuna ancipiti, gladiis, hasta, collatis signis, de omnibus fortunis Reip.
E M Icat Euryalus. Iuuenum manus emicat ardens littus in Hesperium. Emicant ex oculis quasi radii solis.
Emicat cor in pectus.

MIGRO.

Migrat è corporis domo anima ad campos Elysios.
Migrare è phano foras, ex vita hac, ex vrbe rus, in cœlum.
Migrat officium. Migrant dicta. Migrare hinc.
C O Mmigrare aliquo, huc, huic viciniæ ex Andro.
D E M Igrare loco, ex agris in vrbem.
E M Igrare ædibus, domo.
I M M Igrare in domicilium insolitum & perturbatum in ingenium suum, in vestigia nobilium.
R E M Igrare in domum suam.
Remigrat animus nunc demum mihi.
Remigrare nunc ad argumentum volo.

MINOR.

Minari crucem alicui, mortem. Minari ferro. Minatur

mihi

mihi oculos eximere. Minatur abiturum se abs te.

M I N Itari malum, mortem, seruitutē, tormenta alicui.

MINISTRO.

Ministrare pocula Regi in conuiuio.

A D M Inistrare bellum, belli adiumenta omnia, munus suum lautè, pacis ornamēta omnia, prouinciam, rem animo & corpore, semētē, vindemias, fœnisicia.

S V B M Inistrare magnam commeatus copiam, equites recentioribus viribus, integros sauciis ac defatigatis, pecuniam alicui, spem atrocissimi sceleris alicui, tabellarios.

MINVO.

Minuere æs alienum, animum, consilium, dolorem dentium, fructum, imperium matris, iram, laboris partem aliquam, libertatem alicuius, opinionem.

C O Mminuere caput alicui baculo, fores & postes securibus.

D I Minuere caput alicuius & alicui, cerebrum alicui, dignitatem alicuius, laborem alicui, negotio aliquid.

I M M Inuere autoritatem suam, caput alteri, libertatē, maiestatem alterius, pudicitiam virgini, virtutem.

MIROR.

Mirari aliquid, aliquem iusticię, belli laborum: laborem operum, manus artificum, portas, præmia palmæ Olympiacæ, se, Mirantur terram oculi: Miror quapropter, quid, quod, quomodo, si, vnde.

Admirari aliquem, aliquid, ingenium alicuius, villam alcuius, de triumpho.

D E M Irari aliquid. In Heaut. At hoc demiror.

MISCEO.

Miscere aquam igni, colloquia familiaria, corpus cum aliqua, dulce amarumq; vnà, flores, gentes diuersas commertio, mulsum, odores suaues, pocula.

Misceri pluribus, miscere sacra prophanis, sua, vinum aqua.

ADMiſcere ſe. Admiſcere aliquem aliqua re.
COMMIſcere aliquid cum altero, animum alterius cum ſuo, conſilium cum aliquo.
IMMIſcere piper oleribus.

MISEREOR.

Miſereri alicuius, fortunarum alterius, nominis.
Miſeret me tui, me vicem tuam.
MISErari aliquem, caſum, fortunam communem, liberos paruos, periculum commune.

MITTO.

Mittere aliquem alicui & ad aliquem, aliquid alicui, agmen, ambages, certamen, colonias, trans Rhenum propter hominum multitudinem agriq; inopiam, comitia, concilium, conuentum, conſuetudinem ipſorum, curam, cutem, epiſtolas alicui obuiam, fulmen, hœdos ad aliquem: mitte id quod ſcio, mittere imperium, iram, lachrymas, lapidem, librum ad aliquem, lineam, literas ad aliquem, vel alicui, ludos, maledicta omnia, manu ſeruum, muneri aliquid alicui, noxiam, orationem aliquam ex ore alterius, pilam, præcipitem aliquem, præſidio alicui aliqd, rem, rem malam maleuolentibus, ſalutem alicui per aliquem, ſanguinem, ſcripta ſua alicui, ſubſidio, ſuppetias, tempeſtatem alicui, timorem mœſtum, vitam duram, vocem de quæſtura nullam, vocem pro Rep. pro ſe vocem.
Mittere a pedibus ſuis aliquem aliquò, ad aliquem epiſtolas, ad alium, ad alium aliquem, ad aliquẽ hœdos librum, ad horas quæſitorem, ad nomen cum literis & mandatis aliquem ad alium, de aliquo, de captiuus commutandis aliquem Romam mittere, de digito annulum, de menſa alicui aliqd, de quæſtura vocem nullam, è via aliquid, ex ore alicuius orationem aliquam, in aquam, in conſilium, in conſpectum, in ora, in pyrgum talos, in poſſeſſionem aliqd, p aliquem ſalutem ad alium, pro Repu. vocem ſub iugum exercitum,

tum, sub leges, sub tartara, trans Rhenum colonias.
Mittere cũ infinitiuo, vt amplexari, ire, male loqui, orare, osculari, scrutari.
Mittere cum supino, vt accersitum, aquatum equos, oues, porcos, vaccas: oratum, pastum.
Missum facere aliquem, aliquid, amorem, iram, vxorem
Missa facere.
ADmittere culpã in se, dedecus, delictum in se, diem, equum, excusationem, facinus flagitium, fraudem capitalem, indigna genere suo, maleficium, noxiã, ouibus arietes. Vel absolute pro eodem: scelus, solatia, sumptum, turpe aliquid in se, vitam.
Admittere ad aliquem alium, ad alloquium aliquem, ad capsas suas aliquem, in aliquem aliquid, in se aliquid, in se culpam, in se delictum, in se facinus, in se flagitium, in se turpe aliquid.
ADmitti ad aliquam, ad caussam dicendam.
AMittere ærumnas, amicum, animam, argentum, aspectum, caussam, certa, ciuitatem, confidentiam, consilium, corpus, ægestatem, exilium, filium, fugam, incertum aliquem, iusiurãdum, laudem, liberos, libidinem, lumen, memoriam, occasionem, opinionem, patrem pecuniam, prædam, prouinciam, rem inquisitam, regnum, reuerẽtiam, salutem, sensum humanitatis, tempus, vitam, vires.
Amittere a se aliquem, cum re consilium, de manibus rem, è conspectu aliquem, ex animo aliquid.
COMmittere aliquid alicui & in aliquem, acies, adulterium, æquales inter se, ætatem suam vni cubili, bellum, bona sua alicui, caput suum in tutelam alicui, caudas delphinum vtero luporum, Circenses in Vaticano, consilium, delictum, Deo fortunæq;, epistolam alicui, existimationem alicui, facinus, fidei alicuius se, flagitia, fortnnas suas seruo futili, fraudem, gnatam suam vxorem alicui, hæreditatem alicui, incommoda
sua

legibus,instantiam,iudicium inter sicarios,iurgia,lacum flumini,literis aliquid,ludos,manum,mulierem primo partu obstetrici temerarię, multam,omnes inter se,ouem lupo,peccatum,pecuniam palæstrę,pœnam,prædia in publicum,prę lium,pugnam,rem nepharíam,rem prę lio,rixam,salutem communem vni homini,se fidei vel in fidem al cuius,se in senatum,se in tutelam alicuius,semina terræ,sulcis aratri:sermonem,studium suum in fidem,in tutelam alicuius:tergum suum in fidem alterius.

Committere vt.

DE Mittere aliquid,animum,aures,autoritatem pecuniæ,barbā,caput,cibum,cœlo,corpus a ceruice, genus ad vel in posteros,humeros,labia,manus, mentem,oculos,orco aliquem,pallium,sanguinem e capite,se,se animo,tibialia,tunicam,vestem,vultum.

Demittere ad posteros genus: ex ceruice,collo,humeris fistulam,torquem: ex domo,tecto,turri se:ex tabulato funem: in aures dicta,iussa,preces : in carcerē aliquem,in casum aliquem a fortuna, in foueam se, in fragilitatem proximi se,in ilia cultrum,in inopiam alterius se,in lectum se, in necessitatem proximi se, in partes omnes oculos,in pectus quicquam,in pristinum aliquem, in posteros, genas,in preces alterius se,in puteum se,in quærelas alterius se, in scamnum se,in seruitutem se,in solido puteum,in stramina se, in terram se,in vaginam gladium,in ventrem alterius cultrum,in vincula aliquem,in viscera censum,per aures aliquid,per funem se,sub terra aliquem.

DIMI Ttere amicitias,amphoram vini,cōsilium,dormitum, exercitum, fasces populo, iniuriam, iracundiam suam Reipu.legationes quoquouersus,ludos, matrimonium: noxiam,nūtios,oculos in omnes partes,philosophiam,scholam,se ad aures alicuius,senatum,studium philosophiæ,superbiam,vim suam alicui,

cui, vſum rei, vxorem.
Dimittere è manibus aliquem, in comparationem alterius ſe, in conſilium iudices.
EMITtere frondes, lacum, lotium, manu aliquem, oculos, verbum, vocem, ex vinculis aliquem.
IMMITtere floribus auſtrum, & fontibus apros, noua flumina terris. Immittere rudentes.
Immittere ad legionem equum, in aures ſuas aliquid, in armatas copias filium, in hoſtium manus ſe, in Rempub. aliquem, obuiam.
INTERmittere diem, iter, iudicia, lectiones, literas, ludos, mentionem alicuius, mittere literas alicui. officium ſcribendi, otium, ſpatium mille paſſuum, ſtuſtia, tempus, triduum.
INTROmittere aliquem, neminem, ad ſe omnes, in ędes vel in ędibus alienum quenq̃, comeſſatũ aliquẽ.
MANVmittere, quære, mittere manu.
OMITtere aliquem, aliqd, cõuitia dicere, iracũdiam, miſerias alias, nobilitatem, nugas, recordari de vniuſcuiuſq; ſtatu cogitando, rogare de aliqua re, ſolicitudinem iſtam falſam triſtitiam.
Omittere vt, dicimus eleganter per occupationem. Teren. Nam alias vt omittam miſerias. Omiſſo animo eſſe. Omiſſis iocis. Omiſſiores ab re paulò.
PERMITtere alicui aliquid, amorem, exercitum, famam, poteſtatem, ſe, rem ſuffragiis, vela ventis, dolore ſuo, ad hoſtium aciem equum concitatus, ex fumo ſe, trans maria aliquid.
POSTmittere aliquid in alicuius periculo, id eſt, poſt habere.
PRAEmitere aliquẽ domũ, ad Acherontem, edictũ, nuntium, orationẽ, ſententiã ſilẽtio quicquam, verba.
PRAEtermittere autoritatem alicuius ex re, locum aliquem, conſulto, nihil, ſilentio aliquid voluptatem.
PROmittere alicui aliquid, annos longos ſibi, barbã, capillum,

capillum, comam, dies longos, sibi diuitias, fide sua, fore, fronte aliquid, futurum, otia, sanitatem, titulos magnos, vadimonium, veniam, ad cœnam aliquo sa- tis scitè.

A Dpromittere futurum aliquid ita, est quod quis pro- misit, idem ab alio insuper promitti.

R Epromittere aliquid alicui, contrà promittere.

Remittere aliquem aliquò, alicui aliquid, adolescentiæ aliquid, animum curis, annum alicui, arcum, aura mi- tiore se, curam animi, curas, decimam debiti alicui, de bitum, dolores remittunt quempiam aliquid, facinus frena, frenos dolori, frigore se frigus remittit se, in- dulgentiæ alicuius, iocum, iuuentutem, iuuentuti ali- quid, lachrymis alicuius, largitionem infinitam alicui: leges, lora, ludos, memoriam, munera, nuncium ali- cui & ad aliquem, oculos, officium, onerare aliquem iniuriis, peccatum, pecunias, pretio aliquem, pueros, pugnam, repudium mulieri. semisses, se totum, stu- dium suum summum, supercilia, suppliciũ alicui, tem pus nullum, vẽtus remittit se, virtutem alicuius, vsum rei, vocem nimis, vxorem marito.

Remittere de custodia & de disciplina aliquid, de vo- luntate sua aliquid, ex commendatione alicuius ali- quid, ex rugis aliquid, in tempus, in triẽnium aliquid.

S V Bmittere animos amori, capillum, caput, ceruicem, frontẽ, res sibi, sese, alicui, se legibus alterius, se nego tiis alteriũs, se reb⁹: tauros aratro, currui, iugo: vocẽ.

T Ransmitterre aliquem alicui, arenas per cribrum, cam pos patentes cursu, discrimen, flumem, hęreditatem. mare, sinum pedibus & equis tẽpus inter pugillares & libellos.

Transmittere absolutè, pro nauigare, frequentissimum.

MITIGO.

Mitigare caput alicui sandalio, cibum, igni, labores sum mos gloria magna, odium precibus, seueritatem

alicuius acerbam multis condimentis humanitatis.
M Itigari ad humanitatem ex agresti immaniq; vita.

MODEROR.

Moderari de iudiciis,sumptibus,vectigalibus:ex sua libidine aliquem. Moderandum mihi orationi meæ.

MOLIOR.

Moliri aliquid,aratris minoribus,arcem,atriū,bellum, ciuitatem,classem,currum,fraudes alicui,fulmina,habenas manibus,iacula,ignē,insidias alicui,iter, laborem:lœthum alicui,moram,mortem alicui,mūdum, muros,oppida,periculum alicui,profectionem,reditum,sagittas,se molitur mulier,id est,comit.
D E M Oliri ædificia,fores,diruere.
Demoliri culpam de se,purgare.

MONEO.

Monere aliquem aliquid,consilio,minorem,ex mandatis alterius aliquem. Monet ætas,animus,annus,aurora,ad operam surgere,dies,hora,lux,otium literis incumbere,res ipsa,tempus alio properare.
Monere ne,vt. Monere cum datiuo. In Truc. Vnum animus monuit mihi. Moneri cum accusatiuo. Cic. Nec ea quæ ab ea monentur,audimus.
A D Monet me locus ipse. Admoneo te aliquid de cautionibus tuis. Admonuit me verbis tuis,id est, nomine tuo. Admonitum te illud esse volo.
Admonuit Senatusconsultorum.
Admonuit tanti viri tempus.
C O Mmonere aliquem suarum miseriarum,aliquem officium suum. Commoneas aliorum exempla.
Commonitus sum re ipsa. Commonere vt. In And.
C O M Monefacere. Gellius. Nunc vtilitatis publicæ commonefacit.
P R AEmoneo ne.Cicero.

MONSTRO.

Monstrare aliquem,alicui,semitam,viam.

COMmonſtrare alicui hominem, parentes ſuos, theſaurum.

DEMonſtrare aliquem, ædes alicuius, rem omnem ordine, villam alicuius.

MORDEO.

Mordere frenum, mordere clanculum aliquem, humũ. Mordet me ſumptus, Si id te mordet. Me mordet aliquid.

MORIOR.

Mori deſiderio alicuius, repentino, riſu. Moritur fama ac memoria tuorum in me beneficiorum, plauſus, ſermo delitiarum deſidiæq́; interpoſitus, moriuntur virgæ in tergo alicuius.

Mori in ſtudio demetiendi cœli.

DEmori aliquem, id eſt, valde amare. Plaut.

EMOri riſu. Emori me malim. Emori cupio.

IMMori ſtudiis.

MOROR.

Morari abeuntem, aliquem, aliquid, commodum alicuius, conuiuas, iter, nuptias, reditum, tædas.

Moror nihil animos magnos, clamores, dotes, dapſiles factiones magnas, imperia, pallas, purpuram, eburata vehicula, id eſt, curo. Morantur ſyluæ.

Morari in agro, in ciuitate, in cõnubio natę thalamoq́;, in re quapiam.

Morari triduum alicubi.

Immorari cogitationibus honeſtis.

Remorari aliquem, cõmodum alterius, gradum, lotiũ.

MOVEO.

Mouere aliquem. Acheronta, admirationem alicui, ædilitate aliquem, aluum, animo, multa, animum alicuius approbationem aliquorum, arma, autoritate aliquẽ, bellum, beneficio aliquem. bilem, calculos omnes in vtraq; parte, camerinam, caſtra, clamores, crabrones, dolorem alicui, dos nihil nos mouet.

Mouere expectationem alicui de re aliqua, mouet euenta, caussæ euentorum.

Mouere fletum alicui, funera, gradu, hæredes veros hominem, hoc me mouet.

Mouere iocum, isthæc, lineam loco, magistratu aliquē, manum cum Minerua, Martem, neruos ad verba: Nuptiæ mouentur, nihil oculos mouet pulchritudo corporis.

Mouere ordine aliquem, possessiones aliquorum querelas alicui, risum, sedes, seditionē, se loco, senatu aliquem, se ocyus: Stomachum, suspitionem alicui: Talum a sacra linea, tribu aliquem, tumultum, turbam, ventrem, vinum, vrnam: Ad appetitiones ad iram.

Moueri animo, diis pœnatibus, donis, fama, misericordia, pecunia; possessionibus, precibus, pretio; sedibus amicissimis, sensu oculorum, specie.

Moueri a sententia.

M Otant Zephyri, motat se luna quoquam.

A D M Ouere aurem, fabricas, faces, labra poculis, manus alicui, sese propius, se ad aliquid, stimulos alicui, talos alicui.

Admouebantur ignes, ardentesq; laminæ, & cæteri cruciatus.

Admouenda oratio ad motus animorum, ad sensus animorum.

A Mouere amorem ex animo suo, arbitros, assentationem vitiorum adiutricem, crapulam, metum, molestiā maximam a foribus, opinionem aliq̄ a se, segnitiem, socordiam ex pectore, somnū ex oculis, studio puerili animum, suspitionem ab aliquo, testem a se.

C O Mmouet aliquem amor, consuetudo, pudor.

Commouet aliquid animum, oculos hominum.

Commouere aliquem, bilem, dissentionem nouam, dolorem magnum & acerbum, expectationem sui alicui, inuidiam, membrum, mentes, indicium, sacra, se, senatum

ſenatum ergà aliquem, ſtudia dicendi & ſcribēdi multorum, tela.

Commouetur aliquis, animus in re aliqua, animus metu: commotum bellum in Italia, commoueri deſiderio ſuorum: commota hiſtoria ab his, commota inuidia a ſuis ſimilibus in aliquem, commouere libidine aliqua, nimia longinquitate locorum, metu, nuntio primo grauiter, commota ſeditio, commota ſuſpicio omnis in ſe, commotus in Hollandia tumultus.

D I M Ouere aliquem de ſententia vera & certa, bonum & malum, moleſtiam a ſe, Rempu. ex ea poſſeſſione, terram aratro.

D Imoueri gradu, ab exiſtimatione priſtina deiici.

P R Omouere aliquem honore, gradu: nihil, nuptias, parum, terrā, torres: Promotus ad ampliſſimas procurationes.

R E M Ouere aliquem ab exercitu ſuo, Imperium, metum, moram, morbum, multitudinem ſociorum, præſidia, ſe artibus ſuis, ſe ab aliquo, ſe ab amicitia alterius, de medio literas, vel aliquid aliud.

Remotus ab inani laude, & ſermonibus vulgi.

S E Mouere ſententiam cęterorum, diſcipulum ſemidoctum abs ſe.

T R A N Smouere verbis gloriam alieno labore partam in ſe.

M V L C T O.

Mulctare aliquem, bolo hoc, infortunio, matrimonio, metu mortis, morte, viginti minis, patria, pecunia, vſque ad mortem dominum atq; familiam omnem.

Mulctari pœna graui.

M V N Erare aliquem ſocietate regni, beneficium bene merenti.

R E M Vnerare beneficium, meritum.

M V N G O.

E M V Ngere aliquem, candelas, nares, oculos alicui,

pecunia aliquem, se cubito, senes argento.
Emunctus sum auro.
Emungere hominem probè. Emunctæ naris homo.

MVNIO.

Munire alueum, iter, mœnia, oppidum muro præsidia Reip. ripam, se, subsidia frumentaria firmissimis præsidiis classibusq;, viam sibi, viam sibi ad beneficium impetrandum studio & suffragio suo, viam sibi ad stuprum. Munitus virtute & sapientia. Munitur contra auium minorum morsus vallo aristarum.
PRAEmunire, notum.

MVRMVRO.

Murmurare, est maiorem sonum ædere, proximum ad tumultum. Murmurant intestina mihi inanitate.
Murmurant serui. Murmurat secum sola.
AD Murmurante senatu scito propositum esse nobis pacificatorem. Allobrogum i. clam contradicente.
Mutire nihil iam audeo. In Andr. Non mutit cardo, id est, crepitat. In Curcul.
MVSsare, est hominum occultè loquentium quod celatum velint. In Aul. Neq; occultum id haberi, neq; per metum mussari.
MVSsitare metu, clam, secum.
Mussitanda iniuria adolescentum est, id est, tacenda. In Adelph.

MVTO.

Mutare ædificia, ære animum, aurum argento, bellum pro pace: cœlum, consilium, dicta, factum, fidem, fidem cũ aliquo, fortuna mutatur, fortuna nihil te mutauit, gaudium mœrore, ingenium, iucunda seueris, iudicium animi sui, iumenta ad celeritatem, locũ, mentem suam, merces, mores, naturam, nuptias, pacem, pactionem, pecuniam, prædas vino aduentitio cum mercatoribus, prætextam paludamento, quadrata rotundis: sententiam, solum, testamentum, vestem, volũ

tatem,

tatem, in formam alterius se.

COMmutare annonam, coloniam, colorem, cõtumeliam, iudicia, nomen, nomina inter se, oculos, orationem sibi, rationem, Rempub. verba cum aliquo, verba inter se, vestem suam cum aliquo, vultum, frontẽ, sermonem ad aliorum voluntatem: vxores.

DEMutare animum de firma fide. Demutat imperium tuum atq. edictum. Demutant mores ingenium.

Demutanda illò oratio mihi est mea.

IMMutare argentum, ingenium egestate, moribus: se, vestem, vultum.

Immutare imperio, potestate, prosperis rebus.

Immutari ex amore.

PERmutare captiuos, merces, nomina inter se, pecuniam, pretio satis digno aliquid.

MVTVO.

Mutuare, mutuo dare. Mutuari, mutuo accipere.

NANCISCOR.

NAncisci consuetudinem rei alicuius, firmitatem, hospitium, laxamentum, malum, otii, plus, pisces, ex sententia, potestatem summam, sortem prouinciæ vrbanæ, spem maiorem impetrandi, valentiorem aduersarium, vestitum hunc.

NARRO.

Narrare aliquid, fabulam surdo, ingenium boni adolescentis, male de nepotis filio, monstra, nihil, noui aliquid, pugnas, quid, rationẽ, rẽ ordine, stomachũ suũ.

ENARrare rem omnem ordine.

NASCOR.

Nascitur caussa ex ea lege, cupiditas dicendi, dissidium, edictum nouum ex tempore, facinus nouum apud aliquos, gloria, iniuriæ multæ, litigium cum aliquo, malum, nobilitas ex eo, oratio, prouincia alicui, res, suspitio ex aliquo, vinum. Natus abdomini suo, ciuibus, suis, conuiuiis, delectationi, gloriæ, laudi miseriis

feeundis

ferundis, rei huic, Reip. patriæ, seruituti, sibi, somno. Natus Athenis, Carthagini, Ephesi.
Neapolis Natus annos sexaginta. Natus animo leni, humana matre, humano patre, genere nobili genere summo, genio male volente, ingenio fœlici, loco equestri, loco obscuro, loco summo. Natus a vobis sum consularis. Natus ad agendum, annos ad quinquaginta, ad dignitatem, ad facinus, ad gloriam, ad laudem, ad miseriã, ad prædam, ad rem aliquam, ad hæc tempora, cum istiusmodi virtutibus, de genere nobili, ex aliquo, ex ea familia, in alia lingua ac moribus, per annonam curam.
INNAta homini auaritia, cupiditas, inuidia, ira, malitia, pertinatia, temeritas. vecordia.
RENAScuntur pennæ.
ADnasci. ENasci, constant ex simplici.

NAVIGO.

Nauigare mare, velis plenissimis, ex sententia, in portu, magis commodè q̃ strenuè.

NAVO.

Nauare beneuolentiam in aliquem, operam, operam alicui, opus, Reipub. studium. Renauare operam. Atti.

NECO.

Necare aliquem fame, veneno, in seruitute ac vinculis. Necantur radices herbarum.
ENEcare aliquem odio, in neruo, in vinculis, bouem arando. Enecat me fames. Enecati fame, frigore, squalore.

NECTO.

Nectere causas, excusationem, linum lino, moras, palmas, retia, vincula.
NEXare. Aenei. 5. Composita dependent ex simplici.

NEGO.

Negare factum sedulò. Factum hic esse id non negat. Negat se filiam daturum. Si tu negaris ducere.

Negant

Negant quenquam virum bonum esse nisi sapientem.
DENEG Ant datum. Dare denegabis. Is si deneget facta, quæ tu facta dicis. Si id deneges quod me oras.
Denegarat se cōmissurum mihi gnatam suam vxorem. In denegando modo quis pudor est paululum. Extemplo denegabit.
PERnegare. In prol. Eunu. Id verò pernegat.
(NERVO.)
ENERuat vires Venus. vinum. Eneruauit me atq; afflixit senectus. Eneruatur oratio compositione verborum.
NITEO.
Niteant vt ædes præcipio. Nitet oleum.
ENItebat magis Crassi oratio. Enituit in bello. Enituit in omnibus eloquutionis partibus, in oratiōibus Demosthenes. Enitescit virtus. Salust.
NITOR.
Niti alis, autoritate & cōsilio maiorum natu, gradu ægre sti ac trepidante per loca ardua, gratia, hasta, iugo pari, labore, patientia, sententia alicuius, studio, virtute, ad gloriam immortalem, in cubitum.
Nititur in eo ciuitas. Nititur vitis per omne tectum in culmen. Niti sub valido pondere.
CONniti animo.
ENITI filium, geminos, sedulò.
Eniti cum infinitiuo. In Andr. Corrigere mihi gnatum porrò enitere. INnititur vitis arboribus.
OBniti, contra luctari. Vergi. Obnixi torquēt spumas.
NOBILITO.
Nobilitare aliquem flagitiis. Nobilitata eius crudelitas. Nobilitari homines non solum magnitudine & summa æris alieni, verumetiam consuetudine ac studio turpissimarum rerum. Nobilitāt hominem mores virtutesq;, non excellentia generis.
NO-

NOSCO.

Noſcere aliquem, animum alterius, caſum belli, faciem hominis, ingenium, locum, mulierem pro coire, ſeipſum, tēpus, viam, de colore aliquem, de facie, de forma. Noui ęquè omnia tecū. Nouimus nos inter nos.

A Gnoſcere augurium, dolorem, formam ſuam, numerum, ſignis certis, ex ſe aliquid.

COGNO Scere aliquem, cauſam, conſilium alterius conſuetudinem, diuos præſentes, iter, matrem riſu, mulierem, rationem: ſe, ſermonem, ſtudium, vitam alicuius.

Cognoſcere cum aliquibus cauſas, de aliquo, de appellatione, de ſalute alicuius, ex aliquo, ex annalibus, ex literis alicuius, in bonam partem aliquid.

Ignoſcere alicui, adoleſcentiæ, delictis alicuius, præteritis. Ignoſcere culpam.

REC Ognoſcere turmas equitum, veſtem.

NOTO.

Notare aliquē carbone, creta, furti, furore, hæreſi, ignominia, ſcelere ſolœciſmi, virgula cenſoria. Notari vngui. Notata frons calamiſtri veſtigiis.

Notare orationem, robur alicuius. Notantur mihi ad diuinandum ſigna.

NOVO.

Nouare aliquid, agrum, in communi rerum vſu.

I Nnouare ſe ad intemperantiam.

Renouare animum, bellum, cēteſimas, deſiderium amici, deſiderium ſui, fœnum, gemitum, honores, hoſpitium, inſtitutum, luctum, memoriam, mundum, orationem, quæſtum paternum, reliquias, rem, ſcelus, ſocietatem, ſolicitudinem.

Nubere alicui, cum aliquo. Nuptum dare puellam viro.

NVBO.

Nubere in familiæ luctum, atq. priuignorum funus.

Obnubere caput, comas, id eſt, tegere.

Nudare

NVDO.

Nudare ætatem, facta alicuius: frequentia aliquem, fundamenta scientiæ, intelligentias plurimarum rerum obscuras & necessarias, mores alicuius, pectora ferro traiecta, præsidiis aliquem, vulnus. Nudata defensoribus castrorum pars.

NVMERO.

Numerare aliquem suum, alicui, annos multos, annos suos, argentum, debitum, dies, multos, exta cocta, pecuniam, titulos suos, vndas.

Numerare a se aliquos, in bonis aliquid, in gloria facta sua, in beneficii loco, in mercedis loco, in malis, aliquid, in manum duo talenta argenti, in onere galeã, gladium, scutum, plus quàm humeros, lacertos, manus: in beneficii partem.

Dinumerare multa fando. Iam ne enumerasti, quod ad te rediturum putes?

NVNTIO.

Nuntiare aliquid patri, gaudia magna ad aliquem, nuntium optabilem, salutem multam patrono vel ad patronum, salutem solidam sodali, tristia libenter, voluptatem magnam.

A Dnuntiamus bona, læta.

D Enuntiare aliquid alicui, id est, significare.

Denuntiare bellum, cædem & dimicationem, domum aliquid, inimicitias, mortẽ, periculum, seruitutem, testimonium alicui, vim.

Denuntiat cœli status frigidus & pruinosus hyemis violentiam.

Denuntiare in iudicium.

E Nuntiare consilia sociorum aduersariis, ea quæ quis dixit, orationem, rem necessariam alicui.

Enuntiarunt tuæ mihi literæ, eum esse hominem bonũ, non leuem, & amantem tui.

O B Nuntiare alicui mala, tristia, Augurum erat.

OB Nuntiare alicui mala,tristia, Augurum erat.

PRONV Ntiare decretum iudicum de consilio, sententia,iudicium,nomina victorum magna voce, sententiam.

Pronuntiare acriter,amplius,aptè,decenter,intentè instanterq;,memoriter,sapienter.

Pronuntiat per præconem libros etiam Græcos.

Pronuntiat in consilio Pompeium celeriter subsidio venturum.

REN Vntiare aliquid alicui,alicui aliquid,amicitiam, conditionem totam,decisionem tutoribus,domum aliquid,hospitium,redemptionem,repudium.

Renuntiare literis,vitæ.Rennntiatur ædilis,consul,prętor,tribunus.

Renũtiare ad patrem aliquid,de palla vxori.Renuntiata sunt tibi hæc sic fore.

NVO.

N Vtàmus capite. N I Ctimus oculis.

A Nnuimus naribus aut labiis.

A Bnuere aliquid,natum suum.

A Nnuere aliquid.Si deus annuisset.Superest vt promissis deus annuat.Quod cum vterq; nostrum annuissent,annuo venturum me.

I Nnuere digito. Abiens mihi innuit.Ne mora sit,si innuerim.

R Enuere,respuere.

NVTRIO.

Nutrire amorem sperando, barbam,capillum,comam, flammas,tacitos ignes.Nutritor oliuam,deponenta liter.Vergil.

NV Tricatur deus partes suas. Cice.

Nutricare pueros.Plau. EN Vtrire,educare.

OBLIVISCOR.

O Bliuisci carmina,iniurias,mores suos.Obliuisci mansuetudinis,sui.Ita prorsus oblitus sum mei. Item cum infinitiuo.

infinitiuo. Nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

OB Scurare tenebris cœtus nepharios. Obscuras lucri magnitudo periculi magnitudinem. Obscurari non potest, id est, dissimulari. Obscurat vis honestatis speciem vtilitatis. Nulla eius legationis posteritatem inobscurabit obliuio.

OBSONO OBSONOR.

Obsonatus est vix dragmis decem.
Obsonare ambulando famem, obsonium.

OBTVRO.

Obturare os alicui, claudere.

ODI.

Odisse aliquem propter crudelitatem, bellum. Oderam multò peius hunc q̃ illum. Oderint dum metuant.

ODERO. ODEROR.

Oderare & Oderari aliquem, aliquid, dictaturam, pallam, voluptates omnes.

OLEO.

Olent argentum manus. Olet aurum huic.
Olere caprum, cepas, cereuisiam.
Olet furtum, hircum, lucernam.
Olet malitiam, merdam, myrrham, nardo.
Olet peregrinum, pharmacum, popinam, prandium, scortum, stabulum, sulphure, temetum, vinũ, vnguentum, a longinquo, de suo. Olere bene.
Olent aliter catuli, aliter sues. Olet homo malo suo.

ADOLERE.

Adolet altaria tædis, id est, suffitum facit ad honorem deorum. Quum intestina adoleuissent id est, cremassent.
Adolere penates flammis, honorare.
Adolere tymiama, verbenas pingues. Adulta ætate filius, id est, matura. Adoleuit ad eam ætatem. i. excreuit. Adultæ iam Athenæ fuerunt. Adulta Reipubli.

pestis.

pestis. Adoleuit res Persarum breui. Adolescit sensim vis terræ in frugibus. Adolescunt ignibus aræ.

EXOLERE EXOLESCO.

Multa sunt quæ negligentia exolescant. Exolescere in totum. Exoletos autores scrutari. Exolescit metus mitium dominorum apud seruos ipsa consuetudine. Exoleto iam vetustate odio. Exoletam virginem reliqui domi, id est, maturæ ætatis.

INolere, in vsum venire.

OBolere allium, antidotum.

Oboluit marsupium huic istud quod habes.

OBSolescere. Chartæ quæ illam priscam seueritatem obtinebant, obsoluerunt.

Obsoleuit iam ista oratio. Obsoleuit eius splendor omnis his moribus. Obsoleta vestis. Vestitu obsoletiore.

Obsolescit vectigal in bello.

REDolet chariophilus, lilium, id est, spirat. Redolentq; thymo fragrantia mella. Mihi quidem ex illius orationibus redolere ipsæ Athenæ videntur.

SVBolere, parum olere, aut rem tacitè intelligere.

Nunquid patri subolet? Subolet iam vxori quod ego machinor.

ONERO.

Onerare aliquem amœnitate, beneficiis, curis, contumeliis, crebris concionibus, commissis, exactionibus, iniuriis, inuidia de re aliqua, lætitia, laboribus, literis, mendaciis, malignitate, negotiis, præceptis, pugnis, probè, precibus, rebus agendis, stipendiis, tributis, quibus est dictis dignus, voluptatibus, votis.

Onerare diem commoditatibus alicui ope sua: currum lignis.

Onerauit hæc dies malignitate omnes mortales mihi.

Onerare gulam potione vinacea, loculos nummis.

Onerare

Onerare humerum pallio,mensam cibis,nauim mercibus,stomachum crapula. Onerasset populum eiusmodi introitus.

Onerare se voluptatibus. Vina cadis,famia.

Oneratus veste. Onerata carnaria. Onerata memoria. D Eonerare aliquid ex inuidia.

E X Onerare aliquem metu,se ex agro.

O P E R O R.

Operari,opus facere. Operari rebus Venereis,operam dare. Operari in herbis,litare.

O P O R T E T.

Oportet exossatum esse Oportuit communicatum, dictum,factum,interemptum,& similibus participiis passiuis gaudet in præterito. Oportebat hæc facta ab illo oportet personale. In Andr. Quæ assolent quæq; oportent.

O P T O.

Optare aliquid de aliquo Quoduis præmium a me optato,Id optatum feres quod de interitu Hypoliti optauit.

Optat parare diuitias. Relinquere inopem.

Optare operam alicuius.

A Doptare aliquem sibi,in filii locum accipere.

Adoptauit maiorem hunc mihi. Adoptare sibi defensorem sui iuris,vltorem iniuriarum. Actorem totius causæ. Adoptat illum puerum subreptitium sibi filium.

Adoptauerat se ipse.

Adoptãt me suis bonis tutorẽ,in diuitias sibi,pro filio.

C Ooptare aliquem in suum collegium, collegam sibi, locum sua nominatione, patronum,senatorem in eũ ordinem,senatum.

E X O Ptare aliquid,aliquem sibi dari,gloriam, honorem,imperium.

xEoptatum vxori aduenire.

ORBO.

Orbari, eſt re chariſſima priuari, in primis liberis.

Orbare aliquem auxilio, luce, vita, Orbare animal animo.

Orbare concionem optimatibus, Italiam iuuentute, patriam claris viris, Rempub. fortibus ciuibus.

Senatum ducibus, ſe luce propter vim ſceleris alieni.

ORbari auxilio, decore, laude omni, gerẽdis negotiis, rebus omnibus, ſpe omni ſalutis.

EXORbare animam alicuius.

ORDINO.

Ordinare bybliothecam, comitium, conſilia, forum, Rempub.

Ordinare aliquem, ad magiſtratum promouere.

Dii ita fata ordinarunt.

ORDIOR.

Ordiri rem ex compoſito. Orditur hic cõmodum loq.

Ordiri telam. Vnde rectius ordiri poſſemus. Sic orſus Apollo. Sic orſus ab alto.

EXORdiri argutias aduerſus aliquem, cauſam a narratione, conſilium ſuum, facinus, orationem, rem facete & callide.

ORIOR.

Oritur ægritudo hæc mihi abs te, clamor hinc ex proximo.

Oritur facinus id ex te, fons in monte, hoc abs te, initium irę hinc, iniuria tibi a me nulla, malum ex te, peccatum a nobis. Ex te quicquid factum eſt, quid ſceleris, ſermo ab his.

Ortus a ſe, id eſt, ſuo Marte euectus.

Ortus ex eodem loco.

ADoriri ex inſidiis, inuadere.

Adoriri aliquem, fratrem iurgio apud fotum de pſaltria iſthac, hoſpitem hunc, imparatum aliquem in veris nuptiis, theſaurum integrum.

COoriri. Coortæ sunt tempestates maximæ subito.
Coorto tumultu terga vertere.
Exoriri. Exortum est isthic bellum. Exoritur clamorq́; virum, clangorq́; tubarum, color viridis ex temporibus atq; fronte. Exoriri vtero dolores. Exorta omnia a te. Exorta subito nepharia Catonis promulgatio. Exoritur Antipatri ratio ex altera parte. Exorere tu sola. Exorior nunc paulum, id est, respiro.
OB Oriuntur vteri dolores mihi quotidie.
Obortæ lachrymæ aduentu suorum.
Oborta lætitia est mihi. Oboriuntur tenebræ.

ORNO.

Ornare aliquem, cuncta, exercitum auxiliis, fugam, Insignibus gloriæ, munus verbis, nuptias apud aliquos, penum aliud sibi, prandium, suffragio aliquem. Ornatus ingenio bono. Ornatus sibi. Ornata syderibus vndiq; cœli forma. Ornatus ex suis virtutibus. In nouum modum. In peregrinum modum, sine auro, lapidè, pessimè.
Adornare accusationem, balnea, benefacta verbis, fugam, mẽsam, nuptias, petitionem consulatus, testes, thalamum, fragulam iniicere in aliquem, vasa pura sibi, viaticum sibi ad fugam.
Adornant vt lauet.
EXORnare aliquem ad exemplum hoc, aciem, nuptias, prætura aliquem, Rempubl. se alicui, se lepidis moribus, triclinium amplè magnificeq́;.
Exornari philosophia, veste varia. In peregrinum modum, graphicè. Exornatum aliquem reddere.
Subornare aliquem, vigilanter, neruosæq́;. In acie stantem alicui clientem, ad militem solicitandum, iudicẽ, seruos in capita dominorum. In caput meum, testem falsum. Subornatus ab aliquo reorum.

ORO.

Orare aliquem aliquid, aliquem, aliquid ab aliquo, ali-

quem sibi, aliquem alicui, aliquem per dexteram, pro aliquo: bonum æquumq;: orare causam seruum hominem leges non sinunt: orare causam apud iudicẽ, ius merum, noctem puellę, optimum atq; equissimũ, cum aliquo de salute sua.

Orare ne, vt, quod subticetur interdum.

A Dorare, deo proprium.

E Xorare, orando impetrare. Sine te hoc exorem. Sine te exorem. De præfacile exoras.

Exorare lachrymam non queo. Exorare me volo hanc rem abs te.

Exorare tristitiam huius debebunt reliquæ actionis partes. Exorent te, illis hanc veniam sine.

Exorare vnum vos sinite. Exorassem vt eam ducerem.

Exorandus mihi est.

P E Rorare, causam peragere, orationem finire.

Perorare aliquid, causam, crimen, litem.

Perorat in cadauere filii.

Perorauit in omnes æui medicos rabie quadam.

PACARE.

Pacari est ad pacem traduci. Pacata omni Gallia.

Pacato solo atq; effœderato.

Pacatus orbis.

PACISCOR.

Pacisci fœdus prouinciarum, filiam alicui, inducias cum hoste, nuptias filiæ cum aliquo, societatem belli aduersus Romanos, cũ aliquo pecunia paulula, de mercedibus. Pactis legibus. Pactam rem habeto.

D E P Acisci mortem cupio. Depactus ad conditiones eius cum hostibus. Depactus est cum hostibus. Cicero.

PALPO. PALPOR.

Palpare mulieri blandè. Palpare aliquem munere. Palpum obtrudere.

Palpitat arteria, cor, id est, leniter mouetur.

PANDO.

Pandere ianuam, vela : Passus capillus, passa vela, passis manibus. Pansæ lances. EXPANdere.

PANGO.

Pangere osculum, suauium, osculari.
Pangere Sophocleum aliquid, versum, scribere.
Pangere malleolum, plantare. Colum.
COMpingere aliquem in carcerem, in locum angustū.
Compingere in nauem, in Apuliam se, in oculos aliqd.
IMpingere alicui, calicem mulsi, compedes, culpam in aliquem, dicam alicui, epistolam, vulnus.

PARCO.

Parcere alicui, errori, filio, gnato, iræ, labori.
Parcere lachrymis, metu pro metui, modestiæ suæ natis auri & argenti talenta, nihil.
Parcere oculis, operæ, pretio, sibi, subiectis, sumptui valetudini, vitæ suæ.
COMparcere vnciatim aliquid.

PARENTO.

Parentare parentibus, iusta celebrare.
Parentare alicui, aliqd alicui. Faba parētādo assumitur.

PAREO.

Parere alicui, parere dictis alicuius, necessitati, morem gerere.
APPARET nemo, opera, patera, promissum, quicquam, res.
Apparere domi, quæstioni, ad solum Iouis.
Apparent hæc in bestiis, vt se ipsæ diligant.
Apparet seruum hunc esse domum pauperis.
COMparere apud omnes, ex aliquo loco, nusquam statim. Comparebunt quæ imperas. Nequaquam argenti ratio comparet.

PARIO.

Parere, fœtum emittere, legitur aliquando de viris.

Cæcil. Hic vicinus noster peperisse se filiũ memorat pariter mulier, ciconia, hirundo, sorex. Quum mula pepererit. Pariũt etiam arbores, carioꝗ palmæ.

Parere alicui ægritudinem, amicitias firmissimas, amicos, beneficium sibi, exitum, gloriam, plurimas gratias, ingenio aliquid, laudem & lauream, moram, mures, odium, otium alicui, patriam alteri suo sanguine, perfugium pedibus, salutem sibi, statum bonum, studia maxima, studio aliquid, subuenitanea verba, victoriam, vrbes.

Parere ex aliquo. Obsequiũ amicos, veritas odiũ parit.

PARturire, partu laborare. Parturiunt montes nascetur ridiculus mus. Nunc omnis parturit arbos. Parturit laurus.

Parturire aliquid, periculum. Cic. Vtinam aliquando dolor. Pop. Rom. pariat, quod iam diu parturit. Idem. Hoc quod conceptum Respub. periculum parturit, consilio discutiam.

APErire ænigma alicui animum suum simplicem atq; amicum erga aliquem, arcana alicui argumentum, caput, caput fuste, concredita alicui, coniurationem, consilium, consuetudinem pristinæ vitæ sibi cursum ad laudem, dolum, domum extra priuatum, euentum temporis futuri, facinus alicuius, fenestras, flagitium alicuius fontes, philosophiæ studiosius, foueam, futura, ianuam alicui, ingenium alicuius, iter ferro, latus, literas, ludum alicubi, ludum docendi, manum, mores alicuius, naturam, negotium, omnia vt gesta erant, partem corporis aliquam, pectus suum alicui, portus, probra alicuius, rem, se alicui, se totum alicui, sententiam, terram, thesauros, verum, viam, votum. De insinuatione, deinceps aperiendum est.

Aperto capite Romam ingressus est. Aperto cœlo ventoq;. Aperta conuitia. Aperta fronte rem testati,

ri,apertæ Musarum ianuæ, aperto Marte cum aliquo pugnare,aperto ore quicquam effari, aperta pericula,aperto pectore eloq,agere cum aliquo? aperta scommata,apertis tibiis pronuntiare.

AD Aperio decompositum idem valet quod aperio.

COMperire aliquid,certo,nihil, re ipsa: De amore hoc comperit. Comperiebam nihil ad Pamphilum. Compertæ Vestales duæ stupri,vel in stupro. Compertum est mihi. Compertum habeo.

COMperior deponens,ex opinione colligo. Salust.

EXperiri aliquem,aliquid,benignitatem alicuius extrema fidem alicuius intemperantiam atq; iracundiam alicuius, libertatem, opera & factis dicta alicuius, opes suas in re aliqua,re ipsa. Experiri cum altero in aliquo,in vtranq; partem. Experiendum est. Cice. Expertæ industriæ homo. Sueton.

OPErire ostium,luctum. Operiri contumeliis, loris vsq; ad necem. Operto capite. Operti præda.

COoperire de malo tantum dicitur. Coopertus lapidibus in foro,id est,obrutus. Cooperius flagitiis atq; facinoribus,miseriis,sceleribus nefariis.

OPeriri aliquem,aliquid,domi,dies sex,horam vnam.

REperire,fortunæ est.

Reperire aliquem,aliquid,causam aliquam,causam cur, consilium,exitum rei, fontem malè sibi gloriam armis,hoc non secus reperies, malefacta vestra radicitus reperi,natam sibi reperire,negotium in hac re reperi,nocentem Deus reperit, reperire occasionem, parentes,rem,re ipsa,rimam. Reperi non quod pueri clamitant in faba se reperisse. Res multum diuq; quæsitæ,sæpe vbi quæri desierint,vltrò reperiuntur. Non reperiebam quemadmodum iungi possit duorum sententia tam diuersa sentientium.

PARO.

Parare aliquid, abitum, amicitias,amicos sibi benefi-

cio, arma, bellum copias, cupiditates animo, defensorem sibi, sibi delectum amicorum ex multis, discessum, discordiam, diuitias, ensem, exercitum, extrema famam sibi, fuga, furtum, generos duos vnica filia, insidias, interitum alicui iter, iugulum, iuuentutem in arma, leges, litem, literas sibi, machinas magnas, mēbra lassata, mensam, mortem, necem alicui, nomen sibi, nuptias, officinam, piscatum sibi in vesperam, prādium, profectionem, psaltriam sibi, quicquam ære, reditum, rem, se, se ad arma, ad iter, ad literas, ad nauigium, ad palæstram, ad studia, in omne nefas: telum, tunicam, vestem, vim. Ita ne paratus huc aduenis, id est, subornatus?

Parare cum infinitiuo, vt bellare, deferre rem, dormire, edere, legere, respondere, scribere.

APPArare animum auditoris ad audiendum, cœnam, conuiuium, fugam, nuptias alicui, orationem, pompas, prandium, prçsidium, verba. In apparando consumunt diem. Dum apparatur virgo in conclaui sedet: hic impersonale est.

COMparare aditus sibi ad res pestiferas, amicitias, auditorem ad aliquid, beneuolentiam, Ciceronem Demostheni, commoda sua ex commodis alterius, conuiuium, copias sibi, exercitum contra aliquem, gaudium gloriam, insidias alicui, manū sibi, prædiū quicquam çre, rationem vitç, risum pudentem & liberalē, se, se ad rem, senectutem suam senectuti equi fortis & victoris, similitudines, vestem & alia quæ opus sint, vitam beatam, voluptates corporis cum autoritatis prçmiis, vultum ex vultu, Comparandus hic non est ad illum.

Comparent inter se. Quam iniquè comparatum est, vt hi qui minus habent, semper aliquid addant ditioribus. Itàn comparatam esse hominum naturam omnium, aliena melius vt videant & iudicent quam sua.

DISparare

DI Sparare aliquem, id eſt, ſeparare. Cæſ.
AE Quiparare ſuas virtutes ad alterius. Non eſt cui fides, fidelitasq́; amicum erga æquiparet ſuum.
IMP Erare plus eſt q̃ iubere.
Imperare cœnam, cupiditatibus, dolori, frumentum ſibi in cellam, lachrymis, leges ex libidine, liberis, milites, pecuniam, ſibi, ſumptum, tributũ, ad rem in rem.
Impero, animo ocioſo eſſe.
Imperamus etiam nobiſmetipſis.
Imperaui egomet mihi omnia aſſentari.
Imperare noli lachrymis mihi excruciatum tuis.
PRAEparare amicitias, res neceſſarias ad vitam degendam.
PR Operare eſt vnum quicquid, maturè tranſigere.
Properare ad aliquem, ad maiora, in Cytrum audire de aliquo. Inuenire hominem, ire in vrbem, ire per altũ. Propera ocyus. Quo properas?
Properare, propero domum. Properat omnia. Actiuè. In Pœn.
REP Arare exercitum, materiam ſibi, in melius quod admiſeris.
REP Arari labore ac refici.
REC Vperare dignitatem, libertatem, natum, pacem, ſomniũ interruptum, ſuauitatem, voluntatẽ alicuius.
SE Parare, ex ſuperioribus manifeſtum.

PARTIO PARTIOR.

Partire bona inter ſe, cauſſas cum aliquo, cauſſam in digitos, prouincias inter ſe. Partite inter vos. Partiuntur per vices. Socios partitur in omnes.
PA Rticipare aliquem, alium alio, aliquem ſui conſilii, vel conſilio, prandio oppiaro, ſermone ſuo familiarium aliquem deberi amica, peſtem, patem, pœnã, prædam inter ſe.
DI Spertire iniuria aliquid, Diuos diſpertiſſe vitam humanam æquum fuit. Diſpertiti viri, Diſpertiti ordines,

nes. Dispertiam tibi cerebrum.

IMPErtire vel IMpertiri rem alicui & aliquem re, id est, impendere.

Impertire dolorem suum alicui, existimationem, bonam, hominibus idoneis & indigentibus de re familiari, honoribus aliquem, malo aliquem, osculo præstantiam virtutis, ingenii, fortunæ suis: quietis nullam partem neq; diurnæ neq; nocturnæ alicui, resolutione aliquem, salutem multam alicui, salute plurima aliquem, se talem alicui signa beneuolentiæ per multa, temporis, aliquid huic rei.

Imperti me quod commentus est. Nihil habeo quod impertiam.

Impertiri passiuè. Cice. Collegæ meo laus impertitur. Sueton. Reliquit eum nullo honore impertitum.

PASCO.

Pasco equum herba, & Herba pascit equum.

Pascere animum pictura inani armenta, barbam, boues, capellas, comam, crinem, equum, gregem, herbam, molossum seuo pingui, matrem pascit Polycrates: Pascere oculos, pecus, pecora ruri, spem vanam, inanem. Pascunt vestes tineæ. Pascuntur armenta, pascuntur armenta herbas, per herbas virides, pascnntur syluas. Pastus erundinea sylua. Pascitur in magna sylua formosa iuuenca. Sæpe diem noctemq; & totum ex ordine mensem pascitur.

COMpescere incendia, labellum digito, linguam, populos tumentes non imperio magis quàm ratione.

DE Pascere herbam, florem.

Depascenda luxuries orationis stylo. Cic.

DIS Pescit Nilus Aphricam ab Aegypto.

PATEO.

Patet animus omnibus. Patent aures omnibus ad disputationem hanc: Domus omnibus familiaritates late, fores, honores omnibus. Patet industria omnibus

licentia

licentia libidinum peccatorumq; omnium in amicitia, locus in latitudinem. Patent portæ, præmia omnibus præstigiæ, stipendia hostibus seruis.
Patet vitium hoc latè, voluntas omnibus.
PAT Efatio, apud facio dictum.
P Atesio. P Atesco nota.

PATIOR.

Pati animo æquo, iniquo, leni, argẽtanginam, carceres, dolorem, famem, fastidia superba alicuius, ferulam, frigus, impluuium patitur domus, pati iniurias, iras alicuius, iudicium, malum, fortiter, muliebria, otium, pedicas, plagas, repulsam, sumptus, virgam, à vita, ægræ, facilè, fortiter, humanè.
CO Mpati.
PER Rpeti meretricium contumelias.

PATRO.

Patrare aliquid, fortibus consiliis, bonis prælñs.
Patrare facinus fœdum, incepta, id est, perficere.
Parratis consiliis, diciturq; de re difficili aut mala.
IMP Etrare, est exorare.
Impetrare aliquid, ab aliquo aliquid, operam ab aliquo quicquam æqui boniq; ab aliquo, res falsas apud iudicem, veniam ex pœnitentia, de ratione habenda, per gratiam, per amicitiam aliquid ab aliquo. Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Impetro isthuc cum gratia quod postulo.
PER Rpetrare plerunq. in malam partem, estq; perficere. Opus meum, vt volui, omne perpetraui, id est, absolui. Id perpetrem quod occœpi.

PECCO.

Peccare alicui, multa, plura in hac re, aliquid in aliquem in cognatam, in istam partem, syllabam vnam. Quod maneam in vita peccare me existimem.
Peccare passiue. Cicero.
In patris vita violanda multa peccantur.

PECTO.

Pectere aliquem, capillos, citharam, lanam, vestes.
Depexum aliquem reddere.

(PEDIO.)

EXPEdire aliquid, alicui aliquid, aliquid dilucide, aliquem: aditus aggere & cratibus, animum suum impeditum in amore, arma, breui capita rerum, caput laqueo, vinculis: Cererem canistris, classem, fictis aliquem, fallaciam doctè.

Hoc mihi expedi primum. Expedire gallinas tricis. impeditum, inexpeditos, initiũ rei, iras, iudicibus rem suam, laqueis mortis caput, manus vinculis, molestia aliquem, negotiis aliquem, nodum, nomina paucis, pecuniam, pedes vinculis, rem, res rationesq; omniũ bene, salutem, senatusconsultum, se, se ærumnis, crimine, cura, rebus dubiis, scrupulo, ex turba: titulos debitos, verbo aliquid, virgas, ex seruitute filium.

Expeditum ex impedito facere. Inter flammam & hostes expedior. Ego expediam tibi. Nescio quid expediam potissimum. Qua sit facie mihi expedi.

Expedit impersonale vtile est.

Expedit bonos esse vobis. Nostrapte culpa facinus, vt malos expediat esse.

IMPEDIRE.

Impedit ætas. Impeditum in ea expedire animum.

Viden'me tuis consiliis miserum impeditum? Tot me impediunt curę. Impediunt in pudicitia vxorem meam. Impedire necessaria. Me & sese hisce impediuit nuptiis. Impedire profectionem, se in plagas, solutionem, studia.

PELLO.

Pellere aliquem, clauum clauo, fores, foras aliquem hostem, mœstitiam ex animo, moram, pudicitiam, timorem animo, vim frigoris, vim vi.

Pepulit species vtilitatis animum eius, id est, impulit.

Facile

Facile pellas vbi velis.
P V L Sare aliquem,ostium,lyram,pectus.
P V Ltare fores,ianuam,ostium.
A P P E Llere nauigantium vox est.
Appellere littus,portum.
Appulsis Messanam nauibus.
Appulsæ ad littus scaphæ.
Appellere ad Siciliam,ad villam.
Appellere amicos omnes suos,ad damnum,flagitium, probrum.
Appellere animum ad scribendum,animum ad vxorē, mentem ad philosophiam.
Appellere frigus,calorem. Haud auspicato huc me appuli. Hinc me digressum vestris deus appulit oris.
A P Ppellare aliquem,blande aliquem,biennio iam cō fecto ferè,Cæsarem,pro ad Cæsarem,literas,literis crebris aliquem,Messanam nomine aliquem. Papiā, patrem aliquem,populum,Romam sapientem aliquem,sponsorem,tribunos,vultu aliquem ad tribunos,a Prætore ad tribunos,de pecunia appellatus.
Appellare aliquem de re cōmuni post bienniū deniq;.
Appellatus est Imperator,Rex,atq; amicus,a senatu.
C O Mpellere aliquem ad artes malas,ad cedendum senatui,ad flagitia:ceruos in plagas,greges in vnum bybisco viridi,senem callidum dolis.
C O Mpellare aliquem edicto,aliquem suo nomine, blandè,magnificè,iudicem.
D E Pellere de re molesta dicitur.
Depellere aliquem a capite suo,criminationes oblatas a se,dolorem seruitutis,ferrum,flammam ab aris, focis:hostem mœnibus,malum,morbum,mortem, odium, prꝗsidium hostium.
D I S Pellere,in diuersa pellere. Verg. Ater quos ęquore turbo. Dispulerat. Dispulit caliginem.
Dispellunt equitem equi frenis liberi.

E X Pellere

EX Pellere aliquem domo, patria, ex vrbe, desidiam corde, dubitationẽ aduentus, se dolis, è periculo, sententiam alicuius. Expellunt veterum in aliquem beneficiorum memoriam noua officia.

IMpellere aliquem ad faciẽdum aliqd, hastam, mores.

Impulit me in hanc mentem Pompeii fides.

Impulerunt in spem certissimam consulatus. Vna scutica impellit omnes: de negotio facili adagium.

INTerpellare aliquem. Nihil te interpello. Interpella me vt sciam. i. dic, consilium, orationem, potestatem, sentẽtiã alicuius. Res interpellata bello. i. interrupta.

PERpellere aliquem dolis. Vsq; adeò, donec perpulit Nunquam desistam suadere donec perpulero. Incensam multitudinem perpulit vt Imperium regi abrogaret.

PROpellere hostem, sacerdotẽ sacrã indignis modis.

PROPulsare hostes mœnibus, inimicitias, iniuriam ab sese, morbos pestiferos exquisitis remediis, odiũ ab sese, periculum. Quę timentur propulsanda. Qđ tu speras propulsabo facile.

REPellere aliquem, ægritudinem, bellum, dolorem a se, insidias studio officioq; amicorum, labes animi, rationem omnem, vim vi. Meis dictis malis his foribus repuli hominem. Hanc superbiæ caussam repuli ad meretricium quæstum.

PENDEO.

Pendere animi, cum spe animi. Pendet animus tibi.

Pendere errore multitudinis. Semp tibi pẽdeat hamus.

Pendet lis. Pendent opera interrupta. Pẽdet auis pennis in aẽre. Pendere promissis. Pendere a multitudinis aura. Pendet à canis collo bacubus. Pendet & vestra nostra salute salus.

Pendere a vultu alicuius. Pendet ab amplexu, ab osculo, ab vberibus puer.

Pendere ab aspectu alicuius.

Pendet narrantis ab ore. Pendent ab vno corpore & ex vna origine bellū. Pēdet de collo fistula, torques.
Pendere de cruce mala, de filio.
Pendet de latere ensis, ferrum, gladius, pera, &c.
Pendere de, vel ex pilo. Pendent de rupe capellæ.
Pendet aranea de trabe.
Pendere ex errore multitudinis, ex parte.
Ex hoc pendet tota ista cantilena. Ex te pendet.
Pendere in limine alicuius, in verbera, per pedes. Hinc omnis pendet Rutilius. Tu tam pēdebis, id est, in periculo eris.
DE Pendebat illorum salus a nostra salute.
Dependent lychni laquearibus aureis.
IM Pendet bellum magnum a Parthis. Cōtentio non fugienda, cura alta pectori, exitium idem mihi, formidines ab nostris magistratibus atq; in nostris prouinciis, iudicium, mala tibi imparato, mors multis quasi fata amicitiis, necessitudo nobis & illis eadem, negotium magnum, timor belli magni.

PENDO.

Pendere aliquem flocci, nihili, magni, maioris, maximi, parui, minoris, minimi, multi, pluris, plurimi, tanti, q̃ti, &c.
Pendere aliquem non ex fortuna, sed ex virtute eius, ęs alienum, arma ad parietem, consilium ex opibus non ex veritate caussæ, debitum, furem, merces, nasum, nihil aliquem, pecunias omnes vrbis ad nutum alicuius, penas maximas temeritatis suę, pœnas tergo pro maledictis, rem leui coniectura, HS. centena, stipendia, tributa, vectigalia, verba.
Pensare. Salust. Repentina ista frumentaria lege vestra pensantur munia.
PENsitare, exanimare. Plinius. Is demum vitam æqua lance pensitabit, qui semper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius. Virtutes pensitabat. Pensitare ve-ctigalia

ctigalia alicui, ſoluere.
APPENdere pecunias: ponderare.
Appendere vuas maturas ad ſolem, ſoli exponere.
Appendere cauſſas, lites, conferre.
Appendere aſſerem parieti, peram, gladium lateri, torquem collo, quicquam in lance, in libra, in ſtatera.
COMpenſare. Cice. Hoc compenſabo breuitate eius orationis. Idem. Summi labores noſtri magna compenſati gloria mitigantur. Valer. Maxi. Lento gradu ad vindictam ſui diuina procedit ira: tarditatemq; ſupplicii grauitate compenſat.
Compenſare cum vnico verſiculo tot volumina laudum ſuarum.
Compenſare damno opera.
DEPendere operam incaſſum. Dependere pœnas.
DISpendere herbas, ſparſim pendere.
DISpenſare ærarium, domũ, familiã iudicio mométo.
Diſpenſare oſcula, eſt diuerſum, nunc hunc, nunc illum oſculari.
EXPendere aliquem, aliquid, aliquem auro, pecunia aliquid, pœnas, ſcelus, ſupplicia: expenſum ferre opponitur acceptum referre.
IMPendere beneficium, honorem, obſequium, officium alicui.
Impendere curam, laborem, operam, ſtudium, huic rei vel in hanc rem.
Impendebat maiora alia. In aquæ ductu Nycomedenſes impenderunt. HS. XXX.CCC.XXIX.
PERpendere omnia ad diſciplinæ præcepta, rem tota veritate. Quid ſit futurum perpende.
PROpendere repetita, examinare. Quintil.
REPendere vicem. Fatis contraria fata rependens. Ci. Cui pro. C. Gracchi capite erat aurum repenſum.
SVSpendere aliquem, aliquem adunco naſo, pro irridere, animum, arcum humeris, bullam auream in collo

lo infantibus ingenuis, ferrum ab alto malo, furem, petasum, se de ficu, uultum mentemq;, tabella picta.

Suspensus animo, id est, dubius. Suspenso gradus ire, id est, placido. Suspensa manus aliquem commendare, id est, timidè. Suspensum tenere, id est, dubium relinquere.

PERICLITOR.

Periclitari omnia, actiuè. Non est in vno homine salus summa Reipub. periclitanda, passiuè.

PETO.

PETEre, aliquem, aggerem, aquam, auxilium bonũ, blanditiis, calamo aliquem, caput, caussas ex alto, cibum, cibum è flamma, stultitia, consulatum, cornu aliquem, Corynthum petere non est cuiusq;, cursu, cursum: cuspide, dente, dextra aliquem domum, exẽplũ pudoris pudicitiæq, ab aliquo, fugam, in aliam partem, gladio aliquem, Græciam, hasta aliquem, bonorum, honores, hostem punctim, casim: ignẽ, ima, Italiam, lachrymis, lapidem, laudem, ligno aliquem, malo aliquem, magistratum, manu, mortem, mulctã, mutuum, pecuniã ex tabulis, ex aduersariis: pedibus Italiam, pignora certa, possessionem hæreditatis, portum, prædam, pedibus, precario, precibus, pugnam secundam, rus, salutem pedibus, salutẽ sibi lintribus inuentis, secretum aliquem, sedem, soporem, societatem, stationem, suspirium alte, syrtem: templum, terram, tributum à mortuo, veneno aliquem veniam: ad prædam, ad societatem, aliquid ab aliquo: in carcerem, in laqueum, in vincula aliquem.

Petere vndè. In Orat. Vt illi vndè peteretur vetus atq; inusitata exceptio daretur. Te etiam atq; etiam peto. Aduocatum me à senatu petierunt.

A Ppetere, appropinquare, vel quomodocũq; petere.

Appetere aliquid, amicum, Europam, gloriam, inimicitias, regnũ, vitã filii ferro atq. insidiis, vrbem insidiis.

Appetit iudicii dies, meridies, nox, ver. Propinqua paternitudo cui appetit.
Appetens alieni, sui profusus. Appetens gloriæ.
C O Mpetere animo, auribus, lingua, est bene valere.
Competit impersonale pro quadrat.
Competit in auaros fabula Tantali.
E X Petere aliquem, sibi aliquem, aliquid, bona venia aliquid ab aliquo: aduentum, amicitiam alicuius: auxilium, consilium, conuentum aliquem, ius alterius suo periculo, pacem multis hostiis, pœnas ab aliquo preces à deo pugnam, salutem, spẽ, testimonia omnia à litigatore, vitam, vxorem sibi. An mea forma atq; ætas magis expetenda est? Præ te medicum mihi expetam. i. aliũ ac te. Hanc mihi expetiui. In seruitute multa expetũt iniqua. Te sibi quisq; expetit. Nulla est mihi vita expetenda. Nunc sibi vxorem expetit.
Expetit animus audire, vti res gesta sit.
Expetit ætatem tuam illud facere. i. conuenit ætati tuæ.
Isthuc expeto scire. Hoc prius scire expeto.
I M Petere aliquem iurgiis. (Cõtingit oppetere
O P Petere mortẽ, pestem. Troiæ sub mœnibus altis.
R E Petere aliquem, Syracusas lege, ęs, audita, bona paterna & auita, consuetudinem maiorum longo interuallo, diem, diuinationem ab omni æternitate, faciẽ, facinus, initium amititię ex parentibus, iter, ius suum, lecta, libertatem, locũ ex intima philosophia, memoria aliquid, memoriam temporis, ministeria insolita, officiũ mutuũ, oppidũ, orationẽ alte, patriam, pœnas ab aliquo, præsepia, preces, rationẽ suorum consiliorum altius, recordationẽ veteris memoriæ, res priuatas iudiciis, verba, vitia fraterna, ex alto, ex ordine.
Repetitum venire. Repetundarum postulari, id est, de repetundis.
S V Ppetunt ambitioni, amori, quotidianis sumptibus copiæ: crimina alicui, facta dictis facultates.

Sup-

Suppetit materies vita.

PIGNERO. PIGNEROR.

Pignerare vel pignorare, in pignus accipere.
Pignerare bona, fidem militis præmio, fortissimũ queq; ex acie, lenam, vnionem ad itineris expensas.
O Ppignerare, aliquid pignori dare.
Oppignerare annulos nummis, filiam.
Oppignerabantur libelli pro vino sæpe.

(PILO.)

Compilare hortos, oppidum.
Compilauit eorum sapientiam ab ipsis cautis iurisconsultis.
E X P Ilare ærarium, hæreditatem alienam, oculos gemmis, tabernulas.
D E P Ilare, pilos detrahere. Martial.

PINGO.

pingere acu, aulæa, bibliothecam, constructione, coloribus suis aliquem, coloribus suis quicquã, corpus muliebre, effigiem alicuius ad parietem, frontem, genas moris sanguineis, parietem, simulachrum alicuius, stragulum textile magnificis operibus, tabulas, tempora, tunicas.
A Ppingere delphinum syluis, fluctibus aprum.
Appinge noui aliquid, id est, asscribe.
D E P Ingere facta alicuius probè, vitam alicuius: formam verbis.

(PIO.)

E X P Iare, purgare.
Expiare aliquid magicis euentibus, cædem cęde, ege states latrocinii.
Expiare errorem magis documentis, fidem sacrificio, filium pecunia publica, iniuriam, religiones, sanguinem sanguine, scelera in aliquem.

PISCOR.

A D Ipisci, in littera Adictum.

EXP Iſcari. Cice. Nihil expiſcatus eſt. Terent. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. Plau. Tandem neſcio qd ab eo expiſcatus eſt.

IN Dipiſcor multum in cogitando dolorem. Neq; partem tibi ab eo, cui eſt, indipiſceris.

Indipiſci pugnam, obtinere victoriam.

PLACEO.

Placere, quoties reciprocè ponitur, in vitium accipitur, id eſt, pro ſuperbire & mirari ſe. Riccius prouideri accipit.

Placere ſibi. Si diis placet. Vt placet inquam, i. vt videtur. Poſtridiè placuit, vt breuiter ſentẽtias diceremus.

COMplacere. Hoc deo complacitum eſt. Complacita eius forma, ſibi. Complacita eſt tibi. Quum quid complacitum eſt ſemel.

DISPLICere ſibi. Diſplicet vita. Nunc totius diſpliceo mihi.

PLACO.

Placare, placitum reddere. In Heaut. Neq; quod principium inueniam ad placandum ſibi.

Placatus ſum, id eſt, offenſionem depoſui. Vxor tibi placata eſt. Agninis me extis placari volo.

COMplacare iudices ſibi.

SVPplicamus ſola voce, in aduerſis malis, aut cum lachrymis. Dictum vel a plicandis genibus, vel a placando.

Supplicare alicui, animo alicuius pro ſalute alteri⁹, deo thure ac vino, diis: In phano. Nemo ſupplicauit, abſolutè. In Orat.

PLANGO.

Plangere fit percuſſu membrorum. Plãgere pectus palmis, pectore terram. Plangunt littora fluctus.

PLANO.

COMplanata domus, id eſt, ſolo æquata.

Complanare opera iam cõſtituta, id eſt, extremam ma-

num operi imponere.
Complanare aliquid pedibus. Gell.
EX Planare verba, pauca de alicuius moribus.
Explana mihi, id est, dic narra.

PLANTO.

Plantantur hoc modo punicæ.
DE Plantare ramum. Deplantantur ocyßimè quæ cortice nituntur tantum. Colum.
EX Plantare arbusculum. Colu. Ne ventis explantentur. Idem.
SV Pplantare eum, qui cum eo certet.
Supplantare vitem.

PLAVDO, vel PLODO.

Plaudere, manibus pulsare. In Asin. Pueri plaudite. In Casin. Qui non manibus clare, quantũ poterit, plauserit &c.
Plaudere sibi, placere.
APPLAVDERE.
CO Mplodere manus. Quintil.
EXplodere, plausu eiicere.
Explodere diuinationem, Aesopũ, fabulam, sententiã.
SV Pplodere pedem in illo iudicio, id est, pedibus obstrepere.

PLECTO.

Plectere pugnis aliquẽ, verberare. Ego plectar pẽdens.
Plectatur culpa sine inuidia in iudiciis.
Plectimur negligentia multis in rebus.
AM Plecti aliquem magis magisq; indies, amicum talem libenter, consilio aliquid, crura fustibus, fidem alicuius, genua alicui, hospitem apud se, ius ciuile vehementer, memoriam rei, otium, plebem, religionem, verbis pluribus aliquid.
CO Mplecti aliquem, amore aliquem, aliquid animo, consensum alterius, familiaritate arcta aliquem, hominem, hospitem, libello aliqd, memoria, mulierem

 mediam.

mediam. Nos inter nos esse complexos.
Complexus cum alcmena. Quo vno maleficio, secula omnia complexa esse videantur.
Complexa est eos fortuna.

(P L E O.)

C O Mpleuit annos centum & septem.
Complet aures meas tam dulcis sonitus.
Compleo conuiuium vicinorum quotidie.
Complere copia rerum omnium exercitum, corpus suum stupri.
Complebo ego illos erroris & dementiæ.
Compleuit me flagitii & formidinis.
Compleui me flore liberi, id est, ad satietatem bibi.
Complebantur gradus.
Complere legiones, murum celeriter.
Complebant æstus longas naues.
Compleuerat nauem vndis ventus à latere sæuiens.
Complere paginam, res, spe summa & voluptate ciuitatem, telis corpora, vitam beatissimam.
E X Plere animum alicuius, animum suum, animũ gaudio, animum curis, cantharum, ceras, cicatricem, cyphos, diuitiis aliquem, expectationẽ omnẽ diuturni desiderii, famem suã, ingluuiem, inimicitias alicuius, iram, legiones hominum numero, locum aliquẽ, mẽtem, negotia, numerum, pœnas patrias sanguine, rimas, scribendo aliquem, se, sententias, voluptatem suam quàm minimo pretio, votum. Dum iusta muri altitudo expleatur, id est, iusta murus altitudine ducatur. Cæsar.
I M Plere acta amaritudinem inimici, angulos omnes furum in ædibus, aures alicuius.
Implentur veteris Bacchi, pinguisq; farinæ.
Implere facultates equestris ordinis, fidem aduocati, fidem peractæ mortis, loculos de flaua moneta.
Impleuitq; mero pateram.

Implet ora oculosq; harena.
Implere officii sui partes, orbem terrarum glória sua, partes suas, promissum, spem quam quis concepit.
O Pplere. In Heau. Lachrymis opplet os totum sibi.
Opplebit ædes tuas spoliis.
Opplebit aures meas sua vaniloquentia.
Oppletas tenebris mentes.
R E Plere aliquem cibis, vino. Ibi te replebo vsq; vnguentorum.
S V Pplere, addere quæ necessario desiderantur. Plin. Quod cessat ex reditu, frugalitate suppletur. Remigium supplet.
Supplere vitiorum contentione, feriarum laxamenta curarum.

PLICO.

A P Plicare animum ad frugem, animum ad deteriorẽ partem, sese, ad aliquem se, ad aliquid se, ad amicitiã alicuius se, ad animantes eiusdẽ generis se, ad conuia se, ad ductum alicuius se, ad eloquentiam sese, ad familiaritatẽ hominis egentis, audacis, in iudiciis corrũpendis exercitati: Ad fidem alicuius se, ad ius ciuile se ad patrem alicuius se, ad philosophiam se, ad studium musicum se, ad vxorem se. Plin. Applicitum est cubiculo hypocaustum per exiguum. Cic. Qui in itinere se tam familiariter applicauerit.
C O Mplicare epistolam.
D Vplicare bellum, curam, exercitum, gloriam. Et sol discedens crescentes duplicat vmbras.
C O Nduplicant corpora. Plau. Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris conduplicabit.
E Xplicare aliquid, æstum meum explica: explicare causam totam, cœnas, cogitationes suas omes superioribus literis, ensem: frondes explicat arbor.
Explicare intelligentiam suam, iter commodè, mandata sua, monimentum, negotium, nomen, omnia, philoso

losophiam, rationem, rem frumentariam.
Explicat se totam virtus ad alienas vtilitates.
Explicare solutionem, summam, velum, versus, vestem, virtutes suas, vitam alterius totam, volumen suum, vrbem planissimo in loco. Pulchrè hanc ego explicatam tibi rem dabo.

IMPLICARE.

Implicatus vel implicitus amicitiis nouis, beneuolentia, consuetudine, criminibus infinitis, curis alienis, familiaritate, frigore, labore, maleficio, morbo, officiis, usu diuturno, ad seueritatem, inter se. Implicati vltrò & citrò.
Implicat ad speculum caput, id est, ornat. Implicuit comam lęua. Implicat se omnium mortalium societate.
MVLtiplicare. Sueto. Spectaculum multiplicatis missilibus in cœlum protrahebatur.
Replicare memoriam temporum, id est, repetere.
Replica tricam atq; extende. Plaut. Cum sæpius ille replicasset, tandem persuasit. i. sæpius dixisset. Plin.

PLORO.

Plorare fit voce flebili & dolorem testante. In Aulula. Plorat aquam cum lauat.
DEplorare intermissionem eloquentiæ, vitam, de suis incommodis.
EXPlorare, diligenter inquirere.
Explorauit Aphricam.
Explorare itinera regum, locos nouos, locum suspectũ & mollem modico impẽdio. Victoriam exploratam dimittere. Trepidi Troies formidine portas. Explorant, id est, obseruant. Iam id exploratum est, id est, tutum certum.
Exploratum mihi est, exploratum habeo, & pro explorato habeo, idem, Exploratum dicere. Et suspensa focis explorat robora fumus. i. siccat. Teren. Alia circũspecto satis'ne explorata sint. i. tuta.

IMplorare

IMplorare aliquem, auxilium alterius, fidem alicuius, fidem vicinorum, memoriam alicuius.

PLVIT.

Pluisse lapides in Piceno agro ait: Amiterni nuntiatum est aliquando lapidibus pluisse. Quum cœnaculum perplueret. Perpluunt tigna. Hæc illa est tempestas mea quam mihi, amor & cupido in pectus perpluit meum.

IMpluere. In Mostel. Malum quum impluit cæteros, ne impluat mihi.

POENITET.

Pœnitet cum genitiuo. Pœnitet ambarum, id est, pudet. An pœnitebat flagitii, te autore quod fecisset. Si horum quæ adsunt, pœnitet, nihil est. Quantum hic operis fiat, pœnitet, id est, parum videtur.

Pœnitet cum accusatiuo. Me haud pœnitet. Nec pœnitet me quantum profecerim. Quò ad te, quantũ proficias, non pœnitebit.

Pœnitet cum accusatiuo & genitiuo. Non pœnitet me famæ. Nostri nosmet pœnitet. Senectutis eum suæ pœniteret, id est, pigeret.

Pœnitet cum duobus accusatiuis: sapientis est propriũ, nihil, quod poeniteret possit, facere.

Pœnitet cum datiuo. Pœnitẽdum ipsi quod de sua sententia decessit. Atti. Pœnitet cum infinitiuo. Nec me eorum sententiæ esse pœnitet.

Pœnitet eum non deformem esse natum.

Pœnitet respicere plura testimonia.

POLIO.

Polire, ornare. Hoc oppidò politum est.

EXpolire consilium. Expolitum opus.

INterpolire, nouam formam vetustis rebus addere.

Interpolare aliquem, opus lepidissimum.

Interpolare satietatem epularum ludis, victoriam paratam iam præsentemq́; id est, interrumpere.

PER polita humanitate vtar.

PONDERO.

Ponderare argentum, causas honestorum hominum, ex libidine, aut simultate, aut leuitate testium, crimina rerum ipsarum magnitudine, pugnos.

PRAEponderat proculdubio honestas. Neq; ea volunt præponderari honestate.

PONO.

Ponere aliquid, aras, arma, barbam, bella, calculum, capillos, caput, castra, casum, cœnam, consilium, consolationis loco aliquid, contumeliç loco aliquid, corda ferocia, deum, diem, domos, ferocitatem, fidem, focos, gladium, grauitatem, hominem, horam, hortos, ineptias, initia mala, insidias, inuidiam sine culpa, iocum, iram, iura, leges, licitatorem, loco suo aliquid, ludicra, maledicti loco aliquid, mendacium, metam, metum omnem, mœnia, moras, mores, minas decē his rebus pone, ponere nullum bilibrem alicui, nidum, nomina noua rebus nouis, nummos ad fœnus, otia, odium contentionis, operam in aliquo, orationē longiorem, ornamenta, pallium, pecuniam, pedē in suo, pedes, pocula alicui, prandium, prçcepta, præsidia firma, pugnam, quçstiunculam alicui, rationem, omnem salutis in pecunia, res suas omnes posteriores, rhombum alicui, rudimentum in rebus minimis, rugas, sceleris loco aliquid, scurrilia, sedem, sequestro aliquid, sortes, spem, spem rerum suarum in præmiis humanis, statuas in palçstra, studium in aliquo, sumptum bene, superbiam, tabulam tanquam plagam, temeritatē, templa, tempus omne meridianum in accerrima atq; attēnissima cogitatione, timorē, tunicas, verecūdiā istā nimiā, vestigia, vigilias crebras, vitam in hac cura atq; administratione, vites ordine, vitia, vngues, vrbem.

Ponere ad fœnus numeros, ante oculos aliquid. Contra aliquem castra, de manibus libros, in aliquo aliquid

quid: in aliquem vel aliquo spem, in amore alicuius multa, in arte omnem vim dicendi, in beneficio aliquid, in bibliotheca sua imagines municipũ, in comitiis consularibus, in commendatione prima voluptatem illam Aristippi, in coniectura aliquid, in conspectu omnium magistratuum descriptionem, aliquẽ in crimen alicui, in custodia eiusdem anni aliquẽ. In fide testium multa, in foro hastam, in foro statuam, in frumento publico custodem, in gloriam suã, ciuitatis incommodum, in gratia maxima aliquem apud alium, in gratiam cum aliquo aliquem, in gremio alicuius caput suum, in honore aliquid, in ignem, in infamiam populo aliquem, in insidiis signa ęnea, in instituto maiorem, in iudicio, in omnium laude vndiq; colligẽda animum, curam, cogitationemq; suam. In sceleris loco, in lucro vel lucris aliquid. In medio omnibus palma posita est: Ponere in metu aliquid, in minimis res suas, in more maiorem, in oculis gratiam, in partes consilii alterius quod ipse fecisset, in pecunia omniũ rationem salutis. In percunctando aliquid, in perpetuitate laudis, maiorem fructum quam in celeritate præcuræ, in petitione totum animum atq; omnem curam, operam, diligentiamq; suam: In potestatem iudicum, in prudentia alicuius multa, in Repub. beneficia, in criminum ratione, in rebus honestis & cogitatione dignis operam curamq;. In rebus minimis rudimentum, in scribendo industriam, in senatu legem: In sententiis hominum positis.

Ponere in spe optima sibi aliquid, in artium studia impensas, in suo pedem, in suspitione, in teste illo firmamentum nullum, in virtute summum bonum, in vno autoritatem quæ est in omnibus, in vnius viri fortissimi & maximi vita discrimen totius belli. In voluptate fundamẽta rerum omnium, ob oculos rem aliquam, pro æde Iouis statoris hastam pulchra sub

imagine deum. Pone eum esse victũ, inepte pone casum. Bene erit opera posita. Et posita ita belle est.

Ponere dilucidè obscura, memoriter multa, præclarè aliquid. Longe & retro ponenda, id est, postponenda.

ANTEponere amicitiam omnibus rebus, prandium bonum pransoribus, gloriam hanc Cæsarisq; testimonium supplicationi alterius & triumphis multorum. Quid anteponis Veneri a ientaculo. Anteponuntur deteriores bonis. Hic homo est anteponẽdus voluptatibus gaudiisq; omnium hominum.

APPOnere accusatorem, de creditoribus, annos inopinatos suæ ætati, argentum purum alicui, calumniatorem, cœnam dubiam, cœnam popularem, gratiæ aliquid sibi, licitatorem, machinã rei, mensam, nihil nouum de suo, nihil præter secundarium panem oleraq;, notã epistolis, notã ad malum versum, patellã in qua sigilla erant egregia: puerum, vina mensæ, in vasis fictilibus aliquid. Appositum est ampliter.

COMponere aliquem alteri, aliquid cum aliquo, aliquid inter aliquos, actiones, animos, animum, argumenta, arma, artem, auspicia, bella, capillum, carmina, causas, cinnos, concordiã, controuersiam, crines, curas, picta cum factis, diem, facta, fallaciam, fluctus, fœdus, furorem, gradum, gratiam inter aliquos, gressum, historiam non ostentationi sed fidei veritatiq;, inuidiam, iram, iter, latine aliquid, latus lateri, lectum librum, lignum igni, lites inter aliquos, magna paruis manus manibus, membra, mendacia, mortuos, omnia, ora oribus, pacem alicui cum aliquo, pactum, pectus cum pectore, pretio, rem, res gestas, res suas, se, se lecto, se spõda, signa, societatem cũ prædonibus. Sycophantias, togam, versus, victoriam, vrbem, vultum, inter se aliquid, res composita est.

Compone qua simul tecum ferantur, id est, collige.

Composita verba, composita mouere, composito factum est. Nihil non ex composito fecimus.

DEponere aliquid cum aliquo, ædificationē, æs apud aliquem, amicitiam, amorem, animos, arma, auribus tutis depone quicquid habes, deponere aurum in publicum, aurum omne apud aliquem, barbam, bellum caput, id est, somno se componere.

Deponere cereuisia aliquem, id est, ebrium reddere, deponere curas omnes in alicuius sermone & suauitate, desideria vrbis & vrbanitatis, dictaturam, dolorē suam, ferocitatem.

Deponere fidem apud aliquem, formidinem.

Deponere gladium apud aliquem.

Deponi imperio.

Deponere nuptias, inimicitias, insidias quas mihi ipse fecerat ex memoria, inuidiam, iram, luctum, magistratū, memoria aliquid, memoriā doloris, merces apud aliquem, mœrorem, molestias, nomen alienum, obsides apud aliquem, oculos, offensionem, officia, pecuniam apud aliquem, personā accusatoris, pignus apud aliquem, prouinciam in concione.

Deponere quod cum fide impositum est, propter infirmitatem animi: Rationes, rem susceptam, rugas, senium, id est, seueritatem, sensum rectum in re aliqua simultatem, studium, temeritatem, timorem, vino aliquem, id est, ebrium reddere, vitulum.

Deponere apud aliquem aliquid, apud fidem alicuius aliquid cum aliquo, de manibus, ex memoria quas mihi ipse fecerat insidias.

DISponere, ordine ponere.

Disponere custodias in muro paulò incautius, diem æstate, domum, equites, familiam, negotium, præsidia, rem, aliquem in cathenis apud aliquem, in quicuncē obliquos ordines.

Dispositus vir, disposita senum vita delectat me.

EXPO-

EX P Onere aliquem cubito, argentum, causam totam ante oculos, consilium & profectionis & reuersionis suæ, copias omnes, gnatam, infantulum, mandata alicuius alicui, rem, sermonem alterius alicui, vasa argentea plurima ac pulcherrima, vitam suam ad imitandũ iuuentuti.

Exponere ad locum aliquem signa, ad necem puellam, ad solem aliquid, ante oculos causam totam, cum puella annulum, ex memoria quid senatus censuerit. In animis, oculis, conspectuq; omnium vitam alterius. In terram affectum valetudine filium, in terram milites & sagittarios.

Exponi contumeliæ, opprobriis, periculo.

Exposita alicui ad prædandum regio.

Exponitur malignitati interpretantium epistola.

Expostitia puella.

IM P Onere alicui, id est, decipere.

Imponere aliquid alicui, clitellas boui, compedes alicui, conditiones prouinciæ tuendæ ac defendendæ, consulem aliquem populo, cõtumeliam alicui, diadema collegę, dominum populo, dona aris, exercitum, fastigium operi absoluto: finem bello, curis, operi, pugnæ, imperatorem aliquem exercitui, iniuriam alicui, iugum, laborem, leges, manum extremam operi aut rei, modum dolori suo, montes altos vẽtis, mulctam alicui, necessitatem alicui, necessitatẽ quandã nitoris, negotiũ, nomen vitio, nomen inertiæ labori alterius: onus alicui vel in aliquem, partes bas alicui, personã improbam alicui, sarcinã alicui, seruitium scelestum, seruitutem, silentium alicui. stipendium, tributa in capita singula seruorum ac liberorum, vectigal fructibus alicuius, vocabulum alicui, vulnus Reipub.

Imponere ceruicibus dominum, in collum crumenam, in manum cantharam, in nauim quicquid domi fuit, in rogum aliquem.

IN Terponere, est aliquid medium interiicere.

Interponere aliquid, autoritatem suam, fidem publicā, fidem suam, gaudia curis, iudicium suum, moram, nomen alicuius in re turpi nefariaq;, se, se curis, negotiis periculis alterius. Ille se interposuit. Me nihil interpono. Te in istam pacificationem non interponas. Te interponis.

OPPOnere annulum, formidines, pignori agrum ob decem minas, obstacula, pignori se, præsidia alicui, terrorem, vrbem vrbi. Opposita villa est non ad austri flatus, verum ad milia quindecim & ducenta, intelligitur pignori.

PRAEponere aliquem classi, prouinciæ, lucrum sopori & quieti, se aliis.

PROponere aliquid alicui ad scribendum, conditionem belli disceptationis, cōtumeliam, dignitatem, exemplum alicuius, sibi, impunitatem, laudem rectè facto exiguam, legem, libertatem, licētiam, mercedem, minas, occultationem, ora ipsa oculis vestris, periculum ante oculos, pœnam improbis, præmia vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem, saxum adulteris, spem, veniam nullam errato, vexillum.

REPOnere æs, ceruisiam, cibos, res domesticas, vina, est in vsum conseruare.

Reponere aram, dapes, mensam, iterum ponere.

Reponere artem, remum, est ab eius usu cessare.

Reponere fabulas, fidem suam in aliquo.

Reponam ego idem tibi, id est, repetam.

Reponam tibi nummos continuo, id est, reddam.

Reponere homines iam morte deletos in deos.

Reponere se in cubitum, se in loco alterius.

Reponere in gradum, est deiectum restituere.

Reponere in numero eloquentium aliquem, id est, collocare. Hunc in numero non repono. i. non numero.

Reponere aliquem maximè in suis, id est, habere vnum

ex ſuis intimis.

SV P P Onere aliquem meliorem alicui, dolores alienos ſibi, fidem amicorum operæ ſuæ, iudices, perſonam, puerum, teſtamenta falſa, ſeſe ſub cratim.

P O R T O.

Portamus tam bona q̃ mala, neque ſolum corpore, ſed etiam animo.

Portare auxilia ſociis, boni qd, exercitum in Aphricam fallaciam alicui, iurgium ad vxorem, peccati quid.

A Pportare aduentum, bonum, damnum, diuitias magnas domũ, malum, noui quid, nouam rem, nuntiũ. Quidnam apportas? Multa vndiq; apportans. Ea quæ vſui ad armãdas naues ex Hiſpania apportari iubet. Quę nõ ab hoſtib⁹ victis capta aut apportata ſit.

C O Mportare. Attic. Frumentum ex agris in loca tuta comportatur.

D Eportatur. Cice. Te non cognomen ſolum. Athenis deportaſſe, ſed humanitatem & prudentiam intelligo. Idem: Nihil ex iſta prouincia potes quod iucundius ſit deportare.

E Xportare manus grauidas foras.

I Mportare calamitatem defenſoribus ſuis, cõmeatum auſpicio ſuo in Coloniam, detrimenta plura publicis rebus q̃ adiumenta per homines eloquẽtiſſimos, frumentum, ſolicitudines. Importare in Coloniam.

R Eportare nihil aliud de hac prouincia viſi illius beneuolentiam, exerctium Britannia, gloriam ex proconſulatu Aſię, nihil pręter laudem a ſociis, inſignia victoria ab aliquo, victoriam. Hæc triſtia dicta reportat.

P O S C O.

Poſcere, rem debitam petere.

Poſcere aliquem clamore, ludo, poculis, in certamen, in prælia.

Poſcere aliquid Mileſios, nauem popoſcit. Et parentes pretium pro ſepultura liberum poſceret. Talos popoſcit in

ſcit in manus.

Poſcere cum duobus accuſatiuis. In Curcul. Me poſcit pro illa triginta minas. In Aulul. Poſcet eam ſibi vxo rem. Item cum genitiuo. Tanti quãti poſcit. In Mer.

AD Poſcere, quid aliud poſcere præter id quod datũ eſt, Terent. Talenta dotis adpoſcent duo.

D Epoſcere. Colu. Canabis ſolum pingue depoſcit.

EXpoſcere. Liu. Pacem precibusq́; expoſcunt. Aene. 3. Sed votis precibusq́; iubent expoſcere pacem.

R Epoſcere. Aulam auri te repoſco. Eandem nunc re‑poſcis. Quam virginem me repoſcis? Ab hac puerũ repoſcam. Abs te rationem repoſcent. Ab altero ra‑tionem vitæ repoſcunt.

POSTVLO.

poſtulare, rem honeſtam, & conuenientem exigere vel querelam dicere de altero apud alterum.

Poſtulat cauſa, grauitas ętatis, locus, imperii prudentia, res, tempus. Aquam è punice poſtulare. Me iam præ ſentem aduocatum poſtulauerũt. Suum ius poſtulat.

Hæc dies alios mores poſtulat. Ille noctem ſibi poſtula uit. Nihil niſi honeſtum & rectum alter ab altero po‑ſtulabit. Longiorem orationem cauſa forſitan poſtu‑labit.

Poſtulare proditionis aliquẽ. Maxime abs te poſtulo.

Poſtulatus à repulſa, à Gallis duobus, id eſt, ſtatim poſt repulſam accuſatus. Poſtulatus eſt de ambitu, de ſo‑dalitiis, de vi.

Poſtulare aliquem de maieſtate, de repetundis.

Poſtulari in quæſtionem, eſt interrogari.

Poſtulare in verba aliquid.

Poſtulare pro velle gaudet infinitiuo. Teren. Etiam nũc me ſubdicere iſtis dictis poſtulas?

EX Poſtulant aures meæ auxilium. i. valde cupiunt.

Expoſtulare eſt etiam apud eum, qui nos iniuria affece rit, conqueri. In Adelph. Iniuriam, vltro ſi quam fece

re ipsi expostulant & vltro accusant. In And. Cum eo iniuriam hanc expostulē. In Fami. Locus videtur esse tecum expostulādi. Item: De qua alienū tēpus est mihi tecum expostulandi. Item: Qui nihil tecum de iis ipsis rebus expostulem. In Mil. Obstetrix expostulauit mihi parum missum sibi. Alii legunt mecum.

POTIOR.

Potiri bello, bonum, commoda patria, exercitus furum gaudia, hostibus viuis, hostium viuorum. i. capere viuos: laborem, legiones, oppidum, pacē, pręsentibus, prouincia, rerum. Rex meus potitus est hostiū, id est, in manus hostium peruenit, passiuè.

PRAEBEO.

Præbere ab habeo, idem quod adhibere, tradere.

Præbere ancillas, aquam, aures, aurum, cibum, domum exemplum, fidem alicui, hospitium, iusiurandum, lachrymas dolori suo, lanam, ludos alicui, materiam ad ornatum operam, opinionem timoris, orationem aliam nunc atq; olim, orationem modestè, os suum, penum, purpuram, se credulum, se dignū maioribus suis, se seruum haud liberalem, se strenuum hominē, speciem pugnantium, sponsalia alicui, vestem.

PRECOR.

Precari aliquem, alicui, bene, male. Hoc vnum abs te precor.

COMprecari deos. In Adel.

DEprecari aliquem, ab altero aliquem aliquid ab aliquo, alicui ærumnas, bella, calamitatem ab sese, cruciatus corporis, imperium inimici, iniuriam, inuidiā, maleuolentiam, morbos, mortem, pœnam, querimoniam.

IMprecari debilitatem, morbos, naufragia.

PREHENDO.

Prehendere manum, principium, stylum.

Prehendit suspitio aliquem.

PR Ehensabant maxime petitores, quum ambibant.

A Pprehendere aliud, id est, sequi. Apprehendere Hispanias.

COMprehendere aliquem, animo aliquid, arma, cogitatione aliquid, humanitate aliquid, ignem, memoria aliquid, mēte aliquid, scientiā plurimarum rerum.

DEprendere exultationem, ferrum, gaudium, sermones, venenum manifestō. In adulterio vxorem.

Deprēdi in furto, in vitio, pro mœcho. Aliiq; ex coniuratione deprehensi terrent. Si deprehensi forent.

REprehendere aliquem, locum, se, vitia omnia in vno homine, in vitiis alterum.

PREMO.

Premere aliquem, alas cantu plausuq; anguem sentibus arua pelago sonanti, apes, bello vrbem, caniciem galea, caseum, clamore aliquem, clamorem, corde alto dolorem, crines fronde, corona: curas, currum, cursu aliquem, ditione aliquem, fame vrbem, fata premunt me, premere flammis aliquem, fraude, fuste aliquem, gemitū sub imo pectore, gradum aut gressum: ignauia, ignorantia premit hominem.

Premere imperio aliquem, iugo, iugulum, lapide aliquē librum, lumen, mala præmunt me, obliuio, obscuritas premit aliquem: premo obsidione vrbē, oculos, odiū ore quicquam, paupertas premit aliquem.

Premere pede aliquem, pedem pede pessum aliquem, suis pro factis pessimis, pharetram pictam, pollicem, propositum, pupillos.

Premit quies dulcis & alta aliquem, premere remis aliquem, saltum, scamnum, seruitio, telis aliquem: terras aratro, venenum, verba, vestigia, virgulta per agros, vmbram iuris opaci falce, vocém, premit vox aliquē, præmere ab ædibus aliquem.

Præmi ære alieno, ditione, fame, faucibus, ignorantia, imperio, incōmodis, inædia, inopia, iugo, malis suis,

nocte nuditate,obliuione,seruitio,somno.
Premitur ab equitatu agmen nouissimum.
PRESsare. Verg. Pressabimus vbera palmis.
COMprimere aliquem,amorem edendi,animam, audaciam alicuius,conatum furentis hominis,cupiditatem alicuius incensam,famem,ferociam. Frumentum compressum haberem.
Comprimere furores tribunitios.
Comprimere gressum,impetum gladiatoris,improbitatem,iram,libidines,linguá,manus, mulierem, odiũ, orationem,os,palmam,se,sitim,timorem, verba,virginem,vocem,votum,vix comprimor quin inuolem illi in capillos.
Compressis manibus sedere,id est,otiose.
DEprimere classem magnam & ornatam.
Deprimere naues quinqueremes.
Depressus humi. In altitudinem mirandam.
Depressa voce vti,id est,humili.
EXprimere aliquem ab aliquo,animos omnium voce, crines madidantes,faciem,fons venis pluribus exprimitur.
Exprimere imaginem in cera,ius ferro,lachrymulam falsam vi,liberalitatem nõ modo re,sed etiam verbis & vultu,literas alterius,mella,naturam alicuius. Nihil ab egentibus. Nummulorum aliquid ab aliquo blanditiis suis. Pecuniam vi statuarum nomine,sensus omnium,similitudinem orationis. Socratem,turres, verbum de verbo,verba alterius,vim,vinum,vitam alicuius,vocem,vultum,vuas,ad exemplar.
Expresso opus. Exprimere non possum quãto sum gaudio affectus,id est,eloqui.
IMprimere animum,ceram tabellis,dedecus. Reipub. Ferrum corpori imprimitur ictu.
Imprimere librum, memoriá tabellis publicis, notitias rerum,opera Verg. Oratio animo imprimitur mora.
Impri-

Imprimere sigillum ceræ, vestigium alicuius in aliquo.
O Pprimere aliquem, aras sacrorum, amentia classem. Imprudentem de re aliqua, iudicium, ius, mentem, occasionem, orationem alicuius, pauperem, pestē, querelas hominum, quod ipsus dixit. Rempub. virginē, in ipso articulo aliquem.
Opprimunt me mala diuersa.
Opprimit me mors, nox, somnus.
Opprimi aquis, calamitatibus, miseriis.
Oppressa classe à prædonibus.
R Eprimere cædas multas, conatum alicuius, copias ducis famam, fugam, gressum, iram, iracundiam, iter, labra, pedem cum voce, se, sermones multos, stultiloquium, vocem.
S V Pprimere iter, pecuniam, sexcenta milia nummum. HS. D. D. milia, vocem.

PROBO.

Probare magis est quàm laudare.
Probare aliquid alicui, causam suam alteri, commendationes suas alicui verbis & re, diem, experimento, factis, ingenium suum ex alienorum ingenio, memorē se esse alicui, se, de celeri suo reditu alicui. In vulgus aliquid, pro eunucho, pro magistro, pro viro.
A Pprobare aliquem, aliquid, formam suam oculis alterius, mortem. Id fama approbat.
C O Mprobare. In And. Postulo vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. In Pœn. Lepidi mores turpem ornatum facile factis comprobant.
Comprobare verba rebus.
I Mprobare ingenium, testamentum.
R Eprobare, notum.

PROFICISCOR.

Profectus est suppetias oppidis. Profectus Troia.
Proficisci aliquo, obuiā alicui, profecta est illinc. Quo pfectus sum. Profecta a natura. Quæ a me in te profecta sunt officia, ornamenta. Profectus a Theseo, ad

Capuam, ad Catonem, in consilium, in possessiones.

PROMO.

Promere cereuisiam, cibum, iram suam ex pectore, libros, nummos, omnia, se, sententiam ex iure, venustatem suam alicui, vinum, ad vsum, in medium. Vergil. Lætiq; cauo se robore promunt.

DEpromere aliquid. Horat. Condo & compono, quæ mox depromere possum. Aenei. 5. Depromunt tela pharetris.

Depromere cibum, dotem, genus, commendationis mi nisicum ex intima arte sua. glandes bubus, ius ex media ratione, sententiã ex media philosophia, vtilitatẽ iuris de libris. Quin depromũtur quę mihi op⁹ sunt?

Depromar ad flagrum cras e promptuaria cella. In Amphit.

EXpromere aliquid pectore, consilia pectore, ingeniũ benignum ex aliquo, occulta sua omnia apud aliquẽ, partem centesimam rei alicuius; perfidiam alicuius, vim eloquentiæ, in vrceum fœminas octo. Nũc opus est tua mihi ad hanc rem exprompta memoria.

PROPAGO.

Propagare commeatum, fines imperii, gloriam, initium generis, laudem alicuius ad sempiternam memoriã, memoriã consulatus sui, nomen, posteritati aliquid, salutem vrbis, sobolem, tempus miserrimum, vitam sibi victu fermo, vires.

PROPINO a pino.

Propinare alicui, cantharum, poculum, comedendum & deridendum aliquem alicui, salutem alicui plenis faucibus. Plau. Manu candida cantharum dulciferum propinare mitilissimam amicitiam.

PRVRIO.

Prurit caput, dorsum totum. Pruriunt dentes.

PVBLICO.

Publicare aliquid, bona, corpus suum vulgo, nauim, pecunias

cunias aliorum, regnum tubę, syluas ad vsum nauim.

PVDET.

Pudet cum accusatiuo. Quem neq; pudet quicquã neq; metuit quenquã. Id quod pudet facilius fertur, quàm illud quod piget. Nos pudet quia cum cathenis sumus. Hunc pudet quod tibi promisit. Non te hæc pudent, vbi personale est.

Pudet cum genitiuo. Deum herclè me atq; hominum pudet. Neq; ætatis, neq; bonorum, neq; rerũ gestarũ pudet. Cuius nunc pudet me & miseret. Fratris quidem me pudet pigetq;. Tui me vxor piget.

Pudet cum infinitiuo. Pudet dicere me.

Pudet dicere hac præsente verbum turpe.

DIS Pudet mihi sic data esse verba. Alia memorare, quæ illum facere vidi, dispudet.

Dispudet istam veniam. Quos Veneris furtiq; dispuduisse ferunt.

PVGNO.

Pugnare aliquid, literis, pugnam, cum caussa de loco, in hostem contra imperium.

DEpugnare possessionis caussa, versis gladiis, collatis signis, apud Thermopylas, cũ animo suo, cum fame.

EX Pugnare, pugnando vincere.

Expugnare ædes, aurum alicui ab aliquo, carcerem, legationem illam sibi, naues, oppidum, patriam suam, pudicitiam virginis.

IM Pugnare aliquem.

OP Pugnare aliquem, bona aliena, caput alicuius, commoda patriæ, consilia alicuius, existimationem florentissimi hominis in prouincia, os alicui, pecunia aliquem, petitionem alicuius grauissimis in senatu sententiis Rempublicam, vrbem.

Oppugnata est domus ferro, facibus, exercitu.

PRO Pugnare pro suo partu, pro salute alterius acerrimè.

RE Pugnare amicitiæ. Cicero.

PVNGO.

Pungit illa cor meum. Pungit dolor. Meum ille pectus pungit aculeus.

EX Pungere aliquem, gloriam partam, nomen debitoris, rationes.

PVNIO.

Punire aliquem capite.

Puniri deponentaliter. De Offi. Qui punitur aliquem In Phil. Multi inimicos & mortuos puniuntur. In Orati. Cuius tu inimicissimum multo crudelius etiam punitus es, quàm erat humanitatis meæ postulare.

PVRGO.

Purgare, purum reddere. Purgare aliquem, aliquid, aluum, familias, forum foramen cauatum, locum, pisces, se, se apud aliquem, se alicui, se alicui de altero, de luxuria.

EXpurgare se, sermonem suum.

PERpurgare alium. Perpurgatis auribus dare operam alicui.

RE Purgare se à sordibus.

PVTO.

Putare arborem, rationem cum argentario, cum publicanis, secum: rem ipsam, vitem, argumentis cum aliquo, de lucro id esse putato, dum hæc puto.

Putauit eos pro nihilo. Putat me sibi pro ridiculo ac delectamento. A me minimi putabantur. Putatur prudens esse in iure ciuili. Benè putas, rectè putas.

AMputare arborem, vineam, falce.

COMputare, numerare Iuuen. Facies tua computat annos. Si computes annos, exiguum tempus.

Computat rationem digitis. In summa computabam, id est, mecum æstimabam.

DE Putare. In Pseu. Satis id dictum vobis puto iam, atq; deputo. In Amphit. Lucri est quod miseriam deputat. In Hecy. Meam herus esse operam deputat parui

parui pretii. In Heau. Malo quidem me dignum quo uis deputem, si id faciam. In Phorm. Quicquid præter spem veniat omne id deputare esse in lucro. In Trin. Vide si hoc in rem deputas. In Adelph. Frustra egomet mecum has rationes deputo.

DISPVtare, est in diuersum putare, aut diuersas pugnantesq; sententias conferre. In Mostell. Eam rem volutaui & diu disputaui. In Mene. Vt hanc rem examussim vobis disputem, id est, aperiam.

Disputata est ratio cum argentario.

Disputare apud se, secum, aut apud animum suum, est dubitare. Atq; in eo disputabit.

Disputare in vtranq; partem, barb. pro & contrà. In Oratio. Neq; ego in vllam partem disputo. In Orato. Neq; hæc in eam sententiam disputo, vt &c.

IMputare crimen alicui. Imputat sibi pecunias publicas datas.

POSTputare, post habere. In Adelph. Qui omnia sibi postputarit præ meo commodo. Item: Cum postputasse omnes res te præ parente intelligo.

REputare, secum voluere. Dum hæc mecum reputo. Eam secum rem recta reputabit via. Qui sis, non vnde natus sis reputa. Horum nihil vnquam reputauisse certo scio. Sumptus litis tutor reputabit. i. computabit.

SVPputare, parum à prædictis differt.

QVADRO.

QVadrat aliquid alicui, ad multa, in istam partem aptè. Quomodo eodem modo quadrarint.

QVAERO.

Quærere aliquem, aliquid, affinem sibi, alas lupi, ansam calumniandi, inuehendi in aliquem, scribendi literas, aquas in aquis, aquilam scarabæus quærit, quærere argentum in fœnus, argentum mutuo, caussam quamobrem, caussam cædis & incendiorum ex fune

re.

re, consilium, crimen alicui, cuneum malum malo nodo, dignitatē ex domo, diuitias filio, doceri, ne quære, quęrere dotem sanguine, eruditionem cura, exercitatione, industria, labore, studiis, vigilia: excusationem, exemplum, famam egregiis factis, eruditione, integritate, rebus bellicis, literarum studiis, vigilia, virtute: quærere fugam, generum sibi, gloriam vitæ, hæredem in regnum, ignem. Inimicitias, inuidiam sua ratione, laudem sibi in vita, liberos, litem, malum, moram, munimenta pauca, nodum in scyrpo, occasionē calumniādi, opes cura, exercitatione, industria, labore, studiis, vigilia: parentes, pulpamentum, rem, iure, iurando, malo, labore, repentundarum quærebatur Catilina, quærere salutem malo alicui, se extra, semitam, sermonem, similem sibi, sitim, socerum sibi, victum ab aliquo, de aliquo, de morte patris, ex aliquo, in aliquem, quæris id quod habes.

Quæritare aliquem, locum a muscis, victū lana ac tela.

ACQuirere aliquid, quod spectet ad bene beateq; viuendum, eruditionem literarum studiis, experientiā rerum multis regionibus peragratis: famam bellica industria, morum integritate, honestis studiis, virtute gratias, inimicitias sibi, moram ad condemnandum, opes, salutem.

CONquirere.

DISquirere, ex diuersis quærere.

Disquirere cōsilium, eruditionem, experientiam, opes.

EXquirere, ab aliis quærere. In Aul. Exquire sit ne ita vt ego prædico. In And. Nunc ea me exquirere iniqui patris est. Exquirere faciem hominis.

Exquirere facta ad antiquæ religionis rationem.

Exquirere cursuram, honores. Est quod volo exquirere a te. Quod si exquiratur vsq; ad stirpem autoritas. Ex vxore pergam hanc rem exquirere. Ancillas dedo,

do, quolibet cruciatu per me exquire. Exquisitum venire. Exquisito opus est. Exquisitæ adhortationes. Exquisita forma. Exquisita ingenia. Exquisita supplicia.

INquirere in opes alterius, in se, in secreta alicuius, in vitam alicuius. Filius antè diem patrios inquirit in annos. Inquirendi diem postulare.

PERquirere. Quid sit futurum noli perquirere sorte.

REquirere, aliquem, aliquid, absumpta, coniugem, epistolas, fata alicuius, liberos, literas, manum, mente aliquem, officium alicuius, parentes, prudentiam maiorum suorum, quicq̃ ab alio, signum, vocibus aliquẽ.

Quæso quid sit mihi faciendum. Abs te quantum tua fert voluntas, peto quæsoq́;.

QVATIO.

Quatere catenas manibus, mœnia ariete, oppida bello. Quassare caput. Quassanti capite incedere. Quassando chlamydem vndantem facere. Homo quatietur certè cum dono foras.

Concutere templa summo cœli sonitu, Concussa hominum licentia. Concussus orbis terrarum bello.

Conquassata maximis terræ motibus Apulia.

DEcutere summa papauerum capita baculo. Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet ex occluso atq; obsignato armario.

DEcussare in longitudinem aliquid, æquis partibus discindere.

Discutere, aduocationem eorum manibus, ferro, lapidibus: cunctationem. Discussi sunt ludi. Discussa niue in sex pedum altitudinem. Discutitur languor & nausea, Discutiuntur tubercula, id est, dissoluuntur.

EXcutere aliquem, blanditias populares, cerebrum alicui, clauum, lapide, culcitras, feras cubilibus, intelligentiam alicuius, iugum, iuuentutem ex tota Italia, lachrymas alicui, mentẽ alicui, nauim malleo, palliũ, rationem

rationem alarum,& cohortium,se,stragula, tutores, verbum, vires, vomitum alicui.
Excussi orationis meæ aculei.
Excussum aliquem dimittere,id est,dispoliatum.
INCVtere dolorem alicui,morbum grauem omnibus,pallorem, vim ventis.
PERcutere aliquem,animum, cogitatione inani aliquem,fœdus,fossam,securi aliquem,stratagemate alto hominem.
Percussus est literis atrocissimis.
Percusse de cœlo turres in Capitolio.

QVEROR.

Queri alicui aliquid,calamitatem suam & temporum, fortunas suas,iniuriam alicuius per literas. Illud non obscurè queruntur in meis sententiis. Mihi cum illo ne querendi quidem locum futurum puto.
Queri apud populum,de auaritia alicuius,de mora,de occupationibus,de sentẽtia alicuius multa alicui. De natura sua falso queritur genus humanum.
CONqueri fortunas suas cum aliquo, pauperiem suã, vicem suam.
Conqueritur libello quodã ob hanc eandẽ valetudinẽ.
Conqueri per epistolam de eadem re.
Conquestus est grauiter.

QVIESCO.

Quiescere,cessare à re laboriosa. In Andr. Vt quiescãt porro moneo,& desinant maledicere. Quiesce hãc rem modo petere. Nunquam per Marcum Antoniũ quietus fui. Quiescas cætera,transitiuè In Mili. Itẽ: Quiesce hunc tumultum qui est antè ostium. Quietus esto inquam. De istoc quietus esto. Quietum aliquẽ reddere.
ACQuiescere morte alicuius,in bonis alterius, In adolescentium charitate. In libris. Nulla in re alia.
In nomine alicuius. In oculis,ore,vultu alicuius.

Acquie

Acquiescere absolutè ponitur sæpius. Cice. Lectis tuis literis aliquantulum acquieui.

C O Nquiescere à posterorum execrationibus, in amici mutua beneuolentia. Tu nisi perfecta re de me non conquiesti.

Conquiescit mercatorum nauigatio.

Conquiescunt vectigalia.

R E Quiescere cum aliquo, in sermone alicuius, subvmbra, fronde super viridi.

Requiescere transitiuè. Vergi. Et mutata suos requierunt flumina cursus.

RADO.

R Adere barbam, caput, guttur, malas, terram pedibus.

A B Radere aliquid acuta dolabra, aliquid de bonis alterius, aliquid de aliquo.

C O Rradere aliquid, minas, munus. Ei credo munus hoc corraditur. Corrasi omnia.

D Eradere. Plin. Quo derasum est teritur & cribratur.

E Radere surculos.

RADICO.

Radicare, radicem capere. Plin. Frumenta multa radicantur fibris.

E R Adicare aures hominum pugnis memorandis. Dii te eradicent.

RAPIO.

Rapere aliquē, ansam, bona, fugam, occasionem, opes, pudorem, præcipitem aliquem, puellam, sublimem aliquem, virginem.

Rapere aliquem ad prætorem, ad spem immortalitatis, rem in abusum, in aduersum, in barbariem, in calumniam, in ius, in mœrorem, in partem contrariam, in partem peiorem, in partes varias animum. Furor ne cæcus an rapit vis acrior? Furor rapit homines in omne scelus Quæ rapit hora diem. Ipedes quò te rapiunt & auræ. Admotas rapiunt, viuacia sulphura flammas.

flammas. Rapi amore virginis, furore, in diuersa.

ABripere puellam, sese repere. Qui abripiunt ab aliis vt aliis largiantur. Abreptus ab coniuge. Abripi in cruciatum.

ARripere ansam, auxilium ad rem aliquam, barba aliquem, cognomen sibi ex aliorum imaginibus, cōditionem, gladium, literas auidè, maledictum ex triuio, aut ex scurrarum aliquo conuitio. Manum mordicus, occasionem, opem ad rem aliquam, se foras, sermonem. ARripi intrò.

COrripere arcum manu, celeresq; sagittas, gradum, sese ad aliquem. se indè, se intrò, se è strato, viam. In neruum aliquem.

COrripi dolore pedum, metu, morbo, somno.

DIripere oppidum, diripiendum aliquem ad alium adducere.

ERIpere aliquem alicui, agnum lupo, ancillas alicui inuito, animam alicui, argentum alicui, bolum è faucibus alicui, bona uiuis, domo aliquem, errorem hūc alicui, flammis, fugam, ius omnibus, libertatem alicui, lucem, malis aliquem, nuptias, oculos alicui, orationem ex ore alicui, prospectum oculis, responsiones omnes hoc verbo, spem omnem nuptiarum, tormento aliquem, vi puellam ab aliquo, vocem ab auribus, vocem ab ore, voluntatem mortuis, a lenone mulierem, è faucibus lupi, ex crimine aliquem.

PRAEripere hostium consilia, pulpamentum, sponsam alicuius. Præripiam quod placeat potissimum. Demosthenes tibi præripuit ne esses prior orator. Præreptus immatura morte.

PROripere se aliquò, se è conspectu alterius, sese è manibus sacrificantium, se ex ædibus foras, se ex curia domum.

SVBripere operam alicui, pallam uxori, se alicui. Huic subrepta est non tibi.

Regere

R E G O.

Regere agmen, animum alicuius, caput, clauum, currum, equos, filium disciplina, imperium, ingenium alicuius. Regit manus baculum.

Regere nauim, populum imperio, pubem.

A Rrigere aliquem, animos, aures: Suo mihi hic sermone arrexit aures. Arrige aures. Vetus certamen animos eorum arrexit. Eos non paulum oratione sua Marius arrexerat.

C O Rrigere aliquem, arte aliquid ciuitatem, exercitum, gnatum, institutum, orationem, quæ videntur emendanda, sententiam, tarditatem cursu, votum, ad frugem aliquem.

Corrigitur impersonale. In And. At si corrigitur,

D I R Igere aliquem ad opinionem suam, aciem, animum, artem ad similitudinem alterius, artes suas ad voluptatem, currum, cursum, equum, gressum, honestate est dirigenda vtilitas, iter, manum ad similitudinem alterius, norma aliquid oculos in varias partes, officium vtilitate magis quam humanitate, sententiá, sermonem, tela arcu, vitam ad certam rationis normam voluptate omnia.

E R Igere aliquem, abiectum aliquem, animos, aures suas aures alicui, cristas, cupiditates omnium, expectationem alicuius, mentes, oculos, Rempublicam, se, statuas, supplicem. Erecto capillo. Erectos ad libertatem recuperandos adhortebar.

P E R gere cum infinitiuo.

Pergo aduenire, componere, dicere, diiudicare, facere, interire, ire, lædere, legere, obloqui, pergere, precari, recitare, resistere, tendere. Pergit huc, horsum, recta ad anum, ad incunabula in montes patrios, in virum. Pergam quò cepi hoc iter. Pergo preterita. Perge reliqua.

P O Rrigere brachium, dexteram alicui, manũ, manus

auxiliares,

auxiliares, manum in mensam. Porriguntur vineæ. Porrigi in longitudinem. Exporrigere frontem.
Surgit dies, infans, lucifer, luna, pugna aspera, sententia animo, sol. Surgunt æquora magna, cristæ, iræ, seuæ alicui, mœnia, pennæ olorinę de vertice alicuius, pennæ pauoni, pleiades, stellæ, sydera, venti. Surgere cubitu, sella, è lecto, è strato, in feram, in hostem.
Surgere serius,
ASsurgere alicui, est aliquem surgendi honore prosequi. Iuuenal. Credebant hoc grande nefas & morte piandum, Si iuuenis vetulo non assurrexerit.
CONsurgere. Cæsar. Subito illi ex consiliis consurrexerunt.
EXVrgere. Cicer. Autoritate vestra Respub. surget, id est, merget ex his malis.
INSurgimus hosti, id est, insilimus.
Insurgere remis, id est, obnixè remigare.
RESurgunt olim destructa: Horat. Tersi resurgat murus Ahæneus. Vergil. Illic fas regna resurgere Troiæ: Surrigere aures, leuare.

RIDEO.

Ridere aliquem alicui, amentiam, niuem atram.
ARridere alicui. Quod valde mihi arriserat. Aediles id arriserant.
IRridere aliquem. Irrides in re tanta. Irridendi sui facultatem dedit. Irrides, nihil me fallis.
SVBridere alicui.

RIGEO.

Rigere frigore, gelu. Rigentes sensus commulcere.
OBRigere hyberno frigore. Obriguit lapis.

RIGO.

IRrigare, agros, ætatem. Irrigatus plagis homo.

(RIVO.)

DERiuare aquam, cogitationis & curæ suę partem aliquò, crimé, culpam suam in aliquem, humorem omnem

nem in cloacas, iram alicuius in se, responsionẽ alio.

ROGO.

Rogare aliquem, aquam, leges, populum, sententiam, rogatas leges rumpere. Rogare vnum te volo.

Rogare aliquem adsignandum testamẽtum, de istoc rogare omitto. De proximo aquã rogare. De Cæsaris nomine rogare aliqd. Ex animo nihil rogare possem.

Rogare aliquem in aduocationem, in consilium. Quæ sit rogo: Roget quis, id est, si aliquis me interroget.

Emere malo quàm rogare.

Rogitare aliquem, pisces. Rogitat vt sui misereatur. Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.

ABrogare aliquid facta alicuius, fidem iurisiurandi, fidem orationi, imperium collegæ suo. Legem, legi, magistratum per seditionem.

ARrogare sibi aliena, eloquẽtiã, ius, locũ, potestatem.

CORrogare carbunculos, pueros, vasa, vestimenta.

DERogare fidem alicui, legem, Non mihi tantum derogo.

EROgare nummum in æs alienum, pecuniam publicam ex ærario, pecuniam in oleum.

INterrogamus nocendi caussa. Interrogare aliquem.

IRrogare culpam, leges, mulctam, supplicia, tributum tollerabile, vectigalia regia.

OBrogare legem sine fraude, est legis prioris infirmandæ caussa aliam legem ferre:

PROrogare aliquid, annum ad salutem alicuius, bellum, diem alicui, famam victuri nominis supremis titulis. Imperium, potestatem fortunæ in aliquem, spẽ alicui in aliũ diẽ, tẽpus alicui ad aliquid, vitam alicui.

SVBrogare aliquem in locum alterius. Subrogantur Aediles.

RVMPO.

Rumpere ambulando aliquem, edicta Iulia, filium, fœdus, gaudium, licentia audaciam rumpi.

Rumpere moras, questus seu querelas e pectore, rogationes

tiones rogatas, se currendo, silentium, somnum, testamentum alicuius, viam per hostes vincula alicuius vocem pectore. Cantando rumpitur anguis.

A Brumpere inchoatum aliquid, otium, ramos, somnum, vitam.

Abrupta loca, id est, diuulsa. Abruptis omnibus inter victoriam mortemq; certa desperatione.

C O Rrumpere animum alicuius, arbores, consilium, dentibus vngues immeritos, diem alicui, domũ igni, exercitum, fontes aquarum, frumentum flumine & incẽdio, gratiam, indicem, iudicium, iuuẽtutem, lachrymis ocellos, literas publicas, manus, mores, mulieres muneribus seruos, nobilitatem, nomẽ, oculo, opportunitates magnas dubitando & dies prolatando: organum, pabulũ, pecunia aliquem, pecuniã, corrupta præda omnis à perfidis.

Corrumpere Rempub. fata, seipsum, se igni.

Corrumpere tabulas publicas, vias, vineas igni & lapidibus, virginem. Corrupta iudicia.

Corrumpitur facile aqua conclusa.

Corrupta sum atq; absumpta.

Corruptus herilis filius ex adolescente optimo.

Corrumpitur cœna, prandium. Corrumpuntur pisces.

Corrumpi feruore solis, igni, labe, macie, situ, superbia, vetustate,

D I Rumpere vel D I Srumpere se in iudicio, Ne dirumpatis quæso.

D I Rumpor dolore. Dirumpar medius.

E Rumpit bellum in hanc prouinciam, color, furor incredibilis, gaudium, actiuè: malum illud ad perniciẽ ciuitatis, risus repentè, sanguis circa aures, per nares, vomica, vitia amicorum erumpunt.

Erumpere in actum, in consulatum. Ne in neruum erumpat isthæc fortitudo.

Erumpere in nomen suum sermones iniquorum sentire potui.

potui. Ne in me stomachum erumpant quum sint tibi irati. Trāsitiuè capitur. Quorsum eruptura sit horremus. Portis se foras erumpunt.

IN Terrumpere officium, orationem alicuius, pontem sermonem.

IN Trorumpere in ædes vel in ædibus alicuius, in cubiculum alicuius.

Introrumpere in Veneris phanum.

IRrumpere Carthaginem, intrò, cum telis ad aliquē, in ædes, in Asiam, in hostes.

PERrumpere agmen hostium, agmen militum, castra alicuius nocte, leges, paludem.

Præruptis ripis flumen. Cæsar.

PROrumpere munitiones hostium. Vergil. Rursus in obliquo verso prorumpit aratro.

RVO.

Ruere cladibus suis. Ruit alto à culmine Troia.

Ruere ad focum, ad portum, è domo, è portis, extemplo, in aliquem, in ædes alicuius, in amplexus, in arma, in dicendo, in hostes, præcipitem in sententiam. Ruit omnis in vnum. Turba furens.

Ruere sine lege. Cæteros ruerem. Quod si cœlū ruat.

Ruit emptor, id est, decipitur. Ruit nox, respublica, sol, Ruunt parietes, vota. Cumulosq; ruit malè pinguis harenæ. i. euertit. Et ruit atram Ad cœlum picea crassus caligine nubem, id est, extollit. Et confusa ruebant Ossa focis, id est, eruebant. Nè quid imprudens ruas, id est, in præceps feraris. Vnde ruunt totidem voces, id est, effunduntur. Quo moriture ruis, id est, te præcipitas?

CONgruere, conuenire, concordare. Cui tam subitò tot congruerint commoda. Non congruit bonæ doctrinæ mala vita. Congruunt extrema primis.

Congruit magis mulier mulieri. Congruunt omnes.

Congruit vix ratio temporum.

Congruit tibi ſermo cum illa.

Congruit vir viro magis. Aliquem nacti ſumus cuius cum moribus & natura congruamus. Quanquam ea cum ſententia eius philoſophi nullo modo congruebat. Ne nos inter nos congruere ſentiant.

Congruunt concorditer inter ſe. Vereor vt ſit ſatis congruens.

CORruere riſu, timore. Corruerunt Lacedæmoniorum opes. Vt multa oppida corruerint. Quum & vrbs tanta corruit. Duo Romani ſuper alium alius vulneratis tribus aliis expirantes corruerunt. Hi mihi videntur in extremo actu corruiſſe.

DIruere. In Adel. Hanc in horto maceriē iube dirui.

ERVere curam, id eſt, animo expellere. Eruenda eſt memoria non ex ſermone hominum recenti, ſed ex annalium vetuſtate.

Eruere oculos, opinionem, Erutæ ex abdito acutæ crebreq; ſententiæ.

INgruere. In Amph. Crebri hoſtes cadunt, noſtri contrà ingruunt, id eſt, inſurgunt. Verg. Ingruit Aeneas. Italis. Ingruente hyeme.

IRruere in aliquem, in ædes alienas, in odium offenſionemq. Po. Ro. Vide ne ille huc prorſus ſe irruat.

Irritare aliquem, animum, crabrones, gulam, telis aliquem. Irritamenta gulæ. Neque magis irritatus Antonius regno Cæſaris.

Obruere aliquem, ære alieno, ære circunforaneo, aqua, beneficiis, ceruiſia, dextera, lapidibus, lotio, manu, obliuione, poculis, ſeruitio, vino: multis voluptatibus dolorem vnum.

Obruere decretum, fluctibus arua, foueam. Gubernatorem dormientem obruit tranquillitas. Id etiam illa quæ laudanda ſunt, obruit.

Obruere ſemina terra, theſaurum, virginem.

Obrui ebrietate, loquacitate nimia, negotii magnitudine

ne tanquã fluctu,numero,pauore,somno,splendore virtutis & magnitudine,vi hostium,vino,vndis.

PR Oruere montes lapsu ingenti,se,vallum,in aliquẽ.

SACRO.

Sacrare soli. Plin. Sacratæ leges. Sacrandæ sanctiones sunt. In Orat.

SAcrificare,quare apud facio.

CON Secrare aram,bona sua alicui,candelabrum,memoriam nominis sui amplissimis monimentis, spolia opima Ioui Pheretrio, statuam alicui, templum. Consecrata ars eius atq; vtilitas deorum immortaliũ inuentioni. Consecratur caput eius. Consecrati homines. Consecrandos sempiternæ hominum memoriæ. Ingenii magnitudo Platonis memoria & literis consectata est. Mens,pietas,virtus,fides manu consecratur. Ad immortalitatem & religionem,& memoriam consecrantur.

OB Secrarem aliquem,ab aliquo. Tua fidem obsecro. Te per amicitiam & per amorem obsecro,principio vt ne ducas. Te obsecro ne facias. Obsecrate, vt eas intrò. Obsecro aliquandò idem quod amabo. In Eunuch. Hem obsecro an is est?

SALIO.

Salire,saltare. Salit mihi cor. Saliendo se exercere. Saliũt oues,& id genus animantia bruta,quum mares ineũt fœminas. Verg. Læta salitur ouis. Colu. Neq; pati oportet minores q̃ trimas saliri.

DEsilire. Verg Desiluit Turnus biiugis. A templo Dianæ desiluit. Edito desiliens aqua. Desiluerunt in scapham.

EXilire gaudio. Ad te exilui. Puer citus è cunis exilit.

EXultare crudelitate,voluptate. Hannibalem iuueniliter exultantem. Exultantiaq; haurit corda pauor. Exultantq; vada. Cymbri & Celtiberi in prælius exultant.

INsilire solo, vadis, maximum in malum cruciatum, in scapham.

IN Sultare alicui, bonos, calcibus fores, capitibus omnium. Cernis vt insultent Rutuli.

REsilire. i. contrarium agi. Plin. Resiliit vulnus.

RE Sultare. Vergil. Pulsati colles clamore resultant. Resultantia vocibus tecta.

SVBsilire. IN Curc. Pessuli subsilite obsecro. Idem: Tu subsultas, ego miser vix asto præ formidine. In Casin. Vt subsultabat, postquam vicit villicus.

TRANsilire muros, consulatum alicuius, per hortum transiluit ad nos, stateram ne transilias.

SALtare & SALtitare iam dicti simplicis frequentatiua sunt.

Saltare cum accusatiuo dixit Cice. in Orat. Alterum pene Demosthenem saltat. i. imitatur Demosthenem.

SALVTO.

Salutare aliquem, deos pœnates, nomine, verbis alicuius aliquem. Tironem meum saluta nostris verbis, domus te tota nostra salutat. Quum inter se amicissimè consalutauissent.

SANCIO.

Sancire capite aliquid, disciplinam imperii militaris dolore suo, fœdus, ius, legem, necessitudinẽ, de aliquo aliquid. Sanciantur lex in amicitia.

SANO.

Sanare ciuitatem, corpus, cupiditatem, incommodum, purpuram, voluntates nefarias, vulnera.

SAPIO.

Sapere alicui, adustionem. Ei cor sapit, sapiunt malè miseri. Ei palatum non sapit.

Sapere patruos, est parentum aut veterum mores imitari Sapit illi pectus, sapit hic pleno pectore. Recte ego rem meam sapio, sapit in vino in rem suam. Nihil sapit, qui sibi vni sapit. Qui sapit & sibi non sapit,

ſapit, haud ſapit ille profecto. Solus ſapit, ſapis multum ad genium.

Sapere doctè, foris, malè, perſpectè, plus, rectè, ſat, ſatis, ſero. Vltra peram ſapere, eſt nimis ſolicitum eſſe.

Fœliciter is ſapit, qui periculo alieno ſapit. Iſtuc eſt ſapere non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Hic mihi quanto nunc plus ſapit quàm egomet mihi. Serò ſapiunt Phryges.

DESIpere Dulce eſt deſipere in loco. Diſipiebam mentis. Quòd nimio gaudio penè deſiperem.

REſipiſcere, ad ſanam mentem redire. In Heaut. Te intelligo reſipiſſe.

SARCIO.

Sarcire aliquid, ædes, damnum, detrimentum, funes, infamiam, ruinam.

REſarcire damnum, ueſtem.

SATIO. SATVRO.

Satiare, ad animum. Saturare, magis ad corpus pertinet, ſatiant mentem oculosq; crudeliſſimi inimici, ſanguine & vulneribus ſuis. Satiari delectatione nõ poſſum. Expleri nec ſatiari vllo modo poſſunt. Ad corpus refertur apud Colu. Satiatq; ſe modius cibi in diebus ſingulis vicenos & centenos turtures. Saturari ab expleri differt. Hoc eſt tantummodo plenum eſſe: Illud, ſupra modum.

Saturare crudelitatem nefariam, inimicitias, odium diuturnum. Saturari honoribus homines. Ne te propediem (vt iſtam rem video) iſtius obſaturabere.

SCANDO.

Scandere cœlum, domum, domos ſuperas, gradum, malum, murum.

AScendere arborem, currum, equum, gradibus magiſtratuum, gradum dignitatis vnum ex honoribus continuis familiæ maiorumq; ſuorum, malum, murum,

 nauim,

nauim,ad cœlos,ad altiorem gradum,ad honores, in concionem,in currum,in equum,in tantum honorem ascendit eloquentia,gradatim ascendere vocem vtile & suaue est.

CON Scendere naues,nauibus æquor, à Brundusio cōscendit,cōscēdere ad æthera,in classem,in nauim.

DE Scendimus ex altioribus locis ad humiliores. Per translationem descendit quis a bono ad malum,vt à pace ad bellum, ab amicitia ad inimicitias:non contra. Ascon. Qui aduocati reo descenderunt. Non autem dices,descenderunt accusatori aduocati.

Descendere rimis,id est,hiare, descendere ad accusandum ad accusationem,ad arma,ad comitia consulum creandorum, ad grauissimas contumelias quotidianis contentionibus,ad curas alterius,ad deteriora,ad inimicitias studio accusandi,ad omnia, ad omnem animi remissionem ludumq; ad remissionem,tanquā sonorum gradibus descenditur.

Descendere ad sententiam alicuius,ex alto ad summū, ex equo,ex oculis lachryme descendunt.

Descendere in ambulationem, rem in animum,in audientium animos,in campum,in causam, in certamen, in varia consilia,rem in cor,in magnam vitæ dimicationem,in equum,in forum,in harenam,in omnia,in familiaritatis officia,rem in pectus,in preces omnes, in prælium,in rostra,in alterius sententiam pedibus, in sese.

IN Scendere currum,quadrigas Iouis, in arborem,in lectum.

TRAN Scendere aggerem,maceriam,murum. Ab asinis ad boues aut ad equos,transcendere, est se ab humilibus ad maiora potioraq; transferre. Ab equis ad asinos transcendere,contrarium est.

SCINDO.

Scindere dolorem narrādo,necessitudines sanctissimas, pallam.

pallam. Scinditur incertum studia in cōtraria vulgus. Capillo scisso.

A Bscindere carnem superuacuam cultris, linguam.

C O N Scindere. Ipsam capillo conscidit. Aduocati sibilis conscissi. Is me ab optimatibus ait conscindi.

D I Scindere amicitias. Vt discidit labium. Vestem omnem miserè discidit. P R Oscindere terram. arare

Proscindere aliquem conuitio fœdissimo .i. infamare.

R E Scindere cœlum, iura belli, pontem, præturam, res iudicatas, summum visceris os vulnus. Quæ falx reliquerit, rescindat vomis. In Phorm. Mihi nō videtur, quod sit factum legibus, rescinde posse. i. frangi.

S C I O.

Scimus per nos. Rescimus ab aliis. Scimus manifesta. Rescimus occulta. Scire certè, certò, certum fidibus. Græce luculenter, Latinè, linguas omnes. Non sciunt ipsi viam, domum quà redeant. Ille tenet & scit, vt hostium copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur. Scin vt tibi res sese habeat? De argento ni mater tua sciat, vt factum sit. Ibo intrò, de cognatione vt sciam. Ipsa de me scio. De odore adesse me scit. i. ex. Diserte idipsum posse, de quo sciat, dicere. Quod ex eo sciri potest. Quod scio, omne ex hoc scio. Ego scibo ex hoc quid fiet. Nemo ex me scibit. i. sciet. Ex me vt sciat sibi filium rediisse.

S C Iri. Att. Quæ tamen iam sciantur necesse est.

S C I Scere, id est, scire. In Amphit. Ocyus adcurro, vt sciscam quid velit.

Sciscere, statuere. In Ora. Eam se sciscere legem. In Curcu. Rogationes plurimas propter vos populus sciuit. In Orat. Prorsus maiorem quidem rem nullam sciscam. Vt si Gaditani sciuerint nominatim de aliquo ciue Roma. vt sit ciuis Gaditanus. Item: Multa pestiferè sciscuntur in populis.

S C I Scitari. In Eunu. Procul hinc libet prius quid sit sciscitari.

ſciſcitari. In Merc. Paucula etiam ſciſcitari prius volo.

S C Itari, id eſt, interrogare. In Capt. Sunt quæ ex te ſolo ſcitari volo. Scitari oracula Phœbi, Verg.

A S C I Scere. C O N Sciſcere, quære apud Cieo.

D E Sciſere a conſuetudine parentum ab aliquo e multorum opinionibus. A Latinis ad Romanos deſciuit.

N E Scire. Neſcio alias. Deos neſcio ego. Neſcio te ego

Neſcio gaudet relatiuo qui, quæ, quod, poſito eodem caſu quo ſuum ponitur antecedens, vt: Literas neſcio quas ſermonem neſcio quem accepimus: ſpē neſcio quam. Ex viro neſcio quo, virginem neſcio quam, lætus eſt neſcio quid narres. Neſcio quid narres. Neſcio quid triſtis eſt. Quod ſcis neſcis. Illud quod ſcies neſciueris. Neſcio qui fiet, quomodo, quo pacto. Hunc neſcire ſat ſcio de illa amica. Hic neſcit quidē niſi fœnus fabulariter.

P R A E Scire ante. In Andr. Nonne opportuit præſciſſe me ante?

R E S cire factum aliquod occultius cognoſcere.

Reſciui omnem rem. Hoc vbi ſenex reſciuit. Priuſquam id reſcitum eſt. Quòd ſi reſciuerit peperiſſe eam.

R E Sciſcere Me abs te immerito eſſe accuſatam poſtmodum reſciſces. Omnia omnes vbi reſciſcunt.

S C R I B O.

Scribere argentum alicui, colonos aliquo, copias, dicā alicui, dicam iniuriarium alicui dicta alicuius in animo ſuo, exercitum, hæredem, libros verſibus de temporibus ſuis, lineam, literas ad ſenatum de rebus geſtis, literas calamo, manu mea, tua, ſua, non propria. Martem in leone ſedentem .i. pingere.

Scribere milites, morbum, mortem alicui, nummos .i. per menſæ ſcripturam dare.

Scribere pecuniam in ædem ſacram reficiendam, ſalutem

tem alicui verbis suis, sigilla, supplementum leg[illegible] bus tabulas accepti & expensi suo arbitratu, testamentum alicui, ad certamen iudiciorum, plurima ad alieni sensus coniecturam, ad suum iudicium, ad rythmum, ad suos, ad voluptatem aurium, de aliquo vehementer, de autoritate & sententia alterius ad aliquem, in aliquem, in hanc sententiam aliquid, in tempus versus, id est, opportunè vel antè tempus.

Scribere breui, commodè, exiguè, paucis, raptim, studiose, summatim. Inculta quædam & horrida de malis græcis, latine scripta deterius. i. translata.

A S Scribere aliquem alicui, iuidico alicuius, negligentiam alicui, salutem alicui plurimam, sententiam alienam suæ sententiæ alicuius, se socium laudibus alicuius, se in amicitiam alicuius.

C I Rcunscribere adolescentulos, pupillos, id est, fallere. Circunscripti verborum ambitus. Genus vniuersum breui circunscribi & definiri potest. Circunscriptus est lacus in similitudinem iacentis rotæ. Circunscriptis iis sententiis quas posui. Hoc omni tempore Syllano ex accusatione circunscripto.

C O N Sscribere exercitum, latrones, leges, literas, stilis vlmeis aliquem, syngrapham. Conscripti patres, Senatus Romanus dicebatur.

D E Scribere bona aliena comitibus compotoribusq́; suis ciuitates omnes in prouincias, comœdias malè, dicta alicuius & conciones, fasciculum literarum alicui formam alicuius, hortos, ius pretio non ęquitatè, inclytas Solonis leges, librum, locum, malos, mores, officium, parte rei, pecuniā ad rationem alicuius, pecuniarum summas ciuitatibus pro numero militum, sententiam rei, solarium, vectigal. Describi ad militiam.

E Xcripserat totum patrem mira similitudine. Eorum referimus nomina exscripta ad Iouem. Bonos

in

in aliis tabulis exſcriptos habet. Quaſi exſcribendo poteſtatem non habent. Adhibebantur exſcribendo viri primarii. Multum mihi eripitur operæ in hypomnematis.

IN Scribere ædes mercede, ædes paruo, ædes venales literis, arcem publicarum ædium nomine, epiſtolam, alicui librum vino aliquid, in cathalogum aliquem, in frontem vniuſcuiuſq. quid de Repub. ſentiat, in ipſis libris nomina ſua, in ſtatua.

PER Scribere aliquid alicui, ad aliquem, in aliquo.

Perſcribere argentum, Senatus autoritatem, nomen falſum, res geſtas. Dum hæc ſummatim tibi perſcripſi, infra tibi perſcripſi quomodo &c. Decreui ad te perſcribere. In tabulis perſcripta erant.

PRAE Scribere aliquid alicui, autoritatem, finem rebus, leges pacis.

PRO Scribere aliquem, id eſt, in exilium mittere.

Proſcribere aliquid, ædes, auctionem, domos, fundum, homines, tabulam, villam.

RE Scribere aliquid, argentum rurſum, epiſtolæ aliquid, literas ad ea quæ quis requirit. Ad equum.

SVB Scribere exemplum. Quum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberem. Quia parricidii cauſa ſubſcripta eſſet. Id cauſſæ ſubſcriptum. Subſcribere iudicio, ſententiæ, verbis alicuius.

Subſcribere in aliquem. Tibi infra ſubſcripſi.

TRAN Scribere æs alienum hæreditarium in ſe, Conſulatum, fundos, prædia alicui, nomina in ſocios.

SECO.

Secare aurem, digitum, herbam, ſegetes, ſpem viam aliquid in plures partes, cauſſas in plura genera.

DEſecare aliquid.

REſecare vineam, ad viuum aliquid.

SEDEO.

Sedere alicui, animo, arce, celſa, domi. Sedet patribus

ſententia pugnæ.

Sedere duabus ſellis, ad gubernaculum Reipub. omni tempore ad retia, ad Trebiam, ex lege, in conclaui, in ſubſellis, in tecto, pro æde, ſuper caput, ſedere anguſtè. Si non vbi ſedeas locus eſt at, eſt vbi ambules.

ASſidere alicui, gubernaculis, literis. Cum accuſatiuo: Saluſt. Adherbalem iuxta aſſedit.

Aſſidere apud carbones, apud portum.

CONſidere. Vergil. In Molli conſedimus herba. De Senect. Certo in loco conſederant. In Orato. In ea de qua loquor mediocritate conſedit. Conſedit vtriuſque nomen in quæſtura. Liui. In Veliterno agro terra ingentibus cauernis conſedit.

DEſidere. Quid tu intus quæſo deſediſti? Tamdiu ibi deſidere neq; redire filium. Vbi totum deſedi diem. Vbi homines adoleſcentulos dies lætos. Deſedit apud Nicomedem.

DIſſidere. Diſſident ſententiæ. Cum Iulia primo concorditer & amore mutuo vixit, mox diſſedit. Adamas diſſidet cum magnete lapide.

INſidere equo. Inſidet pedibus dolor. Nihil quiſquam vnquam egit orator, quod non in memoria mea penitus inſederit. Inſedit in animis omnium penitus. Si ita tibi penitus inſediſſet iſta ſuſpitio nullo vt euelli modo poſſet. Cum hic feruor concitatioq; animi in venis medullisq; inſederit.

OBſidere. Armis obſeſſus teneor. Nunc vero domi certum obſidere eſt vſq; donec redierit. Quum vi, ferro, metu, minis obſeſſi teneremini. Qui meum tẽpus obſideret, id eſt, anguſtius redderet. Obſeſſis omnibus viis nuntii intercipiuntur.

POſſidere bona ex edicto, bona ſine diminutione, bona publicè, imagines, res alterius, mores huius ſeculi in ſe, neceſſitatem magnam, nomen alterius, palmam,

mam, regnum, religionem magnam, vim magnam. In se plus fidei quàm artis, plus veritatis quàm disciplinæ. Possidet me balneum, cubiculum, popina, triclinium. De vxore ita vt possedi nihil mutat. Lassam possessamq; morbo.

PRAEsidere est ad opem præstandam præesse. Apollo præsidet medicinæ. Mars bello. Musæ studiis, president dii vrbi atq; imperio. Præsident deæ studiis, vatibus. Cum tribus legionibus in agro piceno præsidebat.

REsidet flatus. Resident mores pristini, in odiis. Resident montes. Venter & guttur resident esuriales ferias, id est, ociantur aguntq; ferias esuritione plenas. Si quid resident in te amoris. Cuius culpa non magis in te residet. Cum tantum resideat intra muros mali, id est, restet. Quorum mentes nondum à superiore bello resedisse sperabat, id est, quiescere. Apud me plus officii residere facillime patior, id est, esse. Cui in meis ædibus aliquam religionem residere diceret, id est, messe. In qua si resideat sensus, id est, remaneat. Quomodo spes salutis reliqua residebit. In quibus non potest residere inertiæ aut leuitatis vlla suspitio.

SVpersedere labore itineris, litibus, prælio.

Supersede istis rebus iam. Hæc caussa iudicialis non visa est supersedenda, id est, omittenda, passiuè.

SEDO.

Sedare ægritudinem, animum, appetitiones, arrogantiam, calamitatem, calorum molestias, discordias dicendo. Infamiam iudiciorum, inuidiam, iracundiam morte lassitudinem, mala, mentem, miserias, peccatum, tempestatem.

SENIO.

Senescit laus oratoris, luna, morbus. Senescere omnia malebat.

CON Senescere. Veteres leges sua vetustate consenuisse. Omnes illius partis autores ac socios etiam nullo aduersario consenescere. Tuo mœrore macror, marcesco, consenesco & tabesco miser. Ita manibus consenescit. Quamuis consenuerint vires atque defecerit.

SENTIO.

Sentire aliquid, sonitum. Te autem videre & sentire eandem fidem hominum. In tua dignitate quam ego in mea salute sum expertus ex tuis literis intellexi. Omnia sunt misera in bellis ciuilibus quæ nostra ætas sæpe iam sensit. Sentiet qui vir siem. Ne iste haud mecum sentit. Si me senserit eum quæritare. Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis fallatiæ conari. Quid sentis de istis rebus. De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt.

ASSENtamur ad gratiam loquentes. Vereor coram in os te laudare amplius, ne id assentãdi magis quàm quod habeam gratum facere existimes.

Imperaui egomet mihi omnia assentari. Assentabor quicquid dicet mulier.

ASSENtire vel Assentiri alicui. Hisq; temere assentiamus. Mihi quoque adsint testes qui illud quod ego dicam assentiant.

Assentio tibi. Facile assentior tuis literis. Huic assentiuntur reliqui Consulares. Ego illud assentior. Assentitur omnia. In quibus assentior.

CON Sentire. Mihi neutiquam cor consentit. Amicorum conspiratione consentientes tenuit amicorũ greges Ratio nostra consentit, oratio pugnat.

His principiis reliqua consentiebant. Si sibi ipse consentiat. Omnes mortales vna mente consentiant. Vt ad omnia conseruanda & tuenda consensisse videantur. Exercitu (vt spero) ad beneuolentiam erga nos consentiente. Quod consensisset cum Hispanis quibusdam.

busdam. Apparet iam cor cum oculis consentire. Cum consiliis tuis mea & facta & consilia consentiunt. Literæ in senatu nequaquam consentire cum Furnii oratione visæ sunt. Vt vestræ mentes atq; sententiæ cum Pop. Rom. voluntate suffragiisq; consentiant. Quum vultus Domitii cum oratione non consentiret. De cuius vtilitate omnes vno ore consentiunt. Cuius de laudibus omnium esset fama consentiens. Consenti in hac cura vbi sum, vt me expediam, id est, permittas. Inter se omnes partes cum quodam lepore consentiunt.

DIS Sentire. Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt, longè dissentimus. Si alter nostrum a collega dissentiat. Cum ab reliquis malis moribus dissentirem. Videtur scriptoris voluntas cum scripto dissentire. Quasi familiæ dissentientes inter se.

SEPELIO.

Sepultum bellum aduentu Pōpeii. Vbi somnū sepeliui. Sepultus sum, id est, nullus sum. Vestra virtus nec obliuione eorum qui sunt, nec reticentia posterorum in sepultura esse poterit.

SEPIO.

Sepire memoria aliquid, septus charitate, muro firmissimo, opibus hominum, nullis præsidiis.

SEQVOR.

Sequi aliquem, amicitiam alicuius, amicum, autores, autoritatem alicuius, auos, bella, beneficium, clamore aliquem cogitationes tuas sequitur lætus aduentus, sequi commoda, consilium alicuius consuetudinem, contemptum literarum sequitur barbaries, sequi conuiuia, curriculo aliquem, dicta voce, disciplinam sequitur scientia, sequi exemplum alicuius, extrema, ferro, laqueo: fatis iisdem aliquem, fidem alicuius fortuna aliquem fortunam, funus, gratiam alicuius, hæredem alicuius. Ignauiam sequitur egestas, sequi librum

brum lapſum, lites,magiſtrum,mare,matrimonium diuitiis,meliora,morem vulgi,mores diſpares,moribus aliquem, nuptias, otium,oculis aliquem,officium,patrem;principem factionis,prudẽtiam, ſcriptores,ſectam,ſententiam alicuius,ſorte aliquem, ſtudia diſparia,ſtudio pari aliquem,ſtylo aliquem, telo aliquem,tranquillitatem,veteres,viam, virtute eadem aliquem,virtute prӕditos ſequitur fama bona & gloria,ſequi vita aliquem,vitam clementem & vrbanam, voce aliquem,vtilitatem,vulnere aliquem. Velut vmbra ſequi,eſt nuſquam deeſſe. I prӕ, ſequar. Sequitur vt hӕc officiorum genera perſequar.i.reſtat.

SE Ctari apros,belluas,canes,ceruos,feram,lites, philoſophos.

Sectari iuſſi. Qui vellet ſe a cane ſectari.

A Sſequi aliquem,agmen peditum, terra, artes bonas admiratione & improbitate laboris, coniectura aliquid,honores alicuius gradatim,ingenium alterius, magiſtratus,maturitatem,meritorum tuorum nullam partem videar aſſequutus,aſſequi naturam optimam recte viuendi ducem,nomen,ſtudia aliorum, ſuſpitione, vim magnorum virorum, votum,cum claſſe aliquem,in via aliquem,velocem tardus aſſequitur, id eſt,qui labori non parcit, ſuperat prӕcocia ingenia. Id quod ille ſperat,hic aſſequutus eſt. Quod ago,aſſequitur,id eſt,curam gerit.

CON Sequi aliquem,calcem,cogitatione aliquid,coniectura,conſilia conſimilia,conſpicillo,diligentia,diuinãdo,famam malignitatis,gloriam,gradu vocem, gratiam,iudicium principis,ingenio,laudem,labore, mente,metam,miſericordiam,mores ciuiles,oculis, oratione,ornamentis alterum,pedibus : prӕdam canibus,precando,precibus,rationem recta,ſtadio, bona ſtudia,verbis aliquem, vigiliis, virtutes,viſu. Ita diis placitum,voluptati vt mœror comes conſequatur.

tur. Ad vesperum consequantur. Consequutus sum illum in prætura. Afficior summo dolore, eiusmodi tempora post tua profectionem cõsequuta esse. Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consequitur. Misericordia quædam consequuta est. Et mediocris quidam est risus consequutus.

CON Sectari aliquem, aliquid, minutissima etiam sidera. Consector singula & colligo. Angiporto hoc certum est consectarier. Omnia me mala consectantur.

EX Equi aliquid, ærumnam, aspectum alicuius, consilium, egestatem, imperium, iussa, ius suum, mandata, mortem, munus suum, negotia, officium, patronam deam, probrum, rationem veram, sententiam, sermonem, vxorem defunctam.

Exequi certum est. Exequar perficere iter. Exequi pergam.

IN Sequi aliquem contumelia, maledictis. Insequitur clamorq; virum, clangorq; tubarum.

INsectari aliquem hasta, lapidibus, hominẽ quasi canẽ.

OB Sequi amori, animo, imperio alterius, iniusta omnia, pudori, senibus, studiis amicorum, voluptati, de te tibi obsequor. Obsequium animo sumere.

PER Sequi aliquem, bello ciuitatem, copiam, factis quod quis dicit. Id ex vsu quod est. Imperia herilia. Imperium patris, ius suum, literis publicis omnia, maleficia, mandata, mores patris, odio aliquẽ, opus cœptum, orationem alterius, pacẽ, pœnas, promissa alterius, reliqua, spem, viam,, vitam inopem & vagam.

Persequere quod recte cœpisti.

PRO Sequi aliquem amore, beneficiis, beneuolentia, charitate, contumeliis, cultu debito, honore, imprudentia, laudibus, misericordia, muneribus, odio capitali, officiis, præmio, stilo, suffragio, voto.

Prosequi aliquid, cibos blandioribus alloquiis, existimationem, fortitudinem, genera officiorum, ius suum,

iustitiam,

iustitiam, locum, magnitudinem animi, mentionē alicuius, omnia, patientiam, rationem munificentiæ, reliqua, reliquias aui, temperantiam, cum equis aliquē, cum honore summo mentionem alicuius. Ne plures prosequar, id est, ne pluribus loquar. Prosequitur eos bonos. Difficile est omnia prosequi,

SV Bsequi aliquem, ad fores aliquem propius. Mirifice ipse suo sermone subsequutus est humanitatem tuarum literarum.

SERO.

Serere arbusta, bella, beneficium, Brutos, Cassios, caussam, crocum, dissidia, execrationes, genus humanū, hordeum, lilium, lites, negotium, odiū. Remp. rixas, sermones, siliginem, surculos, terram frugibus, tumultum, violam, vitem, vlmos. Manu serēdum, non thylaco, id est, modus in omni re seruandus. Mihi isthic nec seritur nec metitur,

SE M Inare fabas, familias, filios, frumentum, hortum stirpem.

AS S Erere aliquem manu, se studiis in alto isto pinguiq; secessu, se ab iniuria, in seruitutem virginem. Vt ipsi asserunt.

Asserere vitem, iuxta serere.

CO Nserere agrum faba. En queis conseuimus agros.

Conserere instituta, leges, manus cum hoste, manus inter se.

Consertum manu ex iure aliquem vocare.

Conserere prælia, pugnam seni, Rempub.

D Eserere aliquem fide & factis in ærumnis, ius amicitiæ, maritum, officium amicitiæ, ordinem, patriam, pignus, spem, telum, vadimonium, vitam suam. Omnes noti me atq; amici deserunt.

Deseruerunt me res, fides, & fama decusq; & virtus. Deserunt hunc genua. Timet ne deseras se. Deseret te ætate & satietate. Ego desertus sum. A mēte deseri

Desertum tueri. Desertum iri. Deserta anus. Deserta caussa vincere.
D I Sserere de amicitia, id est, disputare.
E X Erere brachia aquis, caput, cingula, ensem, humeros, ius in librum alicuius, vincula.
E Xertare os. Aeneid. 3.
I Nserere consilium, digitos foramini. Manum in sinu meretricis. Oculos in pectus, opiniones nouas, ouũ faucibus, pyros, pomos.
O Bserere agrum vineis, mores malos, pugnos, terram frugibus, pannis annisq́; obsitus.
O B Serare aures, ostium intus.
R E Serare rem familiarem.

SERPO.

Serpit amicitia per omnium vitam.
Serpit hæc consuetudo per homines.
Serpit per coloniam fama, serpit hic rumor.

SERVIO.

Seruire alicui, auribus, commodis suis, commodis aliorum, consuetudini, cupiditatibus suis, decori, decoro, defensioni patriæ, gloriæ, laudi propriæ, libidini suę, occasioni, peccato, pecuniæ, personæ, petitioni toto animo, proximo, rei, rei, familiari, rumori, scenæ, seruitutem, societati humanæ, tẽpori, voci, suæ, cuiq; vtilitati.
D E Seruire alicui, honoribus, studiis.
I N S eruire alicui, affectibus suis, animo, auribus, honoribus, libidini, reuerentiæ alicuius. Item cum accusatiuo: Si illum inseruibis solum. Matronæ, non meretricum est, vnum inseruire amantem.
S V Bseruire alicui, orationi. Viros subseruire sibi postulant.

SERVO.

Seruare aliquem, amicum sibi aliquem, amicitiam, amorem, bouem, castitatem, cõsuetudinem, corpus, decorum personæ, officii nominis, rei orationis, dignita-

tis:

ris: falcem curuam sub imagine, fidem, florem virgineum, flumina, fortunas gloria, integrum se, integra omnia principi, ordinem dicendi, ordines suos rectis lineis, pacem, promissa, pudorē, quod labore quis inuenerit, rem familiarem, retia, se inregrum, sibi, syluas, vitam integram.

Seruare de cœlo. In Oratio. Negant fas esse agi cum populo, quum de cœlo seruatum sit.

A S Seruare aliquem magna diligentia.

Asseruabo hinc quid rerum gerat. Videt quempiam se asseruare. Hic tibi asseruandus est. Adseruandum vinctum cura. In And.

C O Nseruare ærarium, diligentia aliquid, fidem, maiestatem Pop. Ro. comiter, memoriam tuorum erga me meritorum, ordinem alicuius, parsimonia rem familiarem, se, voluntatem alterius.

O Bseruare aliquem, aliquid, frumentationes, ianuam, imperium, pabulationes, seruulos, signa, scripturam alicuius.

Obseruare indiligenter, restricte. Obseruabo quam rem agat. Obserues filium quid agat. Ab ineunte adolescentia me obseruauit, semperq; dilexit, id est, veneratus est. Aliquo honore aut imperio affectos obseruare & colere debemus.

P R AEseruare.

R E Seruare aliquem, concioni, omnia, præsenti sermone reseruentur, in congressum. Hoc votum meum bonitati tuæ reseruatum est.

SIGNO.

Signare æs, argentum, aurum publicè, humum, librum, locum, numeris, regionem cœli, stellis,

S I Gnificare, quære apud Facio.

A Ssignare, præcipue agris conuenit, quum ii militibus vel emptoribus iussu magistratuum vel dominorum assignantur. Est etiam imputare.

Assignare alicui aliquid, agros legionibus sorte, iugerum duo millia, vnius amentiam ciuitati, culpam fortunæ, tempori: famæ bonos iuuenes, fœlicitati alicuius mortem alterius, improbitati & sceleri infirmitati, inuidiæ imprudentiæ, magnitudini rerum, misericordie, occupationibus, virtuti: milites alicui præceptum deo assignatum est, id est, ascriptum. Tempus assignatum implere. Assignare solum.

C O Nsignare epistolas tabulas. Consignamus literis, quæ memoriæ mandare volumus.

D E S Ignare aliquem, aliquid, agrum, ciuem, consulē, diem, facinus malum, furtum, homicidium, horā alicui, iudicem, ludimagistrum, magistratū, rem insignē & præclaram, senatorem, tempus alicui.

O B S Ignare epistolam, lagenam. tabellas. Allium seruo obsignant cum sale, id est, clausum tenent.

Obsignare cellas Obsigna citò. Amphitrionis obsigata signo est. Obsignata est rectè.

R Esignare amicitiam, bona fortunæ, consulatum, cuncta & lumina morte resignant, id est claudunt.

Resignare magistratum, officium, prouinciam.

SILEO.

Silet ambitus, forum, silent iudicia, silent leges, inter arma, sileamus de istis. De te scenæ silebunt. De iurgio siletur, Impersonale est.

S I Lescere. Dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum aliquò.

SIMVLO.

Simulare est fingere scire quod nescias, habere quod non habeas.

D I Ssimulare, fingere quod scias nescire, quod habeas non habere.

Simulare morbum, mortem verbis, vultum alicuius. Qui omnia simulant se scire, nec quicquam sciunt. Sequere me, simulabo quasi non nouerim.

DI Simulabo hos quasi nõ videam. Dissimulabam me harum sermoni operam dere. Dissimulat sciens se scire Cuiuslibet rei simulator ac dissimulator.

IN Simulare aliquid, aliquem, facinus malum alicui, falsum, scortum.

Insimulare aliquem auaritiæ, probri, proditionis, id est, accusare. Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es. Quod illum insimulauit durum id non est. Is ex ferrula insimulatus. Non metuo pater, verum insimulari nolo. Furere insimulauit.

SINO.

Sinere, permittere. Sine nunc meo me viuere modo. Sine te hoc exorem. Sine is ad pubertatis annos perueniat. Sine ad me vt redeam. Sine vt veniat. Sine vt eueniat quod volo. Siui animum vt expleres suum. Non siuit egesta facere nos.

Desinere, omittere, cessare. Haud desinam donec perfecero hoc desinãt maledicere. Desina, sic est igeniũ.

Desine iam conclamatum est. Desinebant magistri dicto esse obedientes. Desine deos vxor gratulando obtundere. Occidunt desinũtq; fragilia & caduca, vnde triclinium desinit. Disciplina tibiis canendi desita est. Papisius est vocari desitus Libenter me hercle artem desinere. Mihi stat alere morbum desinere.

(SINVO.)

IN SInuare in litera I habes.

SISTO.

Sistere aliquem, auimum, equos, gradum, iudici, aut iudicio aliquem, labores, lachrymas, metum, opus, pedem, profluuium sanguinis, rem Romanam, ruinam, sanguinem. Ante tribunal Christi sistemur omnes.

ABsistere obsidioni. Nec custos absistit limine Ianus. Nec prius absistit &c.

ASsistite amabo. Hic propter hunc assiste. Ego assistam altrinsecus.

CONsistere animos tranquillo, lingua, mente, oratione, pectore. Vel sic. Vt neq; mens, neq; vox, neq; lingua consisteret. Omnis familiæ caussa consistit tibi.

Pectore consistere nihil consilii quit. Non potest quæstus consistere.

Consistere ad anchoram, in anchoris, in digitos, in foro in hoc loco, nulla in re, certa aliqua in sentētia. Otiose nunc iam illico hic consiste.

DEsistere caussa pristina, consilio, litibus, oppugnatione, rebus istis, sententia. Desisto cum infinitiuo, vt cō solari, currere, instare, loqui, percontari, sperare.

Desistere ab aliquo, à mente, de sententia.

EXistere est emergere, prodire, vel esse. Ex luxuria existat auaritia necesse est. In capite corona statim exstitit ex asperis herbis, & agrestibus. Ne in eum existam crudelior. Submersus equus voraginibus nō extitit. Ne in hac ciuitate tāti facinoris immanitas extitisse videatur. Si extisset in rege fides. Vt illa flamma diuinitus extitisse videatur, lacumq; in eo loco repente extitisse. Tum repente lætum extitisse. Hoc occultum intestinum ad domesticum malum existit. Existunt montes, quos summum texerat æquor. Nemo priuatus autor existeret. Existit hoc loco quæstio subdifficilis. Vt & tyranni existerent sine bonis corporis possit beata vita existere. Existat ille vir parumpter. Existit præter consuetudinem, præter naturam. Quin expectas? an dum ab inferis ille malleolus existat.

INsistere. Insistit ambitus pluribus modis.

Insistere hastæ, limen, manus, negotium, rationem pugnæ vestigia pedum plantis, vestigiis alienis, viam, via, in dolos, praue. Insistat in singulis perfectis absolutisq; sententiis. Ne quid tu huic temere insistas credere.

OBsistere alicui, dolor, studiis alicuius, vitiis, obuiam alicui. In cursu alicui.

PERsi

PER ſiſtere in flore, in eadem ſententia, in vigore,

RE ſiſtere gratiæ, improbitati alicuius, ſuſpitioni.

SVB ſiſtere audacius. Subſiſtendum. atq; expectandum fuit.

SITIO.

Sitire gloriam immodicam, ſanguinem.

SOCIO.

Sociare cum ſcientia diligentiam.

CON ſociare cum alquo conſilia ſua. Vel conſociare mihi quidem tecum licet. Nunquam tam vehementer cum ſenatu conſociati fuiſtis.

D Iſſociat amicitias diſſimilitudo.

Diſſociatis animis ciuium.

SOLICITO.

Solicitare aliquem, ciuitates. exercitum, ſenectututem ſuam amentia alterius, facinus quod tuum ſolicitat animum, ego feci. Quod me ſolicitat pluribus miſerum modis. Quid te ergo aliud ſolicitat? Quæ res te ſolicitat? Solicitari opera alicuius, timore nullo.

SOLVO.

Soluere aliquem, aliquid, ænigma, anchoram, animum arctum, argentum, ciſtulam, cœtum, collum, curas, curis aliquem, debitum. epiſtolam, ergaſtula, fidem, fœdus, formidine aliquem, guttur, ieiunia, inferias, iniuriam, iugulum, iura alicuius, legem, linguam, linguam ad iurgia, litem, lumina in ſomnum, mares, mercedem, metu corda, nauem, naulum, nomen totum alicui, notam, oculos in ſomnum, oculos lœtho, officiũ optionem eligendi, ora, oram, os, pecuniá, pedẽ, pœnas Reipublicę graues iuſtasq;, portum, pretium prouinciæ ſanguine ſuo, promiſſa, pudorem, pugnis rem ſcelere aliquem ſolidum ſuum cuiq;, ſomnum, ſtipendium alicui, rem tergo, tunicam, vectigal, verba venã cultello, verbis, verſura aliquid, verſuram, vincula amicitiæ, vita aliquem, vitas, voluntatem, vota deo,

zonum

zonum virgineam, ſoluere ab aliquo aliquid, ab Alexandria, ad denarium, ex coniectura, ex tributis talenta Attica xxxviii. pro vectura.

Soluere abſolute, pro committere nauim mari. Cæſar. Nactus idoneam ad nauigandum tempeſtatem tertia ferè vigilia ſoluit.

Soluuntur artus, membra, lumina. Soluitur cœtus, conciliũ, frigus, acris hyems, ſenatus, terra, Solui ex morbo male, in cachinnum, in rabiem, in ſomnum.

A B S Oluere aliquem, aliquid, breui aliquid, creditorem, hominem impuriſſimum, iniuriarum aliquem, iuriſdictionem, nauem, opus, paucis aliquid, ſe a Fannio iudicio, ſuſpitione regni aliquem, verbo uno, viam, aperte, copioſe.

Abſoluere debita, peccata, pœnas, vincula, ſacerdotum eſt. Sutorio atramento abſolutus putatur. His initiis, temperãtia, modeſtia, iuſtitia, & omnis honeſtas perfecte abſoluta eſt. Magno numero ſententiarum abſolutus eſt. Seruus ille innocens omnibus ſententiis abſoluitur. Nono & quadrageſimo die totus homo in vtero obſoluitur. Pleniſſime abſolutus eſt.

D Iſſoluere aliquem, æs alienum, amicitiam, contraria, inſtitutum alicuius, iudicia publica. Mors cuncta mortalium mala diſſoluit.

Diſſoluere pecuniã, periuriũ, ſenectus plures diſſoluit.

Diſſoluere te, ſeueritatem.

Diſſoluo animo eſt. Criminibus omnibus ferè diſſolutis. Criminatio tota diſſoluta eſt. Criminum omnem diſſolutionem ab oratore quæratis. Diſſolutum nauigium. In ſocietate diſſoluta.

E X Oluere aliquem, ærumnas duas vno labore, æs alienum, dotem, errore aliquem fidem, nomina, pretium promiſſum, religione populum, ſe ſuſpitione, vinculis aliquem, vota.

P Erſoluere animam pro morte alterius, grates dignas, pœnas

pœnas graues iustasq;.

R Esoluere argentum cui debetur, damnum, litem lite, rem omnibus quibus debetur. Resoluitur humus.

SONO.

Sonat vox asinum, agreste, capram, dulce, fœminam hominem, subagreste quiddam planeq; subrusticum, vaccam, virginem, vitulum, absurdè, barbarè, leniter. Nō argura sonant tenui psalteria chorda.

C I Rcumsonare tuas aures talibus vndiq; vocibus conducere, arbitror.

C O Nsonat terra. Consonant apes vehementer.

D Issonare. I Nsonare.

Obsonare, male sonare. Plaut. Cum sermone huic obsonas, id est, alta voce loqueris.

P E Rsonare aures tuas huiusmodi vocibus non est inutile. Personant Baiæ. Personat domus cantu & cymbalis. Vt quotidiano cantu vocum & neruorum tibiarum, nocturnisq; conuiuiis tota vicinitas personet.

R Esonant agri cantu cicadarum. Ea virtuti resonat tanquam imago.

Resonare ad neruos in cantibus. Formosam resonare doces Amaryllida syluas.

SOPIO.

Sopiuerat illa statim nocte totam domum ac familiam quies prima. Sopitus rex subito ictu. Sopitus somno. Sopita virtus. Cōniuētē somno cōsopiri sempiterno.

SORBEO.

Sorbere odia, sanguinem.

A Bsorbuit hunc æstus quidam insolitæ adolescentibus gloriæ. Exorbebo sanguinem eorum.

E X Orbuit difficultatem.

SORTIOR.

Sortiri consilia, dicas, iudicem, tribus.

SPARGO.

Spargere alas ad solem, aquam, arenam pedibus, cinerem,

rem, doctrinam, famam, flores, fœnum, gramina, humum foliis, floribus: margaritas antè porcos, mella humida, soporiferum papauer, radios, saxa, sanguine atro & tabo, somnos, terras, lumine nouo, venena, virus, sparso ore virginem. Sparsis etiam nunc pellibus albo.

A S Pergere aquam, id est, animum reddere.

Aspergere aqua aliquem, cibum sale, cinere aliquem, comitem & facilitatem grauitati facilitatiq;, guttula pectus ardens, lingua aliquem, lotio aliquem, vitæ splẽdorem maculis, mẽdatiunculis aliquid, nota infamiæ aliquem, virus pectori. Ex quo fit leuiter aspersus. Aspersus, suspitione, infamia.

C O N Spere carnem assam sale, fores, vino, humum floribus, solum palea. Conspergi pudore.

D I S Pergere cerebrum alicui, opes, viam cerebro, bellum longe latèq; dispersum. Populi dispersa per aures fama.

(S P E C I O.)

Spectare animum alterius ex animo suo comœdias, gloriam ab aliquo, Græciam, importunitatem anicu læ, Italiam, meridiem, ad bellum, ad castra, ad concordiam, ad inter regnum, ad meridiem, ad pacem, ad pernitiem patriæ, xd perorandum, ad se, ad vsum alicuius, in nos solos, in ventum. Fauonium, inter occasum solis & septentriones. Spectata amicitia. Spectatę eruditionis vir. Spectatum satis & magnum exemplum continentiæ. Spectatus homo in rebus iudicandis. Spectata iuuentus. Spectati mores. Spectatæ probitatis vir. Spectatur seruus. Spectati viri. Spectata vita. Spectator formarum elegans. Spectator laudem alienarum.

S P Eculari. Speculabor loca magis. Hinc speculabor procul. Is speculatum huc misit me.

A S P I Cere aliquem, lucem, ad aliquem, ad faciem alterius,

terius, ad terram. Furtim nonnuquam inter se aspicie-bant.

A S Pectare aliquem, limis per flabellum clanculum.

A V Spicari aliquid, militiam, culturarum officia, vitam à suppliciis.

C I Rcunspicere se magnificè, id est, admirari. Atq; oculis Phrygia agmina circunspexit. Postquam id venit, nunquid circunspexit?

Circunspectat se. Alia circunspecto. Te herclè ego circunspectabam.

C O Nspicere aliquem sibi. Quantum ego nunc corde conspicio meo. Quando te in iure conspicio, id est tuum ius considero.

C O Nspicari aliquem in fundo, in regionibus exteris, in tenebris.

D E Spicere aliquem, aliquid, ab alta domo, monte, turri: ad aliquem per impluuium, ad populum ex altiore loco. Despectus tibi sum. Despici à suis.

D E Spicatam nostram adolescentiam habent. Homines despicati.

D I Spicere aliquid, acie mẽtis, magnitudinẽ totius rei, remediũ, singulorũ subtilitatẽ. Iam aliqd despiciam.

E X P Ectare aliquem aliquid, ętatem alicuius, bona sua cursum, diem ex die, magnum malum, mortem alicuius. omnia ab aliquo, parentem, supellectilem. Transitum tempestatis ad tempus aliquod, de tribulatu, ex quodã rumore aut ex literis ad alios missis aliquem.

Expecto quid velis. Expectabo dum venit. Si expectasses, donec me consuleres. Senem quoad expectatis vestrum? Me securè ac propè negligenter expectant.

I N Spicere ędes alicuius, agrum, aurum, hominem propius, marsupium, prędium, res sociorum, seipsum, sententiam alicuius, uitas omnium tanq̃ in speculum, in patinas, per trãsennam. Re omni inspecta. Apud portitores esse inspectas.

I Nspectare.

IN Spectare. Illinc procul nos isthuc inspectabimus. Alia mulier illam sustulit, ego inspectaui.

Inspectare per impluuium. Tu te introspice in mentem tuam.

PER spicere aliquid, animo, acerbitatem alicuius, fidē alicuius in pecunia, sententiam alicuius. Quantum prospexi modo. Neq; id prospicere quiui. Parum perspexisse eius videre audaciam. Postquam perspexi salua esse intus omnia. Quam benè vero abs te perspectum est. Ex fronte perspicere. Sinite me perspectare, ne vspiam insidiæ fient,

PRO Spicere alicui, aliis, animo. coniectura, maritum filiæ, oculis, rebus, saluti alicuius, sibi, stultitiæ, in posterum. Parum oculi prospiciunt. Prudentis est quæ futura sunt prospicere.

RE Spicere aliquem, adolescentem, ætatem suam, Cæsarem, inimicum, se, ad aliquem, ad virginem. Alius nemo respicit nos Oceanus respicit Occidentem. Quasi de improuiso respice ad eū. Me in secūdis respice. Ad hūc summa Imperii respiciebat. i. spectabat

Respicere actionum suarum, id est, considerare. Cæsar: Quid respectas?

SVS picere aliquid astra, eloquentiam, mœnia vrbis. Eos viros suspiciunt. Suspiciunt inuicem. Suspectus Regi. Nostras mulieres suspectas fuisse falso. Falso incestu suspecta Deum orauit. Suspectus locus. Scio nemini aliter suspectum fore.

SV Spectare oculis sydera.

SV Spicari. Quid nunc suspicare? Sunt quos suspicor. Nihil suspicans adhuc mali. Tantum te suspicari volo. Cum posses iam suspicari. Suspicarer autem multum interesse rei familiaris tuæ, id est, putarem.

SPERNO.

Spernere aliquem. Ob hæc facta abs te spernor. Quot modis contemptus, spretus

A Spernari

A Spernari aliquem, familiam alicuius, veritatem.

SPERO.

Sperare aliquid, deos, dolorem. Spero me habere qui hunc meo excruciem modo. Spero illum tibi saluum affuturum. Amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore. Et spero confore. Sperabam iam deseruisse adolescentiam. Nō vsus veniet spero. Quod tu speras, ꝑpulsabo facile. Nec quod speraret habebat.

D Esperare aliquem, fortunis suis, omnia, pacem, saluti. Reliqua fuga desperata. Desperata salus. Desperato operis effectu. Essent illi quidem desperandi. Huius salus desperanda est. Non equidem despero ita esse vera. Noli desperare eos meos facere posse.

SPIRO.

Spirare amores. Comicum, Tragicum, lucernam, minas, odorem diuinum, odorem tetrum, oleum pharmacopolium, vnguentum.

Spirat amor, chariophilus, crocus, rosmarinus, thymiama. Vergil. Videtur Lælii mens spirare etiam in scriptis, id est. viuere. Spirant flores, venti, zephyri secundi.

A SP Irare alicui, id est, fauere. Dii cœptis aspirate meis. Aspirate canenti. Ventusq; aspirat eunti. Aspirat dies, id est, diescit.

Aspirare equis vel ad æquos, id est, ex animo cupere.

Aspirare præclaris magistratibus. Si votis sceleratorum hominum successus aspirassent. Aspirant auræ in noctem. Aspirat primo fortuna labori. Tantum ingenii aspiret. Quò vita aspirat non beata.

Aspirare ad aliquem laude bellica, ad vel in curiam, ad bonam famam, ad fortitudinem, ad laudem, ad opus, ad bona studia, ad virtutem, ad notum, in campum.

C ONspirare ad liberandum Rempublicam, cum aliquo in necem alterius. In commune conspirabatur ab vtroq; in malum.

EX Pirare animam. Dum anima nondum expirata con cidisset. Expirante iam libertate.

IN Spirare, suggerere. Verg. Magnam cui mentem animumq; Delius inspirat vates. Aquilonibus inspirentur granaria Modicis fenestellis.

RE Spirare animam a pulmonibus. Respirauit auaritia & cupiditas paululum, id est, remissa est. Respirat ciuitas quum, in pristinum statum redierit.

Respirare paulum a metu cœpit. Sine respirare me, vt tibi respondeam, id est, recipere anhelitum.

SV Spirabo plus sexcentum dies. Suspirat longo non visam tempore matrem.

SPOLIO.

Spoliare aliquem, sanitatem animum, tribunatu aliquẽ. Aut spoliaret fama probatum hominem.

DIS Poliare ipsam non licet: Quos impune depopulatur, & dispoliatur dedecus. Vt eam rerum selectione expoliarent.

SPONDEO.

Spondere honores, pręmia, puellam. Spondes ne mihi hanc vxorem? Cui tamen iam nũc licet spondeas de aĩo meo. Ego ꝑ illa spõdeo. Spõde noxa præsto est.

DE Spondere animum, domum & hortos & baias alterius sibi: filiam suam alicui, sapientiam, virginem. Desponsam alteri laudem præripęre. Desponsam prouinciam habere.

RE Spondere alicui, amicitia, amore, alicui, artibus beneficiis, curis alicui, desiderio alicuius, dictis alicuius aliquid, expectationi parentum, factis, filo, functioni glorię alicuius, iudicio, literis, mutuo, nomini, officio suo, officiis alterius, opinioni hominum, optatis, ordine, ore alicuius, oratione alterius, par pari, patri, pauca paucis poculis, alicui, promissis, prouincię, suę, verbis suis verbum verbo, virtute alicui, votis, ad aliquem, ad nomina, ad normam, ad perpendiculum,

ad

ad rogatum, ad tempus. De allis loquenti respondere de cepis, est non ad rem loqui. Detulit ad me querelam tuam, de qua, priusquam respondeo, pauca proponam. Velle se in carinis ædificare alteram porticum, quæ palatio responderet, id est, quæ palatio adiuncta, vel par, vel è regione extructa esset. Quũ tamen breuioribus diebus quotidie respondebant tabellarii. Ita erudiatur vt patri & Scipioni nostro, & tibi iam propinquo respondeat, id est, tui similis sit.

S P V O.

Spuit terram sicco ore viator aridus.

S P Vtare sanguinem. Ab omnibus derisus atq; consputus. Qui constitit, consputatur.

E X Puunt lachrymas oculi.

Expuere miseriam ex animo, saliuam cum tussi.

I N Spuere, insputare aliquem, & alicui.

S T A T V O.

Statuere aciem, consilii satis in aliquo, crateras pinguis oliui, diem, exemplum in aliquo, finem orationi, ius, leges, machinas, mercedem, modum inimicitiarum, nauim, pretium rei, statuã, tabernacula, testamentum. Sic apud animum statuo. Sic habuisti statutum cum animo. At spero statues ex nostra dignitate. Statues, vt ex fide, fama, req; mea videbitur.

Ex tua putabam voluntate statuere oportere.

Ne quid grauius in fratrem statueret.

C O Nstituere actionem, æquitatem, agmen, animaduersionem, animum, auctionem, auspicia, autoritatẽ, ciuitatem, concordiam, crucem, diem solennem, diem nuptiis, discrepationem, documentum, finem, fundamentum fidei, gloriam nomini, honestum, honorẽ indicia, iter, iudicationem, iudicem, iudicia, ius, laudẽ, ciuitati, legem ciuitati legiones, libertatẽ, locum magistratum, memoriam generi suo, modũ, monimẽtum, necessitudinem cum aliquo, nuptias, oppidũ, pacem,

patrimonium, pœnam, principium, prouinciam quæstionem, regem, Rempublicam, sacra, sedē fidei, spatium defensionis, supplicium, in aliquē, suspitionem, tempus, terminum, vadimonium, victoriam, vrbem.

Constituere antè oculos senectutem, in diem tertium, aliquem in locum suum, in munere aliquos suos, in vel cum re præsenti. In hunc diem sunt constitutæ nuptiæ Corpus bene constitutum. Illi mihi dotem iam constituerunt dare.

Constitui me hodie conuenturum eum. Ineuntis ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est.

DEstituere. Quid illam autem iratam abs te destituis. Et freta destituent nudos in littore pisces.

INstituere actionem, amicitiam, animum ad cogitandum, codicem, collegium, consilium, cursum, exemplum, hæredem ex asse. honores alicui munitiones, negotium, officinas armorum, opus, orationem cum aliquo, quæstum sibi, rationem, regnum, rem, sumptum, vitam sapienter, in animo, in corde argumēta.

IN Stitui armis, artibus, disciplinis, palæstra.

PRAEstituere diem. In Phor. Tibi olim est dies, quam dares huic pręstituta. Ei rei dies hęc pręstituta est proxima. Argento hæc dies præstituta. Hæc est præstituta summæ argentariæ dies. Diem præstituit operi faciundo.

PRO Stituere amicam suam, filiam propriam, mulierem, pudicitiam, virginem, virginitatem, virtutem, vxorem.

Prostituere literas sacras, est in abusum rapere.

RE Stituere aliquem alicui, ædes, balneum, bona direpta dignitatem equestri ordini, donum, exercitum fores, locum, potestatem tribunitiam, prælium, rem impeditam & perditam, uoluptatem equestri ordini, ab occasu urbem amplissimo nomini & maximo imperio.

Restituere

REstituere aliquem in ædes suas, in gaudium, in gratiam, in inregrum, in eundem locum, in possessionem, in antiquum statum.
SVBStituere aliquem in locum aliculus.

STERNO.

Sternere aliquem, æquor, agmina, aream, copias: equũ ephippio, penula, phaleris, sella, ferro aliquem, Gallos rebelles: humi aliquem, flores, gramen, ramos, uestes. Vel sic: Sternere humum floribus, gramine, ramis, uestibus.
Sternere lectos, lectulos, letho aliquem mensam, mentem alicuius, morte aliquem, Pœnos, se sedem puluinari, sedilia auleis, triclinia, tunicam, uestem, uiam.
CONSternere & Consterni est corporum. Equi in bello & homines consternuntur. Consternere aream silicibus.
CONSternari animi est. Consternatus animo.
INSternere stragula, uestes. Fragminibus panis instratus.
PROSternere aliquem. Raperem, tunderem, prosternerem.

STILLO.

DEstillare. Terent. Videtur quasi de stillantes fletus detergere. Georg. 3. Lentum distillat ab inguine virus.
EXtillare. Oculi vt extillent facit. Illam ita tibi incensam dabo, vt ne restinguas, lachrymis si extillaueris.
INStillare oleum lumini, succum raphani, grauitati aurium.

(STINGVO).

DIStinctum astris cœlum. Grauiora opera lusibus iocisq; distinguo. Lateribus distinguuntur granaria. Pocula ex auro gemmis distincta clarissimis.
Extinguere amicitiam, animam alicui, animum, bellum, censurã, consuetudinẽ, crimẽ, dignitatem formæ, dissensionem, familiaritates, formam, furorem, gratiam,

hominem,ignem,incendiū,infamiam,inimicitias,ius, lumen,memoriam alicuius rei,mentem,nomē,odiū, puerum,religionem,reliquias belli,rumorem, ſalutē alicuius,ſcripta,ſenatum, virtutem.

I Nſtinguere. Val. Max. Samii arrogantia inſtincti.

R Eſtinguere ardorem,bellū,furorem,genus ſuū,ignē, incēdiū,ſermonē, ſtudia libertatis recuperādę verba.

S T I P O.

Stipare,denſare. Ver. Stipatq; carinis ingens argentum. Stipatus agmine armentorum, armatis ſicariis,telis multis.i.circundatus.

S T O.

Stare animis,animo,conditionibus,conuentis,decreto, edicto,iudicio ſuo,aliorum:loco,magno,manu,pacto,promiſſis,ſanguine multo ſententia, verbis,votis. Stat à me,id eſt,mecum ſentit.

Stare à mendacio,à nobis,à partibus noſtris,à piorum partibus,à ſe,à ſententia,ab aduerſariis,cum aliquo. Stant mecum vota ſorori.

Stare per aliquem,id eſt,impedimento eſſe.

Stare pro aliquo,pro melioribus,pro partibus alicuius, id eſt,fauere. Stant aquæ,comæ. Stant belli cauſæ,id eſt,ſunt. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis, id eſt,poſita eſt. Stat ſua cuique dies,breue & irreuocabile tempus,id eſt,præſtituta eſt. Et bene apud me mores veteris ſtat gratia facti.i.manet. Stabat in portu nauis,id eſt,quieuit. Troiaq; nunc ſtares,id eſt,in flore eſſes. Stat fabula,iuſtitia,ſanguis,ſententia, ſolſtitium.

Stare cum infinitiuo. Nam mihi ſtat alere morbum deſinere. Stat caſus renouare omnes.

A S T A R E.

C I Rcunſtare.

C O N Stare alicui aliquid,animo,humanitati ſuæ,loco aliquo,magno, mente,multo,pedibus,pluris,ſibi,

bi, tanti, quanti. Verax labium constat sibi. Modo vt tibi constiteris fructus otii tui: constat modus. Mea in te omnia summa necessitudinis officia constabunt. Constat ratio. Quæ nunc animo sententia constat? Constare cum aliquo, cum cæteris artis scriptoribus. Ex clementia omnia constant. Ex cęteris societatibus constat. Constitit in digitos.

Constare in vitæ perpetuitate sibi, in sententia. Vt inter homines peritos constare video.

DIstare. Plin. Quod circiter quinq. millia passuum distat ab vrbe.

EXTare. Summis vix cornibus extant, id est, eminent. Tragœdia Nasonis non extat. i. superest. Appii extat oratio. Curabo vt huius peregrinationis tibi opus extet, id est, appareat.

INStare, alicui, cedenti, factum, iter, operi, precibus, vestigiis alterius, viam rectam. Instat bonum, dies, exitium, imber, iudicium, terręmotus. Instant post hominum memoriam apparatissimi magnificentissimiq; ludi. Partus instabat prope. Et tibi ab aliis instare periculum.

Instat bonum, dies etc. si auuicina il bene, il giorno etc.

Instare cum infinitiuo. Instat Scandalius poscere recuperatores, Tantum instat eum exitu, id est, dependet, loquutio. Plautina.

OBStare. Principiis obsta. Quid obstat.

PERstare, perseuerare. Aeneid. 5. Nunc quoq; mens eadem mihi perstat.

PRAEstare alicui, cæteris animantibus, omnibus, candore, fide, gloria, ingenio, intelligentia, lingua gręca, multo, numero militum equitumq;, petulantia, probro, pulchritudine, re, veritate. Homo homini quid præstat? Quid præstat intelligens perito. Homo præstat amicitia propinquitati. Vir viro quid præstat?

Præstaer aliquem, aliquid, Achillem, beneuolentiam,

casum communem incertumq́;, constantiam, consuetudinem suam, culpam, damnum, detrimentum, dictum & factum, dolum, emptorem, indempnem, euentum, facta omnia, fidem, frumentum, impetum, iusiurandum, liberalitatem suam, memoriam, officium, periculum, plura alicui, promissum, Rempublicam, reuerentiam marito, se, solicitudinem, vicem ærari, vim, vitium, ante ædes aliquem. Nos inter alias præstitimus pulchritudine. Nulla pulchrior, & ad rationem solertiamque præstantior. Emori potius quam seruire præstaret, id est, melius esset. Emori per virtutem præstat.

PR A Estolari, expectare. Quem præstolare? Nescio quem præstolata est.

Præstolari cum datiuo. In Orato. Qui tibi ad forum Aurelium præstolaretur.

P R O Stare in foro, in occultis locis. Iubet prostare gladio cinctum. Prostat virgo, puella, id est, turpitudini exponitur.

R Estare. Restat Chremes, qui mihi exorandus est, Quarta restat causa. i. reliqua est. Neu causa ulla restat reliqua. Credet ea me hic restitisse gratia. Restat locus vel huic disputationi maxime necessarius. Restat mihi. i. futurum est. Verg. Hoc Latio restare canunt. Quæ tamen ei sola in malis restiterunt. i. non amissa sunt. In capite atq; in ceruicibus nostris restiterunt. i. relicti sunt. In qua re nunc tam confidenter restas stulta?

S V Bstare, sustinere. Terent. Metuo vt substet hospes. i. ne deficiat.

STOMACHOR.

Stomachari, indignari. Stomachatur oīa cū aliquo secū.

STREPO.

Strepit anser inter olores. Inter se follis strepitant.

O Bstrepere literis alicui. Indecenter obstrepunt.

STRIN-

STRINGO.

Stringere aliquem,acu,animum,arborem,baccam, calamum in aliquem,colla blandis lacertis,ensem,flumẽ, folia,frondes,gladium,glandes, rem,remos, ripam amnis,stylum in aliquem,vestigia,strictus amore ensis,iudex. Strictum iudicium,ius.

Astringere aliquid,arborem vimine,fidem suam alicui, manus,oratorem numeris,se furti,se magno scelere, venas hiantes,versu aliquid,ad columnam aliquem. Astrictus legibus,maioribus rebus,sacris,ad statuam ad temperantiam. Lingua astricta mercede.

Astringere arctius,fortiter. Astringentibus se in testimis.

CONstringere collum,veritate fidem,se libidinibus, manus,pedes,sententiam verbis aptis, supplicio aliquem,vinculis aliquem. Quadrupedem cõstringito.

DIstringere ferro aliquid, gladium, manibus oliuas. Periurium fraus distringit. Duas vno tempore conantur in Rempub. sicas distringere. Quandiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta.

INterstringam gulam socio tuo.

OBstringere aliquem ære alieno,domis muliebribus, collocatione filiæ,munere,spe hæreditatis : collum alicui,fidem suam alteri, fodem ob gullam,se sex libris tanquam prædibus,se nephario patriç paricidio religione populum Rom.sese scelere. Obstrictus beneficio alicui. Hac obstricti pactione tenebamini.

PERstringere aciem animi virtutis splendore, per caliginem:aciem ingenii, aciem oculorum, agrum aratro,atrocitatem criminis breuiter,vocis libertate aliquem,oculos,rem breuibus,volũtatem alicuius asperioribus facetiis.

Perstringere aliquid,breuiter,leuiter.

PRAEstringere aciem animi,ingenii,oculorum, oculos,aptius dici quam perstringere docet hinc dedu-

cta vox præstigiæ, quamuis perstringere habeant exemplaria.
Perstringere portam vomere, id est, radere.
RE Stringere dentes, iumentum. Restrictis à tergo manibus.

STRVO.

Struere aliquid, aciem, focum, insidiis, sycophantias, solicitudinem sibi. Quid struis? Quid struat his cœptis. Reliqua ad iacturam struentur.
AS Truere. Quum veteri astruitur recens ædificium. Muneri eius liberalitas tua astruit. Hanc astruis laudem, ne coēgisse videaris. Astruitur his, id est, additur.
CON Struere ædificium, arcem, diuitias, domos, nauem, orationem.
Construere lapide quadratum. i. conueniente & politè secto. Omnibus rebus & modis cōstructā pecuniā.
DE Struere aliquid. Foris claros domestica destruebat infamia.
EX Struere aggerem in altitudinem pedum octoginta, ædificium in alieno, altitudinem animo, focum mensas, mœnia, thoros. Turrim in altitudinem pedum. 15 vrbem.
IN Struere aliquem, aciem, ædes, armis & artibus aliquem, auxilia, cohortes, copias in loco ædito atq; aperto, classem, cœnā pomis holeribusq;, corde consilia omnia, dolis aliquem, domos, exercitum fundū, horrea, hortos, ignorantiam, iter ad bonam famam, iuuentutem, legiones, mensam, mentem, mores pristinos, nauem, nauigia, oppida, ornamenta alicui, patronum, prædia, ritus pristinos, tabernam, ad iter se, adolescentulos ad omne officiis munus. Instructus armis militaribus, arte pelasga, consiliis idoneis ad negotium aliquod, magnarum artium disciplinis, doctrinis, dolis, fama, funditoribus, iniuria, sagittariis.
Instructus

Instructus virtutibus. Instructus ad mortem contemnendam. Instructus ad pernitiem. Instructus in arte Musica.

OBstruere aures alicuius, iter corporibus suis, ora alicui, perfugia improborum, se sceleribus. Ad tuas aures quum cæteris omnibus, tum vel maxime auaris adulationibus obstructus est aditus.

STVDEO.

Studere alicui, aleæ, amori, armis, commodo proximi, commodis suis, delitiis, diuersis, diuitiis, eadem, facetiis, famæ, gloriæ, literas, literis, matrimonio, militię, musis, otio, pilæ, poculis, præturæ, quæstui, rei literariæ, rebus bellicis, domesticis, nouis: titulis, venationi, Veneri, voluptati, in re aliqua.

Studere cum infinitiuo. Studet dici diues. Fieri doctior, inseruire, locupletari, nocere, obesse, obsecundare, placere cuiq;, præcellere, præstare.

STVPEO.

Stupet pes, sed stupet hic vitio. Varrones stupemus.

STVPESco. STVpesio. STVpefacio.

Stupefare carmine lynces.

OBStupeo. OBstupefacio. Animus timore obstupuit. Obstupui. Ita eum tam timidum obstupefecit pudor.

STVPRO.

Stuprare ingenuam, virginem vitiare.

CONstuprare liberos. Empto constupratoq; iudicio.

SVADEO.

Suadere facientis. Persuadere efficientis. Hic suasit, ille dissuasit, neuter persuasit. In suadendo nihil optabilius esse q̃ dignitatem suadere noli. Suadere orare, vsq; adeo donec perpulit. Modo quod suasit, dissuadet, quod dissuasit, id ostentat. In senatu conditionem dissuasit.

PERsuadere, suadendo inducere. Persuasit nox, amor vinum,

vinum, adolescentia. Huic magnis præmiis pollicitationibusq; persuadet vt ad hostes transeat. Et is mihi persuadet. Mihi quidem nunquam persuaderi potuit. Persuaderi mihi non opinione solum, sed etiã ad veritatem plane velim.

SVM cum nominatiuo.

Dicam abortum esse. Quam æquum est. Aes alienum per omnes terras ingens erat. Est alienum, animatum, animus. Si quis autor mihi est. Audio capitales esse. Caput illud est. Non erat caussa. Hi mihi ne corrumpantur cautio est. Vt dicere sibi certum esse. Si tibi est commodum. Quod mihi ad consolationem commune tecum est. Quæstio communis est omnium philosophorum. Compertum est. Confidentia est, inimicos meos me posse, perdere. Meis rebus maxime consentaneum est. Non est consilium pater. Putasse satis consonum fore. Vt consuetudo est. Nemo est sua sorte contentus. Vt muliebrię quotidie conuiuia essent. Est copia apud patrem, tua amica tecum sine metu vt sit. Et quum cognitionis dies esset, diuitiæ apud illos sunt. Non dubium est. Te illi vnum eximium, cui consuleret fuisse. i. habuisse in eximium. Nunc est expectatio comitiorum. Exploratum est. Nos fabulę sumus. Sit mihi fas audita loq. Pacis fides nulla est. At mihi fides est apud hũc .i. hic mihi fidit. Finitimũ est. Id nobis iam flagitium est. Graue est. Et est diis gratia. Honorem huic generi nõ fuisse declarat oratio Catonis. Frugi homo es. In qua ciuitate omnis esset impunitas. Est inane, incõmodum. Si mihi esset integrum. In eorum vita nulla est intercapedo molestę. Est intimus eorum consiliis. Isthuc est currere, dormire, edere, potare, saltare, sapere &c. quando rei excellentiam notamus. Iter eius erat ad Lentulum. Est iucundũ. Cras est mihi iudiciũ, Lætus est. Maior libido est fugere. Licitum est. Est

lo-

locus. Est locus in uoto. Vt mirarer locum fuisse. Est locus munimento, profugio, receptui. Cum præsertim illa perdiscere ludus esset. Est luxuriosum. Medius est in Verg. explicando. Atq; hæc tibi mens est. Messis nulla est. Sum meus i. mei iuris. Sis meus. Mētiri nō est meum. Molestum, naturale, nephas est. Nihil est quod moremur diutius. Nihil est quod festines. Nego tii mihi fuit Nomen Mercurii est mihi. Nostrum est intelligere, vtcunq; aut vbicūq. opus est obsequi. Nullus sum. i. perii. Nos numerus sumus. Neq, id obscurū est cuiq̄. Agere tuam rem occasio est Non hercle ocium est. In eo sunt mihi omnia. Omnis in hoc sum. De quo nulla vnq̄ opinio fuerit. Vt opinio nostra ē. Quantum in me, in te, in se, in ipso est. Sunt q dicāt. Quę tua est humanitas, prudentia, potestas. Quę sit vtilitas, quęq; oportunitas in homine mēbrorū. Optatum est. Opus est consulto, dicto, expresso, facto, parato. Est opus mihi. Quid opus est verbis. Scelere par est. Pares sumus. Vt parsis in vtriusq; orationis facultate. Non est periculum. Perspectum tibi est. Omnis potētia apud illum est. Mihi certorum hominum potestas erit. PRæsto esse, quęre esse cum aduerbiis. Dictu qdem est procliue. Propria hæc si dona fuissent. Promptus manu erat. Promptum est facere. Putridus est fungus. Hoc est enim eius quotidianū. Fuit ratio mihi. Neq; quod ego egissem esset ratum. Religio est mihi: barb. ego facerem conscientiam. Erat ei de ratiuncula iampridem apud me reliquum pauxillulum. Isthæc res est. Isthuc est sapere, vel, Isthæc est sapientia. Siccine est sententia? Ita nunc per vrbem solus sermo est omnibus. Nulla fuit timoris significatio Quæq; oportent signa ad salutem esse omnia. Huic esse video. Esse soluendo quære esse cum gerundiis. Non mea est simulatio. Solitudo erat, quam voluera mus. Quū autē erit spatiū, vtrunq; dabimus. Suasor

& autor fuit. Subitum eſt ei remigrare. Cal. Quintilibus. Is noſtro Simulo fuit ſummus. Commemoratio officiorum ſuperuacanea eſt. Omnia enim erant ſuſpenſa. Tædioſum eſt. Mihi tenebræ ſunt. Sum totus tuus. Peneq; in margine tota eſt. Tum eſt. Omniũ rerum viciſſitudo eſt. Eſt iam vna vox omnium magis odio firmata quàm præſidio. Viginti iam vſus eſt filio argenti minis. i. opus. Moneo, quid facto vſus ſit. Tacere miſera nequeo, quod tacito vſus eſt. Vulgus eſſe, pro paruæ æſtimationis eſſe.

E S S E cum genitiuo, pertinere vel ſpectare ſignificat. Eſſe animi magni, animi exigui. Proponere etiam mediocris eſt animi, in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt. Hominem ſummæ poteſtatis, & magnæ cognitionis eſſe Et villa & amœnitas illa commorationis eſt non diuerſorii. Quidem in eo genere efficere poſſis, tui cõſilii eſt. Mei conſilii eſt facerequod noſtri maiores. Quòd non eius generis meæ literę ſint. Fortis eſt ſeipſum vincere. Fac ſis frugi. Hoc eſt ſerui facinus frugi. Quaſi ipſe ſit frugi bonæ. Simulare hominis eſt. Id ætatis hominem. Impiorum eſt incommodare. Inſignis eſt impudentiæ. Quid de hac re ſentias tui iudicii eſt. Iudicis eſt iuſta decernere. Non futurus ſit ſui iuris. i. liber. Qui negas eſſe iuris. Quotidiana exercitatione, ſummi vt ſint laboris efficiunt. Quæ loci ſint eius. Hic ſi mentis eſſet ſuæ. i. ſanæ mẽtis. Miſerarum eſt neq; amori dare ludum. Eſt tuorum neruorum. Hæc negotia multarum nundinarum fore. Opere non eſt. Operæ pretium erat. Operum mihi crede tuorum eſt. Nunquid hi antè fuerint aut opinionis aut glorię? Non opis eſt noſtrę. Homo eſt perpaucorum hominum. i. qui cum paucis verſetur. Mea mihi conſcientia pluris eſt, quàm hominum ſermo. Potentiæ ſummæ hominem. Res quæ alicuius pretii fuerint, &c. Eſt prudentis futura pro-

prospicere. Vide quanti apud me sis. Quanti quisq; sit ponderandum est. A me argentum quanti est sumito.i.quanti valet. Est sapientis sese noscere & dimittere. Sententiæ suæ est. Ista multi sermonis sunt. Natis in vsum lætitiæ scyphis pugnare Thyacum est.

ESSE cum datiuo, communi habeo significat Est mihi namq; domi pater, est iniusta nouerca. Asciscit autem & datiuum alterum, qui explicatur cum præpositione, ad Quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scriptura decumæ, portorium morti. Mihi argumento est. Esse alicui auxilio, bono, cordi, curæ, damno, decori, dedecori, delectationi, emolumento, fraudi, fructui, gaudio, honori, impedimento, iudicio, lætitiæ, laudi, leuationi, lucro, ludibrio, malo, mœrori, odio, oneri, ostentui, rei alicui, ridiculo, risui, saluti, solatio, solicitudini, stomacho maiori, sumptui, testimonio, vitio, voluptati, vsui, vtilitati.

ESSE cum ablatiuo.

Esse animo abalienato, animo alieno ab aliquo, animo bono, animo illo, animo magno, animo vacuo. Esse commodo sua ætate, fama graui, ingenio bono, per bono loco, moribus antiquis hoc nomine, munere parentis, perfidia aliqua, pondere aliquo, apud aliquem, spe bona, magno timore, bona voce. Esse vsu alicui.

ESSE cum præpositionibus.

Vide ne hoc totum sit à me, id est, pro me. Sumus imparati quum à militibus tum à pecunia. Ita me nudũ appropinquas. A securi negat esse periculum. Qui sic inopes & ab amicis & existimatione sunt. Ab Andria ancilla hæc est. Ab animo ager fui. Antonius ab æquitatu firmus esse dicebatur. Suspitiones magnas habet non esse ab illo. Erat ab oppido millia passuum circiter tria. Haud est ab re aucupis. Tantum ne est ab re tua tibi otium?

Nanq;

Nanq; absq, eo esset, id est, si is non esset.
Quem ad annũ tribunũ plebis videbã fore. Quum ad me bene mane Dionysius fuit. Nihil ad rem est.
Esse ad salutem. Res ea est ad xxx. HS. Ea sunt ad virtutem omnia. i. conducunt. Ad vrbem quum esset. Nunc reus erat apud Crassum diuitem. Mihi fides apud hunc est. Omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ apud illos sunt. Vix apud me sum. Præ ira non sum apud me. Hodie apud me sis volo. Est apud me res. Apud patrem, tua amica tecum sine metu vt sit, copia est. Et est pondus apud rusticos in patris memoriam. Esse apud se. Tu face apud te vt sies.
Rectissime sunt apud te omnia.
Cum hac si quis adolescens forte fuerit. Est mihi cũ illo bellum, commercium, commune, congressus, consuetudo, dissensio, hospitium, ratio pacis, societas, summus vsus.
Esse cum imperio, cum telo, cum telis. Vt quum matre una plus esset. Nihil mihi tecum est.
Hic de grege illo est Inde lucro putato esse. Nõ hoc de nihilo est. Ad te uenimus, ut de Repub. esset silentium.
Esse de symbolis. Meo de studio studia erant uestra omnia. Nobis sermo, isq; multus de te fuit.
Alteri sunt e mediis. C. Cæsaris partibus.
Dicam non esse è Republica.
Ex Aethiopia est usq, hæc. Et quod est ex municipio Attellano. Ex qua hic est puer? His ex rebus non spes sed dolor est maior. Quam omnia essent ex sententia. Consules & quæstor erunt ex illius uoluntate. Nec magis ex usu tuo. Sum extra noxiam. Esse extra se, id est, insanire, Esse extra urbem. Esse in aliquo spem, in aliquo totum, in ænigmatibus, in ære alieno, in ære meo est. Esse in alia, in amore. Est in animo mihi. i. in animo habeo. Esse multum

in apparitione popularium munerum. Quæ in amicitiam Pop. Rom. ditionemq; essent.
(Iungitur aut̃ præpositio, in, siue motum, siue quietem significat, tam accusatiuo q̃ ablatiuo apud ueteres.) Esse in aperto, in armis, in arte. Esse in bonis, id est, reputari inter bonos. Esse in caussa, in cœlo, in conspectu, in cõtumelia, in crimine, in culpa in curiositate, in cursu. Qui custodiis traditi erant. Esse in deliciis, in desiderio ciuitatis, in desiderio rerum charissimarum, in difficultate, in diis seu Deo. In dubio anima nostra ẽ, id est, in periculo. In dubio animus est. i. dubitat. In dubio uita est. In eo mihi sunt omnia. Esse in excelso, in exemplo, in expectatione Cæsaris, in expectatione rerum, in experiundo, in fabulis, in famulatu, in fastigio, in fatis, in fide alicuius, in flore, in fuga, in gratia cum aliquo. Seges altera in herba est. Omnis in hoc sum. Esse in honore uel in honorem, in imperio, in incerto, in infi ciando, in integro, in intimis alicui, in inuidia, in iocis. Quantum esse in ipso. Esse in laude, in laudibus, in lautitiis, in legatis, in libris, in litura, in lubrico, in lusibus, in laudanda magnificentia multum, in maioribus alicui, in manibus, in manu. Quantum in me erit. In medio omnibus palma posita est. Mater uirginis in medio est. Nihil ne in mente est? Esse in metu, in mora, in more maiorũ, in moribus alicui, in motu, in negotio, in nominibus pecuniã, in nouissimis, in noxa, in numero, in nullo numero, in numi. in obscœnis, in otio, in oculis alicuius uel alicui, in odio, in offensa, in mutuis officiis, in operis, in optatis, in ore omni populo, in ore omnium, in patinis animum, in poculis, in potentia magna, in potestate ve. potestatem alicuius, in prædiis, in pretio, in probris, in procliui, in procuratione, in prõptu, in publico, in quæstione, in hoc quæstu, in pecuniario quæstu, in re

magnum,

magnum, in re quapiam, in re vtrique, in rem meam, tuam, suam, nostram, vestram, alicuius.
Esse in rem absolute, in salibus, in scripto crebrum, in se nioribus, in sententia hac, in sermone rem, in sermone omnium, in spe, in speculis, in statione, in thesauro, in timore magno, in tranquillo, in triuio, in tumore manum, in tutela, in tuto rem, in vadimonium, in vado rem, in venationibus multū, in vigore, in vitio.
E Sse infrà omnes infimos homines, infrà Lycurgum.
E Sse inter eos iram, inter homines, inter nos notitiam. Haud procul inter se erant. Quem penes est omnis potestas. Isthæc iam penes vos Psaltria est? Cui æs alenum per omnes terras ingens erat.
Inuidia & superbia post fuere, id est, posthabitæ sunt. Cædere incipiunt eius seruos, qui post erant, id est, qui à tergo sequebantur, Esse post principia. Cato il le noster, qui mihi vnus est pro cētum millibus. Hoc erit pro illo tuo &c.
Esse sub imperio alicuius, sub manu, sub regno. Et toto vertice superest, id est, præminet.
E Sse cum gerundiis in dum absolute positis, ac præte ritis impersonalibus passiuæ vocis, vt dicendum est, prouidendum est, actum est, cessatum est satis. Iam conclamatum est, lectum est, pransum est Vbi ad vxo res ventum est. noluendo esse, id est, sufficere adsol uendum: (sed sum præter hoc nullum in d ogerundium admittit.)
E S T pro licet cum infinitiuo. In factis est cernere quid sit viuere sanctum. Cuius facile est noscere. Est quodam prodire tenus, si non datur vltrà.
E Sse cum aduerbiis. Eò loci res erat. Res eodem est lo ci quo reliquisti.
Est fortasse quod minitare. Frustra est homo, id est, fallitur. Nullum neq; consilium neq; incœptum de virtu te frustra erit, id est, male cedet. In comitio estote obuiam.

obuiam. Ibi mihi præsto fuit cum literis mandatisq; tuis. Præsto multis fuit, id est, multorum caussas defendit. Iamdudum domi præsto apud me esse aiunt. Hyrundines æstiuo tempore præsto sunt. Nescire quo loci esset. Quomodo nunc est. Magna iactat, sed nihil est retro. Satis historiarum est, satis orationis, satis verborum.

Esse satis alicui. Rogat vnde sit.

ESSE cum coniunctionibus, quod. &, vt. Est quod visam domum, id est, opus est.

Est quod me forum trāsire iam oportet. Nihil est quod festines. Nihil est quod moremur diutius.

Quid est quod labores? Non est quod te deterream. Non est quod multa loquamur, id est, non oportet. Si est vt admiserit. Si est vt possit fieri. Sin est vt velis illam manere apud te. Si est, vt velis reducere vxorem, licet. Quod si, vt es, cessabis, lacessam, id est, vt facis. Spero esse, vt volumus. Fueris illo tempore consul futurus (vbi videtur participium futurus cum verbo futuro positum.)

ESTO, concedentis est verbum. Esto, sit in tuis verbis stupor.

AB Esse alicui, aliquem vel aliquid. Quid abest huic homini? Quid huic abesse poterit de maxima rerum scientia? Ita mihi animus etiam nunc abest. Aberam bidui a castris, subaudi: itinere aut via. Castra bidui aberant. Abfuit discordiarum domesticarum calamitas. Dum febris absit. Abest historia literis nostris. Id abest, aliud nihil abest. Id; enim nūc abest. Haud multum ab me abierit infortunium. Absit verbo inuidia. Abesse iter paucorum dierum, iussis mora segnis abesto. Aberat tertia illa laus. Menses tres abest. Nummus abesse hinc non potest. Abesse magnam partem temporis, xxii. millia passuum. Tabulata inter se minus trinis pedibus absint. Abesse spatium magnum.

PP Ro.

RO. Castra xx. millium ſpatio aberant. Auaritiæ abſit ſuſpitio.
Abeſſe triduo ab caſtris. Non poteſt triobolum hinc abeſſe. Abeſt vnum a prætura tua. Tantum abeſt, ſequente vt geminato aut ſimplici, quære in coniunctionibus.
Abeſſe a bello, a caſtris bidui, a caſtris triduo, a cogitatione, corpore alicuius crucem: a culpa multum, a domo, a lupis oues haud longè, a maturitate frumenta, a multis ac magnis moleſtiis, a periculo longius, a reprehenſione temeritatis, a ſcelere, a ſignis, a turpitudine: Ab aliquo, ab aliquo longè, ab auribus aliquid, ab caſtris triduo, ab domo, ab oculis aliquid, ab ſole paululum.
Abeſſe hinc. Abeſt longè. Haud longè abeſſe oportet. Non longè hinc abeſt a nobis.
Abeſſe longè ab aliqua re.
Abeſſe longè gentium. Non cogitas hinc longius abeſſe? Quod ſi abeſſet longius non aberit longius. Haud multum abeſt ab aliquo aliquid.
Abeſſe plurimum ab aliquo. Abeſſe propius.
AD Eſſe alicui, amicis. Tu mihi accuſatrix ades. Ades animo. Adeſte animis. Adeſte æquo animo per ſilentium. Adiumenti nihil ad pulchritudinem aderat.
Adeſſe biduo. Omnia adſunt ei bona. Adeſte corporibus. Domi adſitis facite. Dona adſunt tibi a Phędria. Quin incõmodi plus, maliq; ilico adſit. Boni ſi obtigit quid. Nunc adeſt occaſio benefacta cumulare. Adeſt partus. Nihil penſi mihi ad illum adeſt. Ac nõ quia ades præſens, dico hoc. Adſum præſens præſenti tibi. Coram aderit præſens tibi.
Adeſſe pugnantibus.
Adeſſe omnibus pugnis, rebus alicuius, ſcribendo, ſibi. Iam aderit tempus cum ſeſe etiam ipſe oderit. Mihi quoque adſum teſtis. Adeſſe vim alicui. Adeſte ad

Cal. Adesse ad deferēdam caussam. Adesse ad diem. Adesse ad exercitum. Adesse ad imperandum. Adesse ad iudicium. Adesse ad parendum apud aliquem. Contra: contra prouinciam, vna cum aliquo, cum silentio. In vnis ædibus. In casu alicuius. In hortis alicuius. In pariendo. In re decernenda. In hac re. In tabernaculo. Per silentium.

Coram quem puæritis adsum. Coram aderit præsens tibi, diximus, Eccum adest. Huc ades.

Vel absolutè. Ades, id est, veni. Iam adest. Iam hic aderit. Oox aderit. Optimè adest. Te vno adest plus quam ego volo. Propè adest quum alieno more viuendum est mihi. Vtinam hic prope adesset alicui. Ad mortem propius adsum. Vna aderat frequens cū illis qui amabant. Vna adsum tibi. Adesdum, paucis te volo, id est, accede.

AN Teesse. Salu. Facūdia Græcos, gloria belli Gallos ante Romanos fuisse.

DEesse consilio, cura, labore, officio.

Deesse sibi, est sese negligere. Me potius non amabo, quam huic desit amor. Quasi desit locus. Officium tuum vel in absentē me vel in pręsentes meos defuit. Non ratio, verum argentum deerat. Nec metuo ne mihi sermo desit abs te. Vt mihi verba deessent. Mihi voluntas nunquam defuit, Paucæ centuriæ ad consulatum defuerunt. Qui non deerat in caussis.

IN Esse. In amore hæc omnia insunt vitia. Inest in amore fructus. Inest spes nobis in hac astutia. Magnum inesse in ea lucrum.

Multa in homine signa insunt. In ipsis inest caussa cur diligantur. In istho c a urū inest marsupio. Inest lepos in nuncio tuo magnus. Inest amoris macula huic homini in pectore. Quæ vis insit in his paucis verbis. Tristis seueritas inest in voltu, in verbis fides. Pateram hic inesse oportet, id est, esse. Thesaurum hic

 ego in-

ego inesse reor. Credo Aedepol inesse auri & argen ti largiter. Vbi inerat pictura hæc.

IN Teresse. Quid interesset amnis. Arbores quę inter sunt ablaqueabũtur. Stulto intelligens quid interest? Hoc pater ac dominus interest. Nihil interest an humi an sublime putrescam. Triduum non interest, ætatis vter maior siet.

INTErest cum genitiuis. Si nihil interest regis. Ego vero Reipub. semper interesse putaui. Socratis interest. Ostendam alio loco, quantum salutis communis interfit.

Item cum his genitiuis, magni, parui, tanti, quanti. Atq; etiam cum his ablatiuis, mea, tua, sua, nostra, vestra: de quibus exempla permista habebis. Permagni interest. Vt magni mea interesse putarem. Magni sua putabant interesse. Quanti interfuerat eam vxorem accipi aut dari. Quod tua non interest, percontari desine.

IN Teresse cum datiuo.

Interesse consiliis, disputationi, laboribus, negotiis, nuptiis, periculis, rebus gerendis, sermoni.

IN Terest cum præpositionibus.

Neq; ad id quod quæris multum interest. Ad nostram laudem non video multum interesse. Magni videbatur interesse ad eam necessitudinem, consuetudinem quoq; accedere. Et certè ad rem nihil intersit. Cum hoc homine aut cum stipite nihil crederes interesse. Interesse in cędem non potui. Si qd erit in quo interesse necesse sit nunquam deero. Quibus ego in rebus interfui. Qui in re interfuistis. Quid interest motu animi sublato inter pecudem & hominem, inter hominem & saxum, aut truncum? Cuius inter primum & sextum consulatum sex & quadraginta anni interfuerant. Nimium inter uos, pernimium interest.

Interest additur quoq; his aduerbiis, magis, maxime, mi

nus,

nus,minime,multum,plus,plurimum,nihil, nunquid parum,paulum,paululum,pauxillum.

OB Esse,nocere. Quum nihil obsint doli Factum id Amphitrioni obfuit. Quum vera obessent illi cui operam dabam,nunc falsa prosunt.

POsse. Tantumq; autoritate potuit,vt &c. pecunia deinde,qua multum poterant,freti, socios ex hostibus facere. Gallos conantur. A ut filius eius si domi possit,id est,si domi potens sit. Plus potest,qui plus valet. Omnes vos oratos volo,ne plus iniquum possit, quàm æquum oratio. Ad me vt venias,si quid poteris. Si poterit fieri,vt ne pater per me stetisse credat. Comprehendi iube,quantum potest. Me iam,quantum potest a vita abiudicabo. Sed hic actor tantum poterit a facundia,quantum ille potuit cogitare commodè,id est, tantum facundia poterit. Sed etiam apud finitimas ciuitates largiter potuisse. Senatus ante Calend.febr.haberi per legem Papiam,id quod scis non potest.

PRAEesse ciuibus,magistratui,pecudibus mutis,portui faciundo,prouinciæ,quæstioni,seruis,sociis,vigiliis,in prouincia.

PRAEsentare aliquid,caput alicuius alicui.

REPRæsentare aliquem alicui,aliqua eorum quę suis locis dicenda sunt,diem promissorum,improbitatem suam,id est,renouare.

Repræsentare liberalitatis materiam alicui,id est,præsentem facere.

Repræsentare memoriã alicuius rei. Repræsentare medicinam temporis ratione,est ea in præsentia vti.

Repræsentare quæ quis pollicetur.i.id in præsenti dissoluere. Si enim Faberianum venderem,explicare vel repræsentare non dubitarem.i.facile possem præsenti pecunia rem conficere. Magno enim adiumento Hermogenes potest esse in repræsentando.i.præsen

tem pecuniam ſoluendo. Si qua etiam iactura facienda ſit in repræſentando, quod poſſum, adducito.

PRAEſto eſſe, quære eſſe cum aduerbiis.

PROdeſſe. Benè merenti benè profuerit. Neque quicquam vnquam his profui Ne neq. illi proſis, & pereas. Quicquid eſt id quod reliquis, profuit. Ita enim eſt, vt alii aliis, & alii aliis inter ſe proſint.

SVBeſſe, inſtare. Aequinotium ſuberat. Quum honoris ampliſſimi cōtentio, & dies comitiorum ſubeſſet, id eſt, adeſſet. Quòd hyems ſuberat. Sin autem iam ſuberat ſimultas, id eſt, latebat. Quippè ſolo natura ſubeſt.

Suberant tecto abiegnæ trabes.

SVPEreſſe, abundare. Aliis quia deſit quod amant, ęgrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Cui tanta eſt res, & ſupereſt? Quantum ſat eſt, vt plus ſatis ſuperſit. Nihil ſupereſt, id eſt, reliquum eſt. Nihil vt ſuperſit in geſtu. Auſculta quod ſupereſt fallaciæ: Maioribus ſuis doctrina etiam ſuperfuit. i. ſuperauit. Ferre ea quæ blando nequeant ſupereſſe labore, id eſt, vincere laborem. Ego illi ſuperſum, id eſt, ſuperfluus. Neq; deeſſe neq; ſupereſſe Reipub. volo. Vereor ne iam mihi ſupereſſe verba putes, quæ dixeram defutura. Si quid ſuper illi fuerit, id nobis ſatis eſt. Mihi ſola ſuper ſum, id eſt, ſuperſtes ſum. Modo vita ſuperſit. Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem.

SVMO.

Sumere aliquid ſibi, animos, anſam, arbitrum aliquem de re aliqua, arma arrogantiam magnam, ſibi, bellum cum aliquo, beneficium, cenſuram de re quapiam, cōfidentiam in ventrem, conſilia in rē aliquam, curam. Ei rei hilarem hunc ſumamus diem. Aliquot hos ſumam dies. Alium diem ſi ſumpſiſſet, id eſt, elegiſſet.

Sumere

Sumere exemplum ſibi ex aliis, exordium, fiduciam ludendi iudicii, fœnore, fœnori argentum, hauſtus, imaginem ſerui ſibi, aliud dicendi initium, iudicium de re quapiam, ius ſibi de aliquo, aut in aliquem: laboris plurimum cauſſa alterius, legationes liberas loco argumenti, mutuum aliquid, nauem, nomẽ ex rebus geſtis, obſequium animo, occaſionem, offenſionem ex ratione, operam fruſtra, operam multam alicuius nomine, optionem ſibi, pecuniam mutuũ, pecunias mutuas, perſonam magiſtri, ſaga, ſatietatem amoris, ſeminarium ſibi, ſimile ſibi, ſpatium ad cogitandum, ſpeciem morionis, mulieris, regis: ſpiritus magnos ſibi, ſuauium, ſudorem, ſupplicium de aliquo teſtimoniũ ab aliquo, vim, de Imperatoribus nomins, è puteo aquam, ex populo aliquem monitorem officii ſui, in manum vel manus aliquid.

ABſumere argentum. Corpora defunctorem condita in eo, abſumi conſtat intra quadrageſimum diem.

Abſumere diem rebus frigidis. Vaſtiſſimum incendium multas priuatorum domos abſumpſit. Iſq; maxime pueros morbus abſumit. Adeo vt in eius impenſas opes ſuas abſumpſerit. Pitiſſando modò mihi quid vini abſumpſit? Quũ ille & cura & ſũptu abſumitur.

ASſumere aliquem ſibi, aliquid ſibi, aliam quoq, artem ſibi, dicendi copiam, generum, inuidiam, laudem, vxorem. Aliquantum iam etiam noctis aſſumo.

Aſſumere aliquem, in conſilium, in numen.

CONſumere aliquem, ętatem in eo ſtudio, annos, conſilium, cras heſternum, diem in apparando, dies multos, ferro aliquem, fidem, horam, otium ſuum in hiſtoria ſcribenda, operam, opes, orationem, pecuniã, pœnas ſummas & ſingulares, rem familiarem, tempus. Lateris dolore conſumptus eſt. In Dialecticis omnis cura conſumitur.

CONſumere aliquid, opus, id eſt, perficere.

IN Sumere. Vt nullus teruncius insumatur in quenquã. Insumatur in conuiuiũ vel compotatiunculam barb. Sit in antipodio.

PRAEsumere animo bellum, spe, cogitatione aliquid dapes, lætitiam, voto hanc vitam.

RE Sumere vires. Vereor enim ne si hanc intentionem iam in finem laxauero, ægrè resumam.

SVO.

Suere aliquid, nauem loris, aliquid capiti suo.

CONsuere aliquid, tunicam. Consutis dolis.

DISsuere amicitias.

IN Suere aliquem culeo vel in culeum.

SVPERO.

Superare aliquem toto capite, paruulis centuriis, cursu, diuitiis, donis, ferro, muneribus, officiis, scelere, vertice, virtute ætatem.

Superare annum nouum, centesimum, aquas: canem, ceruum cursu: collem, Crassum, Crœsum diuitiis: culmina, domum, equum cursu, fastigia tecti, flumina, humeros, impetum fortunæ, iter, iugum, leporem, Midam, montem, satietatem sui, tempus, Thaidem, vndas. Superat herum amor. Superatur sagittis arbor. Illis diuitiæ superant, id est, supersunt. Non dubitabã quin hanc epistolam fama esset ipsa sua celeritate superatura. Fama superat factum. Factum superat famam. Si superent fœtus, pariter frumenta sequentur. Superat mihi miles, id est, superest. Morbus haud sæpe quenquã superat, id est, tollit. Pecunia tibi superabat, id est, supererat. Non potest quæstus consistere, si eum sumptus superat. Si quid æri alieno meo superabit. Sol superabat ex mari, id est, terram superabat. Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin superet tua, id est, maior sit. Superat ne, & vescitur aura Aetherea? id est, viuit. Superatus es à Gallo quopiam.

EX Vperare animum temerarium, alicuius consilium, furorem, insidias, inuidiã, iras. Tua prędicatio formã exuperat meã, id est, nõ sum tam formosus quã prædicas. Memoriam beneficii vestri colã memoria sempiterna, dum anima exuperabo mea. i. dum viuam.

TABESCO.

TABescere desiderio, dolore, miseria, in hac calamitate. Videmus cæteras opiniones fictas atq; vanas diuturnitate extabuisse. Tabescit dies, quæ ad occasum tendit. Tabescit sal.

TACEO.

Tacemus consilia. Reticemus dolores; Obticemus quorum nos pudet. Atq; illi tacent. Mutum tacet. Quæ vera audiui, taceo & contineo optime. Neq; te tango neq; te taceo. Tace modo ac sequere. Tace, egomet conueniam ipsum. Tace obsecro. Ignotum est, tacitũ est, creditum est, impersonaliter.

CONticere. Tandem opinor conticuit.

Conticuere omnes. Tunc repentè omnes conticescunt. Iampridem conticuerunt literæ tuæ, id est, iampridem nihil scribis. Illæ scilicet literæ conticuerunt forenses & senatoriæ. Quum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent, id est, nulla iudicia essent.

OBticere. Quid amabo obticuisti? Virgo conscissa veste lachrymans obticet.

RETIcere. Hoc quidem herclè haud reticebo. Nihil reticebo quod sciam. Ne retice.

TAEDET.

Tædet harum quotidianarum formarum. Credo iam omnium tædet.

Tædet sermonis tui, Et tædet & amore ardeo.

Tædet iam audire eadem millies.

DIS Tædet me tui. Me cum hoc ipso distædet loqui.

PERtæsus. Ita me tibi male conuiuii sermonisq; pertæsum. Si non pertæsum thalami tædæq; fuisset. Et

quasi

quasi pertæsus ignauiã suam. Postremo semetipsum pertæsus talis epistolæ principio.

FAstidire aliquem. Mane vero quamquam fastidix. Vt fastidit gloriosus. Fastidit mei. Fastidim⁹ bonorũ. Etiam rectè factis sæpè fastidimur. Eo fastidis.

TANGO.

Tangere aliquem conuitio, scommate.

Tangere rem acu, calicem, consilia alicuius, rem summis digitis, hulcus, nubes, prouinciã, scopum, sydedera, terram, viuum.

Tetigit vox aures meas, id est, audiui. Hic me dolor tangit. Senem tactum triginta minis. Quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt, id est, mouent. Simul ac tetigit prouinciam, id est, peruenit. Si minimè alium potero, tuum tangam patrem, id est, argentum ab eo exigam. Hæc ciuitas Rhenum tangit, id est, iuxta Rhenum condita est. Vbi primum terram tetigimus, id est, appulimus. Ad villam suam quę viam tangeret diuersuram, id est, quæ iuxta viam erat. Leuiter vnumquodq; tangam. Tangam nullum ab inuito, id est, omnes molestè ferent nominari. Si de cœlo villa tacta fiet. De cœlo tactas memini prædicere quercus.

Tangi amore diuitiarum. Tangi desiderio patriæ, necessario animi dolore. Tangi studio literarum, sapientię.

TAXare frequentatiuum, pretio æstimare. Plin. Frugiferas tanti taxauerant.

ATtingere aliquem, Britanniam nauibus, cœlum digito vno aliquem, primoribus vel extremis digitis, doctrinam alicuius, forum, fines alicuius, primoribus labris Græcas literas, partes naturæ, necessitudine aliqua, nomen alicuius, officijs, fide tum etiam cognatione, Oceanum, aliquam partem sceleris, scopum, senectutem, studia, suspitione. Caussa te nõ attingit ita, id est, non ita ad te attinet.

Ne qua me illius temporis inuidia attingeret. Mustulentus æstus nares attigit, id est, penetrauit.

Attingit me sanguine, id est, sanguine mihi iunctus est.

CONtingunt bona. Contingere fines alicuius. Non cuius homini contingit adire Corinthum.

Contingere funem manu, metam optatam cursu. Non omnibus cōtingit. Quod nō modo singulis philosophis cōtingit. Quod si mihi vita cōtigerit. i. si viuam.

Contingit & malis venatio: vbi quid immerenti accidit. Aegre, sed tamen contingit: de re difficili dicitur.

OBTingere alicui aliquid. Hic dies peruersus atq; aduersus mihi obtigit. Facile exoptata obtingent.

Obtigit occasio. Boni si obtigit quid.

Obtingere prouinciam alicui, est quum sortito prouincia regenda committebatur. Mihi quæstor optatior obtigisse nemo potest. Lætus sum fratri obtigisse quod vult. Eloquere vt hęc res obtigit de filia. Isthuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor. Pręter spem hoc mihi obtigit.

PERTingere ad finem. Cæs. Circuitionem quàm pertingere a castris ad flumen suprà demonstrauimus, id est, pertinere.

TARDO.

Tardare aliquē, administrationē alicuius, studia alicuius.

RETardare animos testium, bellum, cognatum, impetum coniurationis.

Retardare absolutè. Cice. Veniet tempus & quidem celeriter siue properabis, siue retardabis.

TEGO.

Tegere contumelias, libertatem, patriam, parentesq; armis. Non modo excusatione amicitiæ tegenda non est, id est, defendenda. Qui summam prudentiam simulatione stultitiæ texerit. Quod nisi iocorum notitia reliqui sese texissent.

CONTEGEre. Et illi miseræ indigne factam mi-

riam contexeris.

D Etegere aliquem. Stomachum detexit, id est, iræ causſam aperuit. Mihi modeſtiam omnem detexit, id eſt, abſtulit.

O Btergere caput pallio. Obtergere rata.

R Etegere. Vergil. Cęcūq; domus ſcelus omne retexit.

T E M N O.

Temnere. Diſcite iuſtitiā moniti, & non temnere diuos.

C O Ntemnere aliquem, imperium alicuius, omnes nūcios. Hic ego illum contempſi præ me. Contemnamus hos aut ſtultitiæ, aut vanitatis aut imprudentiæ.

T E M P E R O.

Temperare æs, alicui in re aliqua, ætati iuuentutem, amicis, ciuitatem, copiam ſuam cum re aliqua, corpora, gulæ linguæ, modum hilaritatis & triſtitiæ, Remp. inſtitutis & legibus, ſe ab iniuria & maleficio, vectigalia, victoriam.

Temperare in amore. Maledicere huic tu temperabis ſi ſapis. Temperans famæ, gaudii, feræq; lætitiæ.

O Btemperare alicui. Sic mihi ſemper obtemperauit, tanquam filius patri.

T E N D O.

Tendere aliquem alicui, arcum, brachia, cor, inſidias alicui, greſſum, iter, iter curſu, equo, pennis, æther, poëticæ.

Tendere laqueos coniurationis, lumina ardentia ad cœlum, manus ſupplices ad cœlum, neruum, palmas ad ſydera, plagas, accipitur rete non tenditur, tendere, retia ceruis, hominibus, vrſis, vela, vela vētis, viā, ad ſcopum, ad iurgium, in aduerſum, gramineum in cāpum, in Latium, in oppoſitum. Quo muſa tendis? Quid vltra tendo? Tendimus hinc recta. Quo tendere pergant.

T E Ntare aliquem arte ſua, bello, modis omnibus, precando, ſcelere, valetudine.

Tentare

Tentare aditus, animos popularium, fœtas, graues, fortunam, gradum, gressum, insidiis locum, iter noua prælia, rationem, res omnes, sententiam alicuius, terras repostas, vadum, viam. Fumantem nasum vrsi ne tentaueris. i. ne irrita eos qui possunt nocere. Adag.

Tentari frigore, morbo, scabie, valetudine aduersa.

ATtendere animum, æquo animo, dicentem de rebus inuidiosis, res suas, sermoni. Attendam ne quis nisi faber accipitur. Attentiores ad rem omnes quam sat est. Suam classem attentatam magno cum suo periculo pene sensit. Ne compositæ orationis insidiis sua fides attentetur.

CONtendere aliquid ab aliquo, animum, arcum, arte Musica, bello cum aliquo.

Contendere clamore, cursu, cursum recta platea. Iter constitutum, labore, neruos omnes ætatis, industriæq; suæ. Neruum, oculis, odiis, omnia pedibus cum aliquo, precibus, præliis cum aliquo, rixis, Romam, Sacramento.

Contendere studiis bonarum artium. Telum in auras aerias verbis, vim omnem, vincula, vires, voce, ad ædes, ad oppidum, ire, contra æquitatem, de re aliqua cum aliquo. In Italiam. Contento studio.

Contendere cum infinitiuo. Verg. Quæ proxima littora cursu Contendunt petere, id est, festinant.

DIStendere ventrem suum. Ipsæ lactæ domum referent distenta capellæ. Vbera. Distendunt vbera vaccæ. Distentas lacte capellas. Et dulci distendunt nectare cellas. Distentus solitaria cœna.

Extendere ætatem suam, alas vltra nidum, brachia, epistolam immodicè, famā factis, auxiliares manus, neruos suo: Noctem colloquiis laboribus, studiis, sermone benigno: Pennas nido maiores, potentiam suam in aliquem, preces, ramos, saturnalia, vim, vires suas in aliquem.

INtendere acrem aciem in omnes partes, animum questui, rebus honestis, studiis, virtuti: animum ad bellum, ad scribendum, animum in regnum, aures huc, balistam in senem. Omne corpus in profundenda voce, consilium, chordas, cupiditatem aliquo, digitum ad fontem, id est, indicare.

INtendere eruditionem suam, fallaciam in senem, ingenium, laborem, libro, litem alicui, manum ad scribendum, numeros neruis, oculos, officia, pericula alicui. periculum iudicii, studium, vela vẽtis, vincula collo, vocem, in adiutorium, in presidium alicuius, ntentis oculis. Intento opus est animo. Hanc se intentis esse, id est, instituit. Et id quod intenderemus confirmare, id est, proponeremus. Quo nunc primum intendam, id est, dirigam iter?

IN Tentare anguem, arma alicui, certamen, faces ardentes, fulmen, gladios, manus alicui, mortem, pœnas, secures, seruos, vim, virgas. Nihil intentatum relinquam.

OBtendere. Nec puduit rationẽ turpitudini obtẽdere. Quasi velis quibusdã obtẽditur vniuscuiusq; natura.

OS Tendere alicui aliquid, animum suum, medium digitum. Manus huc ostende.

Ostendere mores alterius alteri, os suum alicui, pectus suum, potestatem suã in aliquo, se alicui in ipso tempore, se se alicui medullitus, se qui vir fiet, sentẽtiam suam: bona spes ostensa.

Ostendere me ægre pati illi nolui. Te plura in hac re peccare ostendam. Velle in ea re ostendere, quam sis callidus. Tot peccata in hac re ostendis.

OStentare. Neque cicatrices suos ostentat. Quod dissuasit, id ostentat. Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera. An ego occasionem mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tã insperatam amitterem?

PER-

PERtendere, conari ad finem peruenire. In Heaut. Video non licere, vt cœperã, hoc pertendere. Nos Cn. Pompeii decretum iudicium cum fœderibus, quorũ acerbissima diligentia est, pertendemus?

PERtentare. In Andr. Sed ea gratia simulaui, vos vt pertentarem. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus. Nonne vides vt tota tremor pertentet equorum corpora?

PORtendere, prædicere. Aiebat portendi mihi malum. Nobis periculum magnum & familiæ portenditur.

PRAETENdere. Inter prætenta foribus vela se abdidit.

Prætendere auribus. Segeti prætendere sepem. Studeamus ergo, nec desidiæ nostrę prætendamus alienam.

Se efferẽtem prætendere, id est, exhibere. Fumosq; manu prætende sequaces. i. pręfer.

PRO Tendere. Geor. I. Hinc a stirpe pedes temo protentus in octo.

TENEO.

Tenere aliquem, aliquid, ambiguum aliquem, anchoras, animis aliquid, animos, antiquitatem, arces, arma, astra, aures, autoritatem, blanditiis aliquem, campum, causam, ciuitates, compedibus aliquem, cõcionem, consensum aliquorum, consiliũ alicuius, constantiam, consuetudinem, cupiditates, cursum, decorum, delectum rerum, desiderium, dictis aliquem, dignitatem suam, disciplinam iuris ciuilis, dolorem, dolum, dubium, aliquem, famam dignitatis suæ, famam hominum, fidem, forum, fugam, Germaniam, Gręciã gratiam alicuius, gubernacula Reipu. ima, imperium in suos, incertum, insaniam, institutum, iter, ius ciuile, ius suum, lachrymas, legem, omnium rerum impunitam libertatem, loca iussa, locum oratorum, locum apud aliquem, lupum auribus, magistratum, manibus aliquid,

aliquid, manum, matrimonium alicuius, medium, medium aliquem, memoria aliquid, viuam alicuius memoriam, mendacii aliquem, mente, modum, morem, nomen æternum, numen, occasionem oblatam, oculos, oculos immotos in aliquem, omnia, opes, opinionem hominum, ora, oracula, ordinem, partes, populum concionibus, portum, præcepta in corde, primas, principatum, principatum sententiæ, promissis aliquem, proprium, prouinciam, rationem dicendi, rationem rectè, regna, Rempub. risum, se improbis artibus, se castris.

Temere se domi, tenere se more aliorum, se more veterum, secundas, sensum alicuius rei reconditum, sententiam, se oppido, sermone aliquem, sibi, silentia somnum, spe vna aliquem, spem, statum dignitatis suæ, statum suum, stomachum, summam imperii, suspensum aliquem, syluas, tacitum, terram, tertias, venas ętatis, ordinis, cuiusq; generis, viam, vim deorum immortalium, vrbem, vulnus.

Tenere se ad dicta, ad leges, ad præscripta magistratus: in corde præcepta, in ditione aliquem, in noxia aliquem, in equestri ordine se, in potestate aliquem, in silentio sese, in spe & promissis aliquem, manifestis in rebus aliquem, intra silentium se. Tanquam digitos, tanquam nomen, tanquam vngues teneo. Iuxta rem mecum tenes, pulchrè teneo. Tenes, id est, intelligis. Tenet me amor literarum, aqua intercutis, ardor pietatis. Tenet aures vestras mediocris orator. Astra tenent cœleste solum, formęq; deorum. Tenet me consuetudo eius verbi aut facti: desiderium incredibile amicorum, patriæ suorum vrbis: difficultas rei nummariæ, expectatio, insania, lex. Vt vos aliquando memoria mei, misericordia, desideriumq; teneret. Tenet me odium rerum omnium, pestis, satietas studiorum.

rum. Tenuit sententia altera. Tenet me sitis argenti, auri, diuitiarum, famæ, pecuniarum: spes magna, studium agri colendi, veternus. Teneri amore: suspenso animo, beneficiis, culpa erroris humani, cultu dei fictitio, cupiditatis, debitis, desiderio patriæ, suorum, vrbis: errore, ignorantia, inertia, iniuria, iureiurando hostium, lege, fatali lege, legibus patriæ, legibus sacris, medius, mora parricidii, peste, pœna, promissis, rebus aliis, vana religione, sacrilegii, spe, spectaculis, studiis aliis, propria superstitione, humanis traditionibus, vadimonio, vesania, vtroq;, de vtroq;, in media morte. Teneri bene vel male facere.

TENtare cum compositis apud tendo diximus.

ABStinere aliquem factis impudicis, animum a scelere nefario, conuitiis, culpa, dono, insectatione irarum, maledictis, manũ, manus diis, manus ab aliquo. Manus a sacris abstinendæ.

Abstinere pactione, pecuniis locupletum, publico risus, scelere, se muliere, se rebus vrbanis, se virgine, se a cõmercio alicuius, sermonem de rebus istis, Venere, verbis, vino, a mari, a vino, a vitiis, ab iis quibus caudæ sunt nigriores.

ATtinere aliquem, aliquid, animum alicuius, cultros & huiusmodi phrases iam exoleuerunt pro detinere. At nunc in tertia persona consueuit magis cum præpositione ad, vt: Quod ad argumentum attinet. Nihil hoc Iouis ad iudicium attinet. Negotium hoc ad me nunc attinet aurarium. Quid istuc ad me attinet? Ille ad me attinet. Comperiebam ad Pamphilum nihil quicquam attinere. Nunc quam ad rem dicam hoc attinere somnum? Et adeo ad te attinere hãc omnem rem. Aliena vt cures, eaq; nihil quę ad te attinent. Attinet sine ad: Quid attinet nos scire?

CONtinere amicitiam, animam, audita, belluas immanes septis, caput, cupiditates omnes, custodias, conti-

net epistola, continere gressum, insolentiam, lachrymas, libidines, linguam, manus, medum magnum, pectus contineri angusto ponte: cōtinere Remp. risum, se, se domi, ruri: se loco aliquo, se sua sorte, se ab exēplis Græcis, se incute, vocem iudicem stultitię, in officio vnumquodq;. Quorum ego vix abs te tamdiu manus ac tela continuo.

Continere, quin complecter non queo. An tempestas te cōtinet? Cōtinetur publica salus incolumitate illi⁹.

DEtinere, remorari. Detineo te, fortasse profectus alio fueras. Detinuit me morbus, negotium. Detineri ventis. Detinet nos de negotio nostro.

DISTInere, occupare. Galbam duæ sententiæ distinebant.

Distinere manum, id est, milites. Distinere animo, bello, celebritata iudiciorum, imperii curis, fluminibus, nouis legibus, litibus, mari, motu, negotiis, opera, valetudine.

OBtinere ætatem suam, antiquum, artem, maternam autoritatem apud filium, caussam, dignitatem suam, animi firmitudinem, summum atque altissimum gradum ciuitatis, parentis grauitatem apud aliquem, imperia, ius suum, licentiam cupiditatum suarum, principem locum, tertium locum, numerum aliquem, ordinem, precibus quicquam, principatum, prouinciam eandem illam rationem antiquam, regna, rem suam, spiritum perpetuum sine vlla commutatione, stationes, stationem in manibus, filii suauitatem, aliquam sui venustatem. Obtinui quod postulabam. Obtinui quod intenderam.

OBStinare, offirmare. Ea affinitatem hanc obstinauit gratia. Id certum atq; obstinatum est. Liuius.

PERtinere admittit præpositiones, ad, in, per, & aduerbia, quò, eò, eodem. Qui à finibus Allobrogum ad summas alpes pertinent, id est, perueniant. Pars

ea quæ

ea quæ ad arcem pertinet. Neq; nostri longius quàm ad finem porrecta ac loca aperta pertinebant, cedentes insequi auderent. Idque ad multa pertinet meis. Celtiberis Cantabris Barbarisq; omnibus qui ad oceanum pertinent: Pertinet ad officium meum. Belgæ sub extremis Galliæ finibus oriuntur, pertinent ad inferiorem partem fluminis Rheni. Ad quem ea suspicio pertineret, id est, de quo suspicari possemus. Rebus quæ in tantam prudentiam pertinerent. Deus pertinens per naturam cuiusq; rei, per terras Ceres, per maria Neptunus, Vim in se habere vitalem per omnem mundum pertinentem. Atque hæc eò pertinet oratio. Hæc omnia Cæsar eodem illo pertinere arbitrabatur. Quò illa oratio pertinuit.

PER tentare aliquem. Sed ea gratia simulaui vos vt pertentarem. Pertentare vada.

RETinere aliquem, amplitudinem, charitatem in pastores, fidem, gratiam, imperium, iudicium, ius suum, liberos, maiestatem, morem, officium, salutem, sententiam, vtilitatem, ad salutem, in officio aliquem. Ordo ipse annalium mediocriter nos retinet, id est, delectat.

SVSTINERE aliquem, aliquem re, fortuna, fide. Assensus suos, autoritatem alicuius, tua in me vel innumerabilia beneficia, causas multorum, coitionem, commeatus alicuius, concionatorem, consulem conuitium quotidianum alicuius, curam, cursum beneuolentiæ, dies acerbos, doctorem, dolorem, expectationem, humeris aliquem, ictum, impetus, subitas incursiones hostium, inuidiam, iudicium, magnitudinem caussæ ac iudicii, fide, diligentia, consilio, autoritate, magistrum, magistratum, munus consulare, negotium, officium, magna in Repub. onera, personam alicuius, pœnam damnatorum, prælium, quæstionem recentes atq; integros, se, sese, seueritatem, simulatio

nem,maximam solicitudinem,spem,suspitionem alicuius rei,telum.

Sustine & abstine. Sustineri herbis,piscibus.

SV Stentare aliquid ægrè,ædificationem ad aliquod tempus,ærumnam,bellum,casus suos aliorum opibus,famem extremam,familiam omnem,imbecillitatem valetudinis suæ laborem spe otii, parsimoniam patrum suis sumptibus,se cōscientia optimorum consiliorum;se schola,se sedulò,solitudinem alicuius. A rege sustentari.

TERGEO.

AB Stergere dolorem omnem,labellum,metum animi alicui,molestias omnes senectutis,sorditudinem, vulnera.

DETER Gere aciem,pelle,lachrymas,mensam stomachum.

TERMINO.

Terminare famam astris,fines,gloriam suam,imperium Oceano,modum artis alicuius re aliqua,orationem, sententiam,vitam.Et spiritu quasi necessitate aliqua verborum,comprehensio terminatur.

EXterminare aliquem agro,vrbe,de ciuitate. Autoritatem è ciuitate,Rempub.Exterminandum cum illa vrbe curauit.

TERO.

Terere ætatem, annulum,crocum, diem,iter,labellum calamo,lapidem lapide,manibus quicquam,nomen, otium conuiuiis,comessationibusq; inter se,oculos, opes,piper,tempus,verbum,viam,zinziberim.Inter manus quicquam.

Atterere ansam,famam,manus imbelles,manus operi insuetas,opus alicuius,pudorem,tunicam,vestem.

CON terere adolescentiam,ætatem suam,partem maiorem æui,carcerem,diem totum ambulando,ferrū, iniurias grauissimas,socordia atq; desidia bonum otium.

tium. In studiis otium, operam frustra, oratione aliquem, quæstum, tempus, vitam in quærendo.

DET Erere calceos pueritiæ, calces, laudes, alicuius, pedes inualidos, penulam æstate, tunicam, vestem, Nimia cura deterit magis quàm emendat, id est, peius efficit.

IN T Erere panem. Tute hoc intristi, id omne tibi exedendum est. Adag. In eos qui aliquid mali perpetrarunt.

O Bterere laudem alicuius criminibus auaritiæ, laudes maiorum. Ab elephantis obtriti sunt. Meæq; pugnæ præliares plurimæ obtritæ iacent. Pellem serpentis obtritam.

P R Oterere copias hostium, leonem. Quasi sus catulos pedibus proteram.

TERREO.

Terrere aliquem cura, metu, timore. Hæc noua iudicii forma terret oculos. Tu me minus territas? Dii te eradicent, ita me miseram territas.

A B Sterrere aliquem, de frumento anseres clamore. Nolite eum supplicem a vobis absterrere.

D E T E Rrere aliquem, a scribendo, a dimicatione, de sententia, de statu. Maledictis deterrere ne scribat, parat.

P E R terrere, perterrefacere aliquem. In Eunu. In And. Perterritus metu, timore.

P R Oterrere aliquem. Proterruisti hinc me.

TESTOR.

Testari Deos immortales de suo scelere, imperatores mortuos, pecuniam grauissimis certissimisq; monimentis. Vos æterni ignes & non violabile vestrum. Testor numen. Id testor Deos. Te testor mihi. Testor in occasu vestro. i. testis sum. Ipsus tete per superos omnes testatur. i. precatur.

TESTIFICARI aliquid. Quod eò sæpius testi

ficor vt &c. Testificor me a te rogatum. Mihi abs te aliquando testificata tua voluntas omittendæ prouinciæ.

CONtestari cœlum noctemq́;, litem.

DETEstari aliquid ab aliquo. Omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem deniq; ac nomẽ a Republica detestantur summum Iouem, Deosq; detestor. Bellaq́; matribus detestata.

OBtestari aliquem per fidem suam, per vnicam gnatam & gnatum suum, per senectutem, per solitudinem alicuius &c. Est enim obtestari, quum per ea aliquem adiuramus de quibus agitur.

TEXO.

Texere Basilicam columnis antiquis, epistolas quotidianis verbis, opus luculenter, telam. Ea tela texitur.

ATtexere loricas, pinnas.

CONtexere extrema cum primis, interrupta, faciem vnam longe lateq́;. Trabibus contextus acernis.

DEtexere aliquid viminibus, pallium, telam.

EXtexere aliquid. Extexam ego illum pulchre iam.

PRAEtexere cupiditatem triumphi, funera sacris nouis, omnia quæ fiunt, quæ agantur, somnium.

REtexere orationem, præturam, se, superiora, thecam nummariam.

TIMEO.

Timere alicui, aliquem, animum alicuius, furem, Iouem iratum, iram patris, mortem sibi ab aliquo, parti suæ, receptui suorum, sibi ab aliquo, vicem suam vel alterius, vitæ alicuius, ab aliquo, de aliquo, de bello, de morte, pro capite amicissimo. Timeo miser, quam hic rem mihi nuntiet. Tibi timui malè. Timeo quid fiet. Timet ne deseras se.

EXtimescere aliquem, aliquid. Patrem extimescam. Id docti senes extimescent. Extimui ilicò. Extimuit tum illa.

PERtimescere. Pertimui beluam.

TINGO.

Tingere literis aliquem. Tinctis capillis.

INtingere. Quæ condiuntur quæq́, intinguntur. Nutriat intinctos missa patella cibos, id est, conditos.

TITVBO.

Titubare animo, corde, lingua, mente pectore. Ne quid titubet. Si quid titubatum est. Titubantem strauisti.

TOLERO.

Tolerares bona malaq; vnà cum aliquo, egestatem, equitatum, equos, facta alicuius, violenter, famam, hyemem parcendo, se fructibus agrorum, seruitutem æquo animo, sumptus, vitã militia, & exercẽdo agros.

TOLLO.

Tollere aliquem biga, curru, rheda: aditus templorum, ædes, æs alienum, amicitiam è vita, anchoras, animos auiditatem potionis & cibi, cachinnum, caput, clamores, cognationem superbi, cõcordiam, publicum consilium, funditus, controuersiam, conuictum humanum, conuiuium, cornua, crimen, cristas, omnium rerum delectum atq; discrimen, dictum, dubitationem, errorem imperitorum.

Tollere exemplum præclarissimum vendicandæ seditionis de Repub. tollere filios, id est, nutrire.

Tollere fruges, id est, colligere.

Tollere gradum, id est, progredi grandiore gradu.

Tollere gradus omnes & dignitatis & gratiæ, omnem hilaritatem, hominem ex homine omnino, iter, iudicia, lamentationem, leges.

Tollere liberos ex aliqua, id est, gignere.

Tollere luctum, malum de Repub. manus.

Tollere matrem, id est, necare, memoriam regni, mendum scripturę litura, metum alicuius penitus, minas, nomen tarquiniorum, oculos. Tollere onus, id est, suscipere.

Tollere osculum, id est, osculari.
Tollere patrem, id est, in collum suscipere.
Tollere, pedem aliquò, id est, ire.
Tollere pedes, est res obscœnas honestis verbis tegere.
Tollere puellam paruulam, id est, educare.
Tollere querelas, risum, se in curas, societatem, sublimẽ aliquem.
Tollere tectum altius, id est, eleuare.
Tollere cadentia verba, ver ex anno: ad astra, ad sydera, aliquem vel aliquid vt manus, vultus: de medio aliquem. De sua oratione aliquem, de tabula nomen suum, è ciuitate regalis nominis memoriam, è medio aliquem, è numero recuperatorum, ex natura rerum aliquid, ex oculis quicquam, ex vrbe aliquid.
Tollere ex vxore filium, id est, procreare.
Tollere in cœlum, in collum, in crucem aliquem.
Tollere funditus aliquid. Omnes tollo ex hoc die in alium diem. Quæ non posuisti ne tollas. Quicquid peperisset decreuerunt tollere. Quod erit natum tollito. Quod peperisset iussit tolli. Tolle quod tuum est. Taurum tollet, qui vitulum sustulerit. Sublati animi. Sublata pocula reponere.
A Ttollere oculos, pallium, pedes, signa, supercilium, in auras se.
C O Ntollere gradum. In Aul. Contollere caput in prælia.
E Xtollere caput, indignationem, liberos, lumbos, malum, hoc in diem, nuptias, pedem postremum domo patria, spe aliquem, verbis aliquid, vocem.
S V Stollere. Amiculum hoc sustolle. Phrases præteriti sustuli: quære in simplici.

T O N D E O.

Tondere barbam, capillos. Tondent dumeta iuuenci. Nocte arida prata tondentur. Tondebo auro vsq; ad viuam cutem. Alibi emungam.

A Ttondere

ATtondere aliquem per pectinem. Is me scelus auro vsq; attondit.

Attondere vlmos, id est, amputare. In Epid.

DEtondere lanam, ouem.

TORQVEO.

Torquere aliquem, sanguineam aciem, aures ab obscœnis sermonibus, axem humero, cœlum, collum, cursum, equum frenis, hastam, neruo aliquem, oculos, ora, orationem aliquò, saxa ingentia, se telum in aliquem, in caput alicuius, vestigia, vultus. Verbi controuersia tandiu torquet Græculos homines contentionis cupidiores quam veritatis. Ast illum terfluctus ibidem torquet agens circum. Me maior in verbis quam in sententiis eligendis labor & cura torquet. Nos acriter tuæ literæ diu torserunt.

Torqueri ebrietate, furore, ira vino. Taxi torquentur in arcus.

CONtorquere hastam, telum in latus, in aluum equi.

Contorta toga. Contortor legum.

DEtorquere recte facta, animum a virtute.

DIStorquere. Illud vide os vt sibi carnifex distorsit. Sub nodis distortum.

EXtorquere baculum alicui, clauam Herculi vel è manibus Herculis: ensem alicui, errorem, humanitatem suam, nummum ab aliquo, regnum, sententias, de manibus iudicum vi quadam, veniam, veritatem bonorum extortor. Omnibus membris extortus, fractus.

INtorquere hastam, telum. Intorta oratio. In pampini folio intorta. Intorquentur inter fratres grauissimæ contumeliæ.

REtorquere aures, oculos, pilam, sarmentum. vultum.

TRAHO.

Trahere animis aut animo, animum diuerse, bellum, caudam, colorem, corpus ægrum, diei partem, ad se, di-

em,

em,faciem,formam hominis,sacræ virginis: fila,tutam tranquillamq; fortunam,ignes,ius,lanam,litem, manu aliquid,membra ægra,moram, naues in saxa, noctem,omnia,orationem,originem,pecuniam,pensum,perniciem exemplo,pocula, promissa,rationes, ruborem,ruinam,sermonem,stamina,suspiria ab imo pectore,tempus,vestem,vindictam,vitam tranquillam,cum animo suo,ex historia aliquid, in eandem voluntatem plures in calumniam aliquem,in facinus in iudicium, in ius, in eandem virtutem omnia, in voluntatem,per pœnas.Flumen trahit aggerem. Cũ stabulis armenta trahit. Traherent quum seta crepuscula noctem. Fata volentem trahunt. Senem potum pota trahebat anus. Trahit suaquēq; voluptas. Quo fata trahunt retrahuntq; sequamur. Vnde trahis genus: Trahi errore, honore, impetu, studio honoris, literarum,pietatis. Omnes trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem. Immedicabile vulnus Ense recidendum est,ne pars syncera trahatur, id est,corrumpatur.

TR Actare aliquem bene,cõmodè, iniuriosius, malè. Tractare aliquid studiose,animum ægrotum alicuius,arma,arte aliquem,artem musicam,causam difficilem, constantiam,ædictum:acre concertatorium,forense, iudiciale,litigiosum dicendi genus:literas,locum aliquem,mente aliquid,mentes hominum, quæstionẽ, rem,astu,verbis: Remp.se,se, In re Rep, singula, vulnera,exvulgi opinione aliquid. Tractãt fabrilia fabri.

AB Strahere. Mors nos a malis,non a bonis abstraxisset. Vix me illinc abstraxi. Et istam psaltriam vna illuc mecum hinc abstraham. Eum ab illa abstraxit. Vt me a Glycerio miserum abstrahat. A rebus gerendis abstrahit senectus.

AT trahere ad se aliquid. Nihil est quod ad se rem vllam tam illiciat & tam attrahat,quam ad amicitiam, similitudo

similitudo. Magnes ferrum, Naphtha ignem attrahit. Te Romam attraham.

Attrectare sacra, proprie dicimus.

CONtrahere æs alienum, amicitiam, animum, armenta, barbam, beneuolentiam, canitiem, collum, culpa alicuius aliquid, culpam ab aliquod, familiaritatem, frontem, greges, iram Dei iram sibi, litigium, malum, matrimonium, milites, molestiam liberalitate sua, negotium, noxam, odium, paginam, pecuniam, personas ad negotium aliquod, rabiem, rationem, rem res alicuius, rugas, se, senium, sitim, studium, supercilium tempus, valetudinem aduersam, vela, viros cum aliquo in angustum, in arctum, in compendium, in fasces. Horrida tempestas cœlum contraxit. Quasi tristitia quædam contrahit terram, tum vicissim lætificat. Contrahitur facies, flumen, mare, os, pannus. Cõtrahi incommodis. Contrahuntur opes. Hinc contrectare.

DEtrahere alteri aliquid, annullum de digito arma, calceos, consuetudinem alicui, errorem animis, famam alicui vel famæ alicuius, gloriam alicui, vel gloriæ alicuius, honorem debitum alicui vel honori alicuius, nido implumes, nudo vestimenta, ocreas, sensus de homine, soccos, vestem alicui vestimenta alicui, de aliquo, de summo meo erga te amore aliquid, de cœlo aliquem, de commodis suis, de fama alicuius, de iure, de opera publica aliquid priuatis studiis, de opinionibus nihil, de prouincia homines, de tot testibus, vnum, de viuo nihil, ex ea facultate dicendi, ex summa aliquid, in iudicium aliquem.

DEtrectare bonos, certamen, iugum, laborem, leges munus militiæ, officium, prelium.

DIStrahere aliquem ab altero. controuersias, fundum feruida holera, nuces, opes, poma in partes: charissima pignora, pretio aliquid.

DIStrahi

DI Strahi in varias sentẽtias. Turbatis distractus equis. Quo ego pacto diuorsus distrahor.

EXtrahere æstatem, aquam, bellum, certamen, diem cunctando, horam, iudicium, rem variis calumniis in annum, per aliquot dies? se malis, se alicunde, vrbem ex periculis maximis.

OBtrectare alicui, aliquem bonos.

PERtractare. Cice. Mentem omni cogitatione pertractans.

PROtrahere. Vt aliquot saltem nuptiis protrahat dies. Nonius legit prodat. Protractus ad paupertatem.

REtrahere aliquem aliquò, aliquem a studio, se abictu, ad se argentum, ex fuga, ex itinere, in conditionem seruorum. Si Hannibalem in Africam retraxisset.

REtrahere caussam, dolorem, largitiones, librum, opus. i. emendare.

SVBtrahere aliquid alicui, famæ, inuidiæ, materiam furori, se, se ab alicuius aspectu.

TREMO.

Tremere animo. Trementibus oĩno labris. Tremo tot⁹.

CONtremere. Cuius in mea causa nunquam fides virtusq; contremuit.

CONTremiscere omnibus artubus, tota mente.

TREPIDO.

Trepidare. Quid est quod trepidas? Trepidari sentio. Dum trepidant alæ.

TRIBVO.

Tribuere alicui aliquid, ætati aliquid, autoritatem huic rei magnam, beneuolentiæ alicui aliquid, fidem eisdem rebus, fiduciam commendationi alicuius gratiam, humanitatem, ingenium alicui, iura, laudem, mercedem, misericordiam, multum alicui, officium homini amicissimo, omnia alicui, vniuerso ordini publicanorum, operam amicis, foro, rei familiari.

Tribuere

Tribuere plus alicui quam oporteat, primas, prouinciam alicui, secundas, tertias, tempus, alicui veniam errori.
Tribuere in partes, est distribuere. Ne plus ei tribuas quam res & veritas ipsa concedat. Quicquid ei tribuo, tribuo ex tuis literis.
ATtribuere aliquid alicui, aliquem alicui agros, causam calamitatis culpam, curam, equitatus partem, equos, locum, naues alicui.
DIStribuere. Distribuit binos angulis. Ad cuiusq; opinionem fortunæ distributæ. Id distributum sanè est ex sententia. Generatim distributi in ciuitates. Est in partes distributus duas. Distributi in numeros milites Sacramento militari. Distribuamus in ea ministeria quæ non longe a pœna sint.

TRIVMPHO.

Triumphare de Gallia Triumphare de Sicilia, de Lyguribus.
Triumphare de Sannitibus. Non triumpho ex nuptiis tuis. Quum amplissime atq; honestissime ex prętura triumphasset. Id verò serio triumphat. Quod euenisse nobis gaudeo & triumpho.

TRVDO.

Fallacia alia aliam trudit. Frater trudebat fratrem hasta. Quas tu mihi tenebras trudis, id est, obiicis.
CONtrudere in carcerem. Eodem cæteros pyratas contrudit imperauit, id est, coniici.
DEtrudere aliquem impetu, regno.
DEtrudere naues scopulo. Morti iam detrudi se dicebat. Ad mēdicitatem properent se detrudere. Necessitas nos ad ea detrusit. De saltu agroq; communia, seruis communibus vi detruditur.
INtrudere se, id est, inferre.
OBtrudere alicui puellam. Ea quoniam nemini obtrudi potest, itur ad me. Nunquam ausus sum recusare eam quam mihi obtrudi pater.

Obtrudere palpum alicui, id est, assentando decipere.

RE Trudere aliquẽ inuitum. Iaceat in tenebris ab isto retrusa atq; abdita.

TVEOR.

Tueri aliquem omni diligẽtia atq; officio, caussas armis prudæntiæ, fidem alicuius, lenitatem, parta, personã alicuius, populos vniuersos, Remp. seueritatem. Auersa tuetur, id est, videt.

T Vtari, commune est. Vos tutabor. Meum non potui tutari locum. Mores facile tutor. Vt eos quos tutari debeant desertos esse patiantur. Libertas, salus, vita, res, parentes, patria & prognati tutantur, seruantur, id est, defenduntur.

C O Ntueri aliquem, id est, defendere Cõtueri aliquid. Neq; vero est quisquam qui eadẽ contuens officiat.

Contueri terram. Inimico vultu contuetur. ipsum adeò contuor.

I Ntueri aliquem, aliquid, effigiem alicuius. maiorem imagines, limulis, id est, limis, nutum hominis, opem ac potestatem alicuius, terram modeste inimico vultu, in aliquem, in aliquid. Nullam equidem illic cornicem intuor.

O Btueri terram.

TVMEO.

Tumere, inflari. Quid hoc quod in collo tibi tumet? Tumẽt negotia. i. aggrauescũt. Tumescit æquor vẽtis.

INTVMERE.

TVNDO.

Tundere aures alicuius, incudem, conuerso baculo oculox alicui, pectus, piper, spicas, vlmũ. Quibus in vnũ tonsis. Tundendo atq; odio deniq; effecit senex.

C O Ntundere facta alicuius, fustibus aliquem, herbas olentes, hydram, id est, domare.

E Xtundere aliquid, artes varias meditando.

O Btundere aliquem, ægritudinem, aures alicuius gra

uiter

uiter, Deos gratulando, longis epistolis aliquem, mẽ tem rogitando. Ne me obtundas de hac re sæpius. Obtusa falx. Sum obtusus pugnis.

PERtundere acuta testa vel lapide vngulam. Pina pertunditur. Ne quisquam pertundat crumenam cautio est. In pertusum ingerimus dicta dolium.

REtundere ferrum, sermones facto aliquo.

Retusum ferramentum, cor, ingenium.

TVRBO.

Turbare animum, animam, aquam, carnarium totum, ceruum, conscientiam, conuiuiũ, equos, ludum, mentem. Nescio quid profecto absente nobis turbatum est domi. Vndiq; totis. Vsqueadeo turbatur agris.

CONturbare aliquid, fortunas, nummos, pecuniam acceptam, rem, id est, decoquere.

Conturbare aliquem. Conturbatus est adolescens. i. commotus. Incidunt sæpe multæ caussæ quę conturbant animos vtilitatis specie. i. dubios faciunt. Frequentia & obambulatio hominum conturbat & infirmat imaginum notas, id est, ordinem destruit. Ita cõturbasti mihi rationes omnes, id est, confecisti.

DEturbare ædibus aliquem, ædificium, pampinos superuacuos, statuam, tectum, tegulas. Neq; solum spe sed certa re iam, & possessiones deturbatus est. Hæc verecundiam mihi & virtutis modum deturbauit. Puppi deturbat ab alta. Deturbabo ego iam illum de pugnaculis.

Deturbare aliquem de monte, possessione, scopulo, è naui, è puppi, è turri. Ex spe deturbatos iacere. Huic deturbatore in via.

DISturbare ædes, domum, iudicium, machinas, nuptias, parietes, porticum, pontes, tecta, vrbem. Pax & concordia disturbantur palam. Ni meus disturbasset aduentus omnia.

EXturbare aliquem ædibus, vel ex ædibus, foras ex

animo ægritudinem,dentes,oculos alicui,homines è poſſeſſionibus.

Exturbari tabernam iuſſit.

Exturbari fortunis,penatibus,ſedibus ſuis,ex agris.

INterturbare. Dauus inturbat omnia. Ne interturba.

OBturbare loquentem. Ita ne vero obturbat,id eſt,interpellat,vel veritati reclamat.

PErturbare. Adeo perturbauit familiæ mentem meæ. Iam perturbaui omnia.

Perturbari de Repub.ſalute, de ſua ſalute, ex ciuitate.

VACO.

VAcare,eſt carere vel operam dare. Vacare alicui animo corpori,diuitiis,populari gloriæ,gulæ, bonis literis,parſimoniis,poſtulationibus,ſtudiis,voluptatibus. Vacare ære,culpa, inſtitutis,iuſtitia,labore,lamentis,legibus,muneribus, odio, officio, perturbatione animi,virtute,a bellis,a commentatione domeſtica,a forenſi dictione,a labore,a moleſtia,a ſtudio, ab agricultura,ab occupatione. In nullum mea mens grande vacabat opus. Nullum eſt tempus quod iuſtitia vacare debeat. Fac vacent ædes. Noluit eum locum vacare. Hoſte vacare domos. Vacare agros. Vacat impersonale,otium eſt. Si vacet annales noſtrorum audire laborum.

VACILLO.

Vacillat iuſtitia,res. Vacillans legio, Vacillantes literæ. Vacillans teſtis. Vacillare in vtranq; partem.

VADO.

Vadere ire. Ad eum poſtridie manè vadebam. Cras manè vadit.

EVAdere aliquem. Gradus euaſerat altos.

Euadere manus alicuius,pœnam fractis vinculis,probum,ripam,irremediabilis vndæ,ſermones omnium malignorum,perpetuam valetudinem. Multa vera inquit euadere. Nunquam hodie quiui ad coniecturam

ram euadere. Euado ad summi vestigia culminis. Ante oculos euasit & ora parentis. E philosophorum scholis tales ferè euadunt. Cuius ex insidiis euaseris. Cum ex insipienti corpore euasisset. Profectò euadet in aliquod magnum malum. Si hinc euaserit. Vbi friget huc euasit. Ne te sacrificem, nunquam euades. Quo euades. Quò euadat vide. Quàm timeo quorsum euadat. Et heri semper lenitas verebar quorsum euaderet.

IN Vasit plerisq; cupiditas bonorum.

Inuasit eum habendi cupido, desidia, dolor, inertia, libido, stupor, torpedo.

Inuadere fines hostium, regnum alicuius animo, vrbẽ. Inuadi ab inuidis & improbis.

Inuadere in aliquem. Tanta vis auaritiæ in animum eorum veluti tabes inuaserat.

Inuadere in arcem caussæ, in Asiam, in bona alicuius, in collum alicui, in fortunas alicuius, in Galliam. Inuaserunt miserum in genua flegmina.

Inuadere in oppidum, in alienam pecuniam, in prædia alicuius in alienam prouinciam.

PEruadere. Omnia aspera vti soles peruade, id est, doma. Murmur a tribunali totam concionem peruasit. Quas oras quasi morbus quidam illius furoris, peruaserat. Passim totam vrbem peruadit. Cum pauor ac trepidatio totam vrbem peruasisset. Quę per animos gentium barbararum persuaserat, Quantum incendium nõ solum per agros, sed etiam per reliquas fortunas aratorũ isto prętore peruaserit. Per omnes partes prouinciæ te tanquam calamitosam tempestatem pestemq; peruasisse demonstro. Quo non per hæc tempora nostrorum hominum libido peruasit.

VADOR.

Vadari aliquem, est cogere aduersarium se sistere, vadã exigere. Ita me vadatum amore vinctumq; attinens.

VAGOR.

Vagatur animus errore. Ne vagari & errare cogatur oratio, per freta vagari.

PERuagari. Dolor omnia membra peruagabatur. Neque ciuitates tantum, sed etiam vicos atq; agros superstitionis istius contagio peruagata est.

VALEO.

Valere amicis, animo, arte, autoritate, bello, curatione, dicendo, doctrina, gratia apud suos, ingenio, memoria, multitudine, per se, perfidia, potestate, tumultu, vsu, à morbo, à pecunia haud perbenè, ab animo, ad celeritatem. ad minimam fraudem, ad summam laudem, ad nullam partem. ad speciem, ad vulgus, apud aliquem, in biduum.

Valere æternum, id est, in perpetuum. Valere athleticè, basilicè, benè, malè, pancraticè, plurimum, pugilice, rectè.

VALE recedentis salutatio est.

Valeas habeas illam quam amas.

Valeant qui inter nos dissidium volunt, id est, discedāt. Si Deus talis est vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. Ista valeant. Valebis tu vnus, Vt valetur? Plautinum est.

INualescit pestis:

REualescere ex capitali morbo.

VAPVLO.

Vapulare, verberari. Metuo ne hodie hic vapulem. Alius septimanam legionem vapulasset. Vapulat peculium.

Vapulare omnium sermonibus.

VARIO.

Variare laborem, otio, otium labore, vocem, voluptatem. Variatis hominum sententiis. Ne & hic varientur virgis & loris domi.

VASTO.

Vastare

Vastare agrum,castella multa,Italiam bello,mentem, Remp. vrbem incendio.

VEHO.

Vehere clitellas.Vehi equo,naui,rheda. Vt è naui vecta es.

VEXO.

Vexare aliquem,conscientiam,corpus,mentem, exteras nationes,pecuniam omnibus modis. Locus à vestris vexatus. Villa vetustat euexata.

A Duehi in pontum, Arabiam. Aduecti aduorsa aqua sumus per Anienem.

A V Ehere aliquem à patria,in Hispaniam, secum. Quo auecta est?

C O Nuehunt semina ex diuerso formicæ.Prædamq; per herbas. Conuectant calle angusto.

C O Nuexare aliquem malè.

D I Vexant rem meam.

E V Ehere allquid,aliquem.

I N Vehere aliquid alicui. Non erant in iis,quæ tibi casus inuexerat,id est,intulerat. Quemcunq; casum fortuna inuexerit. Quātumq; Romana se inuexit acies. Centauro inuehitur magna.Cum eius curru Capitolium inuectus.Inuehi in aliquem,in caussam in caussam principum,in domum Antonii.

P Ræteruehi.Ei succedo orationi,quæ nō præteruecta sit aures nostras, sed in animis hoīm penitus insedit.

P R Ouehere aliquem,studiosos. Vestra in me attente audiendo benignitas prouexit orationem meam.

P R Ouehi ab aliquo,ad dignitatem,in altum.Si qui lōgius in amicitia prouecti essent.Sed longius ętate prouectus. Qui iam ætate prouecti.Prouecta ętate mortua est. Quorum vsq. ad extremum spiritum prouecta est prudentia.Studio rerum rusticarum prouectus sum.

R E Vehere. Vt se reuehat domum. Famam ex Bithynia optimam reuexisti.

VELLO.

Vellere aurem alicuius, monere. Postesq; a cardine vellit. Vellicet absentem Demetrius, id est, laceret. Plura in Salust. inscite aut maligne vellicant.

CO Nuellere cuncta auxilia Reip. fores toto cardine. statum ciuitatis, a terra funem, de pristino statu aliquem, domus conuulsa sedibus suis.

Conuellere illis cogito, id est, furari.

DI Vellere liberos a complexu parentum. Omnis conglutinatio recens ægre, inueterata facile diuellitur.

EV Ellere arborem, omnes radicum fibras, omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus, linguam alicui, opiniones insitas, scrupulum ex animo alicui. Qui nõ modo ex memoria, sed etiam ex factis euellendos non putet. Ea quum fuerint falsa & inania, sint euulsa ex omni memoria vitaq; nostra.

RE Vellere iniurias omnes honorificis verbis, pellem bonis. tela scelerum alicuius de corpore Reip. vrbẽ suam. Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus reuellit atq; abstulit.

VE Ndere cum compositis apud dare: Vendicare & vindicare apud dicare: Venire cum dependenitbus apud ire diximus.

VERBERO.

Verberare est percutere virga, baculo, fuste, loro, flagello, ferula, arundine.

Verberare aliquem, conuitio, exercitatione dicendi, tormentis, verbis aliquem.

Verberat alas hyrundo. Mihi vox aures verberat.

TRAN Suerberatur bestia venabulo.

VEREOR.

Vereri est timere cum pudore. Veretur liber. Vereri aliquem, conspectum alicuius, historias, rumusculos hominun. Vereor quid fiet. Veritus sum deesse Pompeii saluti. Vereor dicere, huic veritus est facere iniuriam.

riam. Mecum ire veritus eſt. Ego dudum nonnihil veritus ſum abs te. An verebamini ne id facerem? Vereor vt tibi poſſim concedere. i. neſcio. Vereor vt placari poſſit. Sed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ. Dies hic mihi vt ſit ſatis vereor ad agendum.

VEritũ eſt imperſonaliter. Quos non veritũ eſt in voluptate ſummũ bonũ ponere, id eſt, qui nõ veriti ſũt.

VErecundari neminem apud menſam decet.

REuereri aduentum alicuius, maiores, natu, aſſentandi ſuſpicionem.

VERGO.

Vergere ad Aſiam, ad fundum, ad imum, ad interitum, ad Italiam, ad occaſum, ad perniciem, in longitudinem. Proſpice quo iſta vergant.

INuergere ſacrificantium vox eſt. Idem quod conuerſa patera penitus effundere.

Inuergere in me liquores tuos ſinam ductus.

VERTO.

Vertere aliquid, animam, vel animum, id eſt, reſpirare. Anno vertente.

Vertere aſſum, aures ad preces, beneficium in grauiſſimam iniuriam, cõſilium alicuius rectè, culpam in gloriam, curſus, domum, fabulam, faciem ad auroram, ad meridiem, hoſtes in fugam, iocum in rabiem, iter, lumina, manum non verterim.

Vertere morſus iu panem, in parietem.

Vertere oculos, omnia ad extremum, omnia in fumum & cinerem, opus, ordinem, patinarium, rem in ſuperbiam ſeſe, ad vocem, ſe in faciem alterius, in varias formas, in imaginem alterius, in hirundinem, in omnia, ſententiam, ſolum, ſomnium in bonum, ſtilum, ſtultitiæ, terga, terram aratro, raſtris, vela, verba, veſtigia, vitio.

Vertere in abuſum, in barbariem, in cinerem, in contumeliam ſuam, in luxum, in opprobrium, in riſum, in ſuperbiam. Quæ te genitor ſententia vertit? Redi-

gam vt quo se vertat, nesciat. Dii benè vortant. Quod nec Dii benè vertant. Benè tibi, fœliciterq; vertat. Male tibi vertant. Quæ res tibi vertat malè. Malè vortit res pecuniaria apud vos. Malè res vertunt, quas agit. Vertitur æstas, annus, cœlum. Septima post Troiæ excidium iam vertitur æstas. Omnia vertuntur, certè vertuntur amores. Non hic victoria Teucrum. Vertitur, id est, sita est. Bonè leges vertuntur in abusum. Vertitur res in hoc cardine. Vertitur res meo in foro. Temperantia veterum versa est nobis in luxum. Consuetudo vertitur in naturam. Benefacere iam ex consuetudine in naturam vertitur. Verti in opprobrium. Vertitur res in periculo. Non omnia in illius potestate ac moderatione vertentur. In quo illa caussa vertebatur. In religionem ea res versa est. Consilium meum tibi vertitur in risum. Res omnis penes hunc vertitur, id est, α & ω.

VERsare aliquem probè. Non vt in iudiciis versaret caussas, Vos exemplaria Græca nocturna versate manu, versate diurna. Versare suam naturam. Quum illum suum saltatorium versaret orbem, id est, in gyrum se saltando conuerteret. Multas res simul in meo corde verso. Satis diu hoc iam saxum vorso. In istis vrbibus cum summo imperio & potestate versatis.

VERsari in magnis angustiis, in auribus animisq; oratorum. Error in hac caussa atq; inuidia versatur.

Versari in controuersia atq; in contentione.

Versatur Cupido in corde meo. Ea res nunc in discrimen versatur, id est, in discrimen venit.

Versari in eodem errore, in intima familiaritate hominis potentissimi, in summa impunitate gladiatorum, in insidiis, ac periculis, in iudicio. Vehemens erat in iudiciis inuidia versata.

Versari in laude semper, in malis, in omnium doctrinarum

rum meditatione, in memoria hominum & sermone in ore omnium, in prouincia, in Repub. administranda, in subselliis, ob oculos.

ADuertere animum, animo aliquid, ansam alicui, aures cor cursum flumina, gressum, oculos, pedem, pectus, prædam omnem ad se, sese in plateam, ad se aliquid.

Vt mediocriter quoq; doctos aduertant & afficiant, id est, stupefaciant. Aduertunt grauiter, quæ non censeas, amantes, id est, obseruant. Non aduorti primo. Quò te aduortisti.

ADuersari alicui. Aduersatus tibi non sum. Neq; tuæ libidini aduersabor. Non possum meis verbis aduersari.

Aduersari aduersus tuam sententiam nolo. Cœpi aduersari primo.

Aduersari contra. Aduersante & repugnante natura.

Aduersari sedulo animo, ne herum vsquam preterirem.

AN Imaduertere, considerare. Eperrecta nutrix animaduertit dormientem.

Animaduerte hominem subalbidum. Alios tuam rem credidisti magis quam te, animaduersuros? Date operam & cum silentio animaduertite, id est, auscultate.

Animaduertere pro punire in sequentibus exemplis. O facinus animaduertendum. Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est, id est, illius. Atq; ea sunt animaduertenda peccata, quæ difficillime præcauentur. Hac re animaduersa. Terrore hominum animaduerso. Vti prius verberibus in eos animaduerteretur. Animaduersores vitiorum. Is quum in herum animaduertisset grauius. Multa sub eo animaduersa seuerè & coercita.

ANteuertere aliquid, præuenire. Id ipsum cum tecum agere conarer. Fannius anteuertit. Cæsar omnibus consiliis anteuertendum existimauit, vt Narbonem proficisceretur. Mœrores mihi anteuertunt

 gaudiis.

gaudiis, id est, mœror gaudii locum occupat. Miror vbi ego huic anteuerterim. Rebus aliis anteuortam, quæ mandas mihi, id est, mandata tua primum exequar. Prius leporem testudo anteuertit. De re perdifficili factu.

AVErtere aliquem a sententia, ab errore, ab ira, ab vrbe, aliquem alicunde, aliquem per dolum.

Auertere animum, animum ab aliquo, argentum, aures precibus, castella ab hostibus, faciem, flumina, furorem, gregem vniuersum secum, hæreditatem, iniuriam, iram, iter ab Arare, morbum, nares, noxam, oculos, orationem, pecuniam istam in quæstum, periculum, pestem, prædam ab hostibus, res, omnes riuos. sese ab amicitia, vindictam. Auertit hic casus vaginā. Nec posse Italia Teucrorum auertere regem.

Quod dii omen auertant. Tu velim animum a me parumper auertas, id est, me deleas animo tuo ad tempus. Ob eam causam huc abs te auerti, id est, secessi. Ab impudicis dictis auerti volo. Iam homo in mercatum auertitur, id est, ad mercaturam sese confert.

AVersamur eum quem detestamur. Officioq; leuem non auersatus honorem. Nec rubos auersatur capra.

CIRcumuertere elixas carnes, olera, orbem, rotam. in cursu rotula circumuertitur.

CIRcumuertere aliquem argento, imponere vel dolo auferre.

CONuertere aspectum aliquò. Demōstrationem conuersam habere.

Conuertere iter, ordinem votorum, pollicem. Conuersa ratio.

Conuertere se aliquò, se animo & cogitatione aliquò. se domum, signa.

Conuertere aliquid ad commodum suum, animum alicuius a vitæ prauitate ad Dei cultum, se ad dolos, aliquid, ad dominatum suum, ad se alterius nutum, se

ad otium,

ad otium, ſe ad pacem, copias ad patriæ periculum, aliquid ad potentiam ſuam, nauem ad puppim. Non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum.

Cõuertere ſe ad ſanitatem, ſe ad alterius ſenſum, ad ſe, ſe ad timorem, ſe ad verum, ſe ad alterius voluntatem vultumq́;.

Conuertere de Græco. Conuertere in aliquem ferrum, gladium, oculos, ora, pœnam aliquid in amicitiam, ſe ex homine in beluam, fortunam in culpam, gaudium in diuerſum, dimicandi facultatem, in exitium ciuium ſuorum. Rationem bono conſilio datam in fraudem, malitiam, ſe in eundem habitum coloremq́; ſe in hominem, orationem in increpandam Cœpionis fugam. Conuertunt ſe amicitiæ in graues inimicitias. Omnis eſt riſus in iudicem conuerſus.

Conuertere ex Græco in Latinum, crimen in laudem, aliena in rem ſuam, fugam in ſe, in ſerium quod quis per iocum dixit, ſe in ſuperbiam dominationemq́;, gladium in vaginam.

DI Vertere vel DIuerti deponentaliter, domum hoſpitis, linguam ad mores aliorum, ſe a muliere. Diuertunt mores virgini longe ac lupæ.

Diuertere via cogebantur.

Diuertere ad aliquem, ad cauponem, ad hoſpitem. Vt diuertatur ad me in hoſpitium optimum. Ego ad Doripam huc diuortam. In proximo diuertitur apud hoſpitem paternum. Ego diuertor extrà portam huc in tabernam tertiam apud anum illam doliarem.

DIuerſari apud aliquem, Diuerſari in taberna.

EVErtere aliquem bonis ſuis, diſceptatione, familiis, fortunis patris, fundis, impreſſione, iudicio, vi: amicitiam funditus, aratores, benignitatem, commendationem ingenii, diffinitionem rei: domum alicuius, firmamenta. Reipnb. fortitudinem, gentem immeritam, iuſtitiam, liberalitatem, nauem in portu, prudentiam,

tempe-

temperãtiam, villam odio & crudelitate funditus, vir tutem penitus, vrbes fatali euentu. Euersæ ceruices, de illo qui victus & domitus est.

INteruertere est callidè surripere, quum scilicet rem co modatam aut creditam, dolo, ne restituatur domino efficimus. Interuersa ædilitate. Istuc ago quomodo argentum interuortam. Venientem Caculam inter- uortit symbolo. Candelabrum à Verre interuersum esse conqueritur. Interuerso regali hoc dono. Vt me si posset muliere interuortere. Nec herclè isthoc me interuortes. Quem interuortam. Ille induxit vt pete ret promissum & receptum interuertit.

IN Vertere annulum in locum, leges, tunicam. Inuersa verba.

OBuertere, opponere. Plurimum refert vt pascentium capita sint obuersa soli. Ne in re secunda nunc mihi obuertat cornua. Cornua velatarum obuertimus An tennarum Totam aciem in Samnites obuertat. Cu- ius ob os Graii ora obuertebant sua.

OBuersabantur aduocati. Obuersabatur præter illa quæ dixi caussæ difficultas. Nihi ante oculos obuer- sabatur. Reipub. dignitas. Obuersantur species hone stæ in animo.

PERuertere aliquem, corrumpere.

Peruertere aulas, id est, eruere. Regẽ peruertito ipsum, id est, prosternito. Is eius omnem spem atque omnia vitæ consilia morte peruertit. Peruertere omnia iura diuina, humana.

Peruertere Rempu Nulla vis religionis fuit, quæ tantã vtilitatem peruerteret.

PRAEuertere & PRAEuerteri, idem quod præ- cedere.

Præuertere aliquem cursu, equo, pedestri itinere, bona- rum artium studiis. Volucremq; fuga præuertitur He brum. Inde ilico præuertitur domum. Fores clausit, ne

ne præuorteretur foras. Ne vnquam me, tenuissima suspitione perstrinxit, quam non præuerterim, id est, diuexarim. Hoc præuortat principio. Ne me vxorem præuortisse dicant præ Rep. id est, Reipub. vxorem præposuisse. Si quid dictum est per iocum, non æquum est id te serio præuortier. Certum est principium id præ uortier, id est, ante omnia fieri.

Præuertere populum alicui.

Præuertere cum datiuo. Caue pigritiæ præuortier. Præuorti hoc certum est rebus aliis omnibus. Mandatis rebus præuorti volo, id est, mandata prius exequi quam edere volo. Ei rei primum præuorti volo. Huic rei præuertendum existimauit, id est, occurrendum.

RE Vertere vel reuerti, id est, redire. Domum reuertor mœstus. Si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi.

Reuerti ad pristinum actum, ad illum animum meum pristinum, ad corporis commodum, ad superiorem cõsuetudinem, ad institutum, ad Chrysippi laqueos reuertamur. Vt ad me reuertar, id est, de me agam.

Reuerti ad propositum, ad sanitatem. Iam ad te reuertor. Canis reuersus ad vomitum. In eum qui relabitur in pristina vitia.

SV Buertere, diruere. Ne nimium bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio, & tuus iste animus æquus subuertãt. Auaritia fidem, probitatem, cæterasq; artes bonas subuertit, id est, funditus tollit.

Subuertere decretum consules, mœnia, mõtes, regnum aliquod, totum aliquem, vrbem.

Tergiuersari, fugere, dare terga, & est eorum qui in conflictu terga vertunt. Trasfertur ad alia, Eam tergiuersari non sinent. Attende quæso Fannium huc atq, illuc tergiuersantem. In his tribus generibus quoquomodo possunt, nõ incallidè tergiuersant. Quid

tergiuersamur Epicure? Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur. i. fugientem iudicium.

VESTIO.

Vestire, circumtegere. Vrbes multo aggere vestiuntur. Vbi se fraudibus vestierunt. Vestiuntur ripę multa fraxino. Vt ancillæ tot me vestiant. Oculos membranis tenuissimis vestiunt. Vestita aurata ornamenta. Tum ea denique vestire atque ordinare oratione. Vestita pampinis vua. Ita reconditas, exquisitasq; sententias mollis & pellucens vestiebat oratio. Tabulis interiores templi parietes vestiebantur. Vir te vestiat. Qui ventrem vestiam lanam, purpuramq; multam.

CON Vestire. Eius domum euersam duobus locis conuestitam videtis. Publicas porticus inuestiuit pictura.

(VETERO.)

IN VEterare aliquid. Quorum iam & nomen & honos inueterauit. Inueterauit iam opinio Reipu.

Inueterata amicitia, barbaries. Nostræ res literarum monumentis inueterassent.

VIDEO.

Videre plenam ætatem, suos plenos annos, suos canos suos dies plenos, diem alicuius fatalem, festam, fortunatam, honoratam, infœlicem, lethalem, natalem: dies bonos, dies: extrema, fata sua, postrema, iustum robur, priora sæcula, senectutem. Nisi aliquid video. Hunc videre sæpe optabamus diem, quum ex te esset aliquis &c. Vtinam illum diem videam cum tibi agam gratias. Vtinam præsens illum diem mihi optatissimum videre potuissem. Ex multis diebus quos in vita celeberrimos lætissimosq; viderit Non fratrem videt rei operam dare? Me vide, id est, ne time dum adsum. Recte mihi vidissem, id est, ꝓuidissem. Quã ibi miseriam non vidi? Lupi Mœrim videre priores.

Iurau-

In raucum dicitur. Nihil vident, nisi quod lubet. Hisce oculis egomet vidi. Si id facis hodie postremum me vides. Nihil quietis videri, nihil tranquilli potest. Quæ vos propter adolescentiam minus videtis. Vide quid agat. Nunquid, hic, quòd nolis, vides? Rem videbat acute. Videbā sermones. Somnium ego hac nocte oculis non vidi meis. Qui suo toto cousulatu somnium non viderint. Plus spei video quàm volo. Tempora mature visurus longa senectæ. Me, quum Asiæ præessem, vidisse in quiete, id est, somniasse. Tu in nostris sermonibus colloquutionibusq; ipse vidisti. Vide vt incedit. Hic video me esse inuisum omnibus. Illud etiam video esse dictum. Videas, videre licet, videre est, idem. Ego isthuc videro. Ergo istæc recte vt fiant videro. Post ego de matre videro. Benè, male'ne video, id est, considerabo. Viderit Epicurus. Videor nescio vbi, me vidisse prius. Meminisse videor fieri.

Videre videor iam diem illum cum, &c. Videris mihi male facere.

Videre verum, atque ita, vti res est, dicere. Parum perspexisse eius viderem audaciam. Nō videre ita tu quidem. Mihi sic hoc videtur. Tibi ita videtur. Quid videtur tibi hoc mancipium. Videmini nobis insulse agere. Visus sum. Ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum. Id mihi visus est dicere. Audire vocem visa sum modo militis.

Audire vocem visa sum ante ædes modo. Visa est ꝙ dici solet, aquilæ senectus. Visa est pedum via. Quid si seruo aliter visum est? Videbaris, me videns, plane. Martem videre. De his qui se strenue pollicentur opitulaturos. Videbitur.

VISere aliquem. Ego hanc visam. Id viso, tu ne, an illi insaniant. Ad vectigalia visenda. Natura inest mentibus nostris insatiabilis quædamcupiditas vere visen

di, id

di,id eſt,videndi. Vndique viſendi ſtudio. Ne mittas quidem viſendi cauſa quenquam.

Nunc ad eam viſam. Ego viſam ad forum. Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere.

Noſtra ilico it viſere ad eam. Abi tu, viſe redierit ne iam, an nondum domum. Viſe amabo num ibi ſit.

V Iſitare ægros, infirmos, pauperes.

I Nuidere alicui, dignitatem alicui, fortunam, honorem rem, ſucceſſus. Sed mihi tarda gelu ſeclisq; effœta ſenectus. Inuidet imperium. Ne mihi precor inuideas. Vt nobis optimã naturam inuidiſſe videãtur. Quod ſi virtuti veſtræ fortuna inuiderit.

Inuidere omnes mihi. Quaſi inuidere hoc mihi videre. Vt vobis ſocietatis ius inuideam. Liber pãpineas inuidit collibus vuas. Neque ego, vt multi, inuideo aliis bonum, quo ipſe careo. Nullus eſt qui non inuideat rem ſecundam obtingere. In qua tibi inuideo. Hic video me eſſe inuiſam immerito. Ego cur acquirere pauca. Si poſſum, inuideor. Non dixi in inuidiã, quæ tum eſt, quum inuidetur, id eſt, quando quis inuidia laborat. Troia iacet certe Danais inuiſa puellis. Diis hominibusq; inuiſus.

I Nuiſere idem quod viſere. Nunc ad eum inuiſo. Ad fratrem modo captiuos alios inuiſo meos. Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiſo domum.

P R AEuidere. Herus eſt, neq; præuideram. Id nos futurum præuideramus.

P R Ouidere. Putauit me ætate & beneuolentia ſcire & prouidere quàm ſeipſum ſibi. Quæ ſi non aſtu prouidentur me, aut herum peſſundabunt. Quod adhuc coniectura prouideri poſſit. Frumentum his in locis in hyemem prouiſum non erat. Egomet mihi prouidero. Medicus morbum ingraueſcentem prouidet, inſidias Imperator, tempeſtates gubenator. Sapientis eſt omnia quæ ventura ſunt prouidere. Satis iam omni-

omnibus quæ necessaria erant prouisa putabant. Atrocissima suspicio tua tibi prouidenda est, id est, cauenda. Quod quidem semper, quasi prouideret hoc tempus, sedulo facit. Neq; de fruméto, reliquoq; commeatu satis esset prouisum.

Prouisum est ne, in præsentia, hæc hinc abeat.

Prouiso quid agat Pamphilus. Si quem hominem expectant eum solent prouisere. Huc prouiso, vt vbi tempus fiet, deducam. Ego hinc ad hos prouisam, quam mox virginem accersant.

REuiso quod agant.

Reuise nos aliquando. Vt quando otium tibi sit me reuisas.

VIGEO.

Vigere, in vigore esse. Animus tantum & spiritus viget. Vigentes domus. Alia quædam dicendi molliora ac remissiora genere viguerunt. Soli qui memoria vigent. Illa vita est tua quę vigebit memoria seculorum omnium. Ita nunc mos viget. Vigebat in ea domo patritius mos & disciplina. Vbi enim studia nostra viguissent. Quem in Academia maxime vigere audio. Nisi animus, antequam corpus intrasset, in rerum cognitione viguisset. Vt eorum in bellicis & ciuilibus officiis vigeat industria.

VIGILO.

Vigilabis lassus, Sed vigilat Consul, id est, diligenter audit.

Vigilare decet hominem qui vult sua tempori conficere officia. ne ue vsq; ad lucem vigiles. Vigilas tu de nocte, vt tui consultoribus respondeas. Vigila primũ vt mihi succedatur, id est, cura. Num ille somniat ea quæ vigilans voluit? Vigilans vidi. Vigilans nunc video. Vigilans fabulor. Vigilantem illa me iamdudum vigilans pugnis contudit.

ADVIGILare. Satis credo, si aduigilaueris ex vnis

geminas mihi conficies nuptias. Isthęc quum ita sint, tanto magis te aduigilare æquum est.

EVigilare. In quo euigilauerunt curæ & cogitationes meæ. Et duce stant acies euigilante suo.

VINCIO.

Vincire aliquem cathenis, locum præsidiis, membra numeris, suras cothurno.

VINciri esca atque potatione. Vincto pectore virgo. Amicitiam bene vinctam inter se habere.

DEuincire aliquem sibi, suisq; in perpetuum summo beneficio. Cum summo illo oratore affinitate se deuinxerat. Nostro beneficio deuincti. Hoc beneficio vtrique ab vtrisq; vero deuincimini. Cathenis deuinctus. Coniunctio sanguinis deuincit homines charitate. Vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala. Istoc ne facto tibi deuinxisti? Metri necessitate deuincti. Conuenit adesse contra prouinciam quam tot officiis, tot laboribus, tot etiam periculis meis deuinxerim. Quorum principum Hermippum non solum sermone meo, sed etiam familiaritate deuinxi. Eodem conscientię scelere se deuinxit. Cras te quasi Dircem olim duo gnati Iouis ad taurum deuinxere.

VINCO.

Vincere aliquem amore. Vincere aliquem arte dicendi.

Vincere arte Grammatica. Vincere aliquem arte Gymnatica.

Vincere aliquem arte Mechanica.

Vincere aliquem arte Musica. Vincere aliquem arte Palæstrica. Vincere aliquem arte Rhetorica.

Vincere aliquem beneficiis.

Vincere aliquem carminibus, cereuisia, ciuilitate, cululis. cursu, forma, fortuna, infortunio, ingenio, litibus, mollicie, nequitia, omnibus numeris, odio, mutuis officiis, precibus, probitate, pulchritudine, saltu, stilo verbis, vulnere, in iudicio.

Vincere

Vincere acta patris. Vincere animū suum, Catonē grauitate, ceruum cursu, Ciceronem eloquentia, cocleam tarditudine, Crœsum diuitiis, eloquentia omnes expectationē alicuius diligentia sua, Epicurum luxu, Erisichtonē storacitate. Vincit imitationem veritas.

Vincere inertiam diligentia, luxuriam parsimonia. Lynceum acumine visus. Nauseam lauri bacca Nestorem senectute, officiis suis cogitationem alicuius, opinionem omnium, patrem, Salamonem sapientia. Sansonē robore, Sardanapalū mollicie, Stoicū austeritate.

Vincere seipsum, studia omnium, tenacitatem liberalitate, Thersitem deformitate. Vicit vinum quod bibi. Et noctem flammis funalia vincunt. Arma pacis tempore situ vincūtur. Victa iacet pietas. Vinci flammis, flumine, gurgite, incendio.

CONuincere aliquē argumentis, persuasionibus, verbis veritate. Conscientia conuictus. Conuictus multis; auaritiæ criminibus. Conuictus Epicuri erroribus. Vxoris facta conuincam turpia. In homines tanti facinoris conuictos.

Conuincere falsa. Qui & conuicti & condemnati falsi de pugna fient. Iudicio turpi cōuictus. Hæc duo lenitatis & infirmitatis plærosque cōuincunt Maleficiorum multorum conuictam. Conuinces facile ex t na tum. Quo me teste cōuinces? an chyrographo? Cōuictus testimoniis. Cum velis, cōuinces illum esse tuum. Te in isto ipso conuinco, nō inhumanitatis solū, sed etiā amētiæ. Quē ego iam hic cōuincam palam.

DEuincere hostem. Eum ego adeo vno mendacio deuici. Spero consuetudine & coniugio liberali deuictum. Qui Pœnos classe primus deuicerat. Hic animus partim vxoris misericordia deuictus, partim victus huiusce iniuriis

REuincere. Nunquam enim hic neq; suo neq; amicorum iudicio reuincetur.

VIOLO.

Violare amicitiam, aures alicuius, senatus autoritatem, bello aliquem, ciuem, consuetudinē, vrbis, deos, dignitatem, diuinitatem, existimationē, fas, fidem, fœdus, homines, instituta maiorū, iudicia, ius, iusiurandū, leges, mores, necessitudinē, amicitiæ & societatis nomē armis, numen diuinū scelere, patriā, pudicitiā, pudorē, religionem, sacrificiū, verbo aliquem, virginem per vim.

VITO.

Vitars impetus hominum, inuidiā, linguas hominū, malum, oculos hominū, odiū, periculū, sermones, vituperationes. Domnm abeant. Vitent ancipiti infortunio, ne & hic varientur virgis & loris domi.

D Euitare. Tanta me impendent mala, quæ neq; vti deuitem scio, neque quomodo me inde extrahā. Post hac incolumē sat scio fore, nunc si deuito hoc malū.

E V Itare suspicionū offensionūq, caussas sapiētis est. Euitare mulionem. Metaq; feruidis euitata rotis.

I Nuitare maonis poculis, præmiis aliquē. Inuitat genialis hyems, curasq; resoluit. Inuitauit sese in cœna plusculū, id est, expletus est. Quoties largissime se inuitaret, se nos sextantes non excessit. Quā vellem Menedemū inuitatū, vt &c. Ad quē fruendū nō modo nō retrahit, verū etiā inuitat atq; allectat senectus Quāuis blāda ista vanitas apud eos valeat, qui ipsi illā allectāt & inuitāt. A C. Cæsare valde liberaliter inuitor in legationē illam. Sum in eius locū inuitatus.

VIVO.

Viuere alicui, ætatem, ægro, Catonem, Christianum, cœlibem, Crœsum, Epicurū, Ethnicum, Gnathonē, Irum, presso lacte, labore suo, lapsana, virtutis laude magno, puris, puris manibus, moribus antiqus, naturæ, Nestorē, Nestoreos annos, paruo, rapto, sibi, spiritu, suo, vita.n, vitam duram, voto vno, ad aliorum

arbitrium

arbitrium nõ ad suum, ad summã senectutẽ, cum ali quo cõiũctissime, cũ labore magno, de die, de lucro, ex labore aut manuũ opera, ex more alterius, rapinis ex rapto, ex animi sentẽtia, ex voto, in agro colẽdo, in maxima celebritate, in diẽ, in horam, in laude, in oculis hominum, in regno, in vrbe, vltra pensum.

Viuere bene, conuenienter, coniunctissimè, fortunatè, liberè, miserè, neglıgentius. Vixit dum vixit benè. Benè qui latuit, benè vixit. Nec vixit malè qui natus moriensq; fefellit. Ita viuã, vt maximos sumpt[9] facio. Viuit, incẽde ignem, Ada. vbi negotii piculosi pũcto festinandũ admonemus. Nemo est tam senex qui se annũ nõ putet victurũ. Adhuc viuit hæc pestis. Hoc ibi fit vbi nõ verè viuitur. Viuunt arbores.

VIctitare lacte, succo suo, viuo. Benè libenter victitas. Me victitare pulchrè, te miseris modis.

Victitabam volupe parsimonia & duritia.

CONuiuere cum aliquo. Conuiuari de publico, in publico. Nolunt crebro conuiuarier.

REuiuiscere. Reuiuiscet ille nunquam. Si eadem lege reuiuiscere posset. Sed vtinam reuiuiscat frater. Aduẽtu nostro reuiuiscunt iustitia, abstinentia, clementia tui Ciceronis. In quibus reuiuiscente libertate.

VLCISCOR.

Vlcisci aliquẽ. Et senis essem vltus iniuriã. Ni hanc iniuriã meq; vultus fuero. Satis id mihi habeã supplicii, dum illos vlciscar modo. Ego polillũ vlciscar hodie. Malo ego nos prospicere, q̃ vlcisci accepta iniuria. Quos quidẽ ego omnibus sentẽtiis vlciscor. Potuitne iure se vlcisci? Teipsum vlciscãtur. Te ꝑ istis dictis & factis scelus vlciscar. Nostrã vicẽ vltus est ipse sese.

VNDO.

Vndare, vndas facere.

ABundare amore, diuitiis, doctrina, amplissimis honorib[9], igenio, bellicis laudib[9], otio ꝑceptis rerũ vitiis.

Abundat pectus meum lætitia.
Abundat villa porco, agno, hœdo, gallina, lacte, caseo.
I bundans lacte vel lactis.
Nundat Nilus. Agros & sata omnia inũdauit. Actiue.
RE dundare fluminum est proprium. Transfertur tamen. Quod qnidem bonum mihi nunc deniq; redũdat, id est, ptinet, Hesternaq; cœna redũdantes. Omnia deniq; gemitu fletuq; redũdassent, id est, plena luctu omnia, Fossa gurgitibus. Prçsertim quũ tu omnibus vel ornamentis vel præsidiis redundares. Nunc fugientes cõspectum sceleratorum, quibus omnia redundãt, id est, referta sunt. Quorũ tamen ad amicos redundat infamia. Quod & victoris & victi detrimẽtum ad eundem Cæsarem esse redũdaturum. Omnium quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur non ad ipsum gaudiũ magis quam ad similes redundat. Hoc facinus in tuũ redũdabit caput. Vt neq; in Antonio deesset hic ornatus orationis, neq; in Crasso tedundaret. Hoc tẽpus omne post cõsulatum obiecimus iis fluctibus, qui per nos a cõmuni peste depulsi, in nosmet ipsos redũdarunt, id est, incurrũt. Quæ numero hominũ ac multitudine ipsa poterãt in prouincias nostras redũdare, id est, impetũ facere.

VOCO.

Vocare auxilio deos, auxilium, cœtum, concilium, cõuiuam aliquem, diuos in predam, Hylam, manus ad arma, ad opus: nomine suo aliquem, numina magna, operam alicuius, pluuiam, senatum, ventos, verbis suis vel alterius aliquem, votis. Vocare a mœstitia aliquem, id est, abducere.
Vocare aliquẽ ad arma, ad cibũ, ad cœnã, ad cõputationẽ, ad exẽplar alterius, ad incudẽ, ad inimicitias, ad iudicium, ad laudẽ, ad summũ nefas, ad otium summũ, ad opus, ad periculũ, ad pniciẽ, ad salutẽ, ad vim, ad vitã, ad vtilitatem suam. Quo nos vocabis nomine.

Vocare aliquem in arma, in certamina, in cœlũ, in contentionem, in contraria, in controuersiam, in crastinum, in crimen, in hunc diem, in discendi cupiditatẽ, in disceptationem, in discrimen, in dubium, in inuidiam, in iudicium, in ius, in lectũ, in odium, in periculũ, in pœnas, in pugnas in prędã, in quęstionẽ, in spẽ, in suspitionem, in vota. Diuersæq. vocãt animũ in cõtraria curæ. In crastinum vos vocabo. Ego te ex iure manu consertũ voco. Quisquis pręter eat comessatũ volo vocari. Qui esum neq; vocantur, neq; vocant. Veniam, quocũque vocaris. Tanti vocat ille pudicã, id est, vendit. Tum cornix plena pluuia vocat improba voce, id est, denunciat.

Vocat ætas induere virum. Auræ vela vocãt Qua cur sus ventusq; gubernatorq; vocabãt. Vocat dies, lux, tempus incumbere labori, surgere cubitu. Si te fata vocant. Ipsi te fontes, ipsa hæc arbusta vocabant. I quo te ducunt oculi, & fortuna vocarit. Vocat fortuna in emolumentum, in periculum, in quæstum.

Vocat hora, tempus ludum literarium adire, cœnatum cubitũ, lusum, prãsum ire. Vocat lux vltima victos.

Vocat necessitas. Quæ me cunque vocant terræ.

Vocat vẽtus in altum. I bone, quo virtus tua te vocat. Aderitq; vocatus Apollo. Vocatus est eodem nomine. Vocata est opera. Septem fuisse dicuntur vno tẽpore, qui sapientes & haberentur. Alii de vita, alii de gloria & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur. Vocari in diuersa, in diuersa fata.

VOcitare. Pægnium vocitatus est.

VOCIferari, est inani voce aut dolorem aut indignationẽ ostendere, alta voce inclamare. Me dies, vox, latera deficiẽt, si hoc nunc vociferare velim, Actiue.

ADuocare. Aduocauit me sibi hodie. Aduocabo amicos ad hanc rẽ qui adsint. Nunc tu in cõsilium istanc huc aduocasti tibi. Animũ ad seipsum aduocamus.

Aliquem cōtra te aduocare poterat. Sociosq; in ce-
tus littore ab omni Aduocat. Eò senatum aduocat.
AVOcare. Frigida negotia auocant animum. Auoca-
re cócionem a Tribuno, ab omnibus magistratibus.
Auocat a peccatis. Senectus auocat a rebus gerēdis.
Nos auocat a nostris, a iudiciis, a curia, a Republica.
Auocare milites a signis.
CONVOcare. Capio consilium vt senatum con-
gerronem conuocem. Ego de re argentarie iam se-
natum conuocabo in corde consiliarium. Paulisper
tace dum ego mihi consilia in animum conuoco.
Sub vesperum consilium conuocato. Senatus est
continuo conuocatus. Dissipatos homines in so-
cietatem vitæ conuocauit. Alii, ad, legunt.
DEVOcare. Lætus a tumulo suos deuocat. Socra-
tes primus Philosophiam deuocauit è cœlo.
EVOcare. Euocare huc Dauum. Eo vt illum euocem.
Quē euocari hinc vis foras? Intus euocabo aliquē
foras. Euoca huc illum verbis meis foras? Guber-
natorem a naui huc euoca meis verbis. Ad cœnam
euocare aliquem Euocare animū a negotio omni,
a voluptate, a re familiari. Quū ad arma ex Senatus-
cōsulto cōsules euocassent. Sibi euocare testes, Mili-
tes mense Ianuario ex hibernis in expeditionē euo-
cat. Quorū magna pars erat ad bellū euocata. Ma-
gna cōtumelia verborū nostros ad pugnā euocant.
Euocantur ad colloquium. Propter scientiam singu-
larum rei militaris, ad eum est honorem euocatus,
id est, ductus. Omnes qui sunt eius ordinis a Pom-
peio euocantur.
INuocare sibi Deum, Dei suppetias, auxiliares ma-
nus. Præsentem epistolam testibus inuoco. Inuoca-
tus soleo esse in conuiuio.
PROuocare ad iram seu iracundiam. Dares Entel-
lum prouocas. Aquilam cornix prouocat, id est, su-
periorem

periorem se lacessit.

Prouocare crabrones, est furiosos incitare. Prouocat me in aleam vt ego ludam. Quando cò prouocat. A me prouocatus. Neq; iam prouocari in integrum potest, id est, reuocari. Ne ad Catonē qdē ꝓuocabo.

REuocare aliquem ad cœnam, ad consuetudinem, in sermonem longum, amicitiam ad calculos, animum a subtili disputatione ad vniuersam Rempublicā: animum ad belli memoriam, corpus & vires, errorem, exoleta, gradum, libertatem, omnia ad primas notiones, omnia ad suam sententiam, pecuniam, pedē, prętereuntes, rationem ad veritatem, rem ad rationem, coniecturamque, reliquas res ad lucrū prædamque, se, se ab omni contagione virorum.

Reuocare se ad industriam. Reuocare Senatum iam languentem & defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque. Reuocare suos ad sanitatem.

Reuocare tempus omnium reseruandorum.

Reuocare testes, ad arbitrium suum, ad incudem, ad munus suum, pensumq;. Reuocare ad suam cuiusque naturam.

Reuocare ad vitam. Reuocare in crimen.

Reuocare in dubium. De meo cursu Reipublicæ, sum voce reuocatus. Reuocemus hominem.

SEuocare. Quid tute solus è senatu seuocas? Huc si antè ædes seuocem. Non quod difficile sit mentem ab oculis seuocare. Quum interficeretur Cæsar, tunc te a Trebonio vidimus seuocari. Quid illud quod ille a me solus se in consilium seuocat.

VOLO.

Volare auium est. Aquilam volare doces, id est, eum mones qui monitione non egeat. Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ. Volat ille per aera magnum Remigio alarum. Sine pennis volare difficile. Qui per forum volitát. Super aquas assidue volitás.

A Duolare. Ita te para vt ſi inclamaro aduoles. Caprarumq́; vberibus aduolant. Aduolauit mihi ad aures illius vox. Fac, ad me quamprimum aduoles. Aduolans ad eas quæ ſe in mare mergũt. In agrum palumbes aduolant. Aduola in Formianum. Hic tibi Cato roſtra aduolat, id eſt, uolat ad roſtra.

A V Olare, C I Rconuolare, Mercenarii circonuolitãt limina potentiorum. Aut arguta lacus circunuolitauit hirundo.

C O Nuolat populus. In Hecy.

D Euolant omnes. Deuolant angues iubati deorſum in impluuium. Pauore in forum deuolant. Deuolant de tribuna.

E V Olare de malo tantum dicitur. Pœnam aliorũ opibus non ſuis, inuitiſſimis vobis euolarunt. Quum è flamma ſociorum euolaris. Ex illa flamma periculoq́; euolauit. Euolet ex noſtra ſeueritate. Altius me euolare noluerunt.

I Nuolant ab dextra maximo cum clamore. Vix me cõtineo quin inuolem in capillum. Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico.

P R Ouolare. Tunc vniuerſæ prouolant. Infenſis haſtis prouolant.

VELLE.

Quia vidit me ſuam inimicitiam velle. Cœpit dicere ſe omnia a Verris cauſſa velle. Ei quum cautum vellet, ſcripſit vt hæredes iurarent. Liberis conſultum volumus. Huic mandes ſi quid recte curatum velis. Faceres ſuam, ſi velles gratiam. Quam ioco rem voluiſti a me tandem, quin perfeceris? Neque ſinam vt quis nobis maledictũ velit. Quis me volt? Eſt, paucis vos quod monitos voluerim. Quem ego hominẽ honoris potius quã contumeliæ cauſſa nominatum volo. Volo obſequutũ amori illius. Volo vos oratos. Volo oratũ a vobis rẽ iuſtã. Paucis te volo. qd hoc ſibi vult.

vult. Quidnam hic volt inueteriator sibi? Nescio quid hæc sibi velit oratio. Quid sibi vult pater? Velle suum cuiq; est. Te volo. Quid tibi vis. Volo te verbis paucu is si tibi molestum non est. Te tribus verbis volo. Tibi bene ex animo volo. Equidem in eam partem accipioq; & volo.

VELIM NOLim in omni persona eleganter dicitur. Futuri principes, velint nolint, sciant. Omnis homo vel etiam pius, velit nolit, quotidiè peccat.

MALO, NOLO. Nolo gaudet suo contrario. Nolite a me cõmoneri velle. Nolite eo velle carere. Nolite iudices aut hũc natura ipsa occidentẽ velle maturius extinguere. Nolo mẽtiare. Nolo me in via cũ hac veste videat. Nolũt vbi velis, Vbi nolis cupiũt vltro.

VOLVO.

Voluere animo: lachrymas lumina, oculos, saxum Sysiphi, sensu, vices. Tot voluere casus, id est, volui a tot casibus, per hypallagen.

Voluere fluctus venti dicuntur. Et vastos voluunt ad litora fluctus. Continuo venti voluunt mare.

Voluere menses luna dicitur. Multa cum animo suo voluebat. Celeriter sane verba voluens. Longissima complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest.

Voluitur dolium. Adagium in instabiles. Adhuc cœlum voluitur, id est, spes adhuc superest. Volui in præceps, per varios casus. Voluuntur amnes, flumina, id est, fluunt.

VOlutare. Talia flammato secum dea corde volutans. Mecum ipse voluto. Cæcosq; volutat, Euentus animo secum. Qui in veteribus erit scriptus studiose & multum volutatus.

ADuoluere. Aduolutus pedibus meis.

DEuoluere aliquem mœnibus, ruppe, saxo, tecto. Et eò deuolui rem. Ingentia saxa in agmen deuoluunt. Aqua quæ per saxa præceps deuoluitur.

Deuoluere trabem. Ad spē estis inanē pacis deuoluti.
E Voluere. Aut terra, aut mari alicunde euoluam id argentum, tibi. Hac re & omni te turba euolues. Ego nullo possum remedio me euoluere ex his turbis, id est, liberare. Cuius ego neq; principium inuenire, neq; euoluere exitum possum. Facta item ex fortissimis lignis, euoluta omnib⁹ rebus, id est, inuoluta.
I Nuoluere, aurum, thesaurum, panno, linteo. Vt te magis, ac magis otio inuoluas. Inuoluere diem nymbi, id est, obscurarunt. Quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore, id est, tectum. Vereor ne qui, sit qui istius insignem nequitiam frontis inuolutā tegumentis nondum cernat, id est, tectam.
O Buoluere. Verbis decoris obuoluis vitium.
P R Ouoluere ingentia saxa in subeuntes. Hunc in medium viam prouoluam. Teq; ibidem prouoluam in luto. Prououi ad pedes.
R Euoluere in eādē viā. Te reuolutū denuo video esse.
Reuoluere animo, mente, est subinde retractare.
Reuoluere casus est eadem pericula subire.
Reuoluere lecta.

VOMO.

Vomere in mensam.
E V Omere. Vt iram hanc in eos euomam omnem. In eam hoc omne quod mihi ægre est euomam. Vt in eam hæc euomā. Pati non possit vt non acquirat aliquem apud quem euomat virus acerbitatis suæ. In me absentem orationem ore impurissimo euomit.

VORO.

Ille hamum vorat si semel amoris poculum accepit merum. Nos has voramus literas. Resinam ex melle Aegyptiam vorato Vorare vitem.
D E Vorare dicta alicuius, spe regis hæreditatem, hominum ineptias, libros, spe lucrum, paucorum, dierū molestiam, orationem alicuius, ouum gallinaceum integrum,

Integrũ, omnem pecnmã, hominum ſtultitias, tędiũ.

VOVEO.

Vouere aliquem Deo. Vouere votum.

DEuouere. Meq; & meũ caput ea conditione deuoui. Me deuouere pro Po. R o. legionibusq; parat* ſum. Illum ego deuoueo. Deuoueo teq; tuosq; modo. Quorum ſe deuouet aris. Agamemnon quũ deuouiſſet Dianæ, quod in ſuo regno pulcherrimũ natum eſſet illo anno imolauit Iphigeniã. Victoriæ ſe deuouerunt.

VRGEO.

Vrgere aliquem baculo, ceruiſia, clamoribus, culullis, curſu, exhortationibus flagello, fuſte, gladio, laboribus, poculis, telo, verberibus, vino, virga.

Vrgere columbas, forum, incœprum, inſtitutum, ius, occaſiouem & facultatum, propoſitum, ſtudia, votũ. In quo qui inſiſtunt aduerſa nobis vrgent veſtigia, id eſt, contra nos premunt terram. Vrgent comitia.

Vrget æſtus, calceus, calculus, conſcientia impios, frigus, huícus, inædia, infamia, morbus regius, neceſſitas, nuditas, onus, præſentia heri, ſenis, patris, præceptoris: Reſponſum, mala ſcabies, ſomnus, ſopor, ſtranguria, ſtupor, vrina.

Vrget diem nox, & dies noctem. Oculos ſtupor vrges inertes. Tibi quam noctes feſtina, dieſq; vrgebam. Qui ſaxo ſuper atq; ingenti pondere teſtæ Vrgerẽt.

Vrgeri malis. Nunc democriti malis vrgebatur.

VRO.

Vro hominem, id eſt, vexo. Me tamen vrit amor.

Vrit me Glyceræ nitor.

Vrebant montana niues. Illa mentionem Phedrię facit, aut laudat te vt male vrat, Calceus vrit pedem, id eſt, lædit. Vritur cor mihi. Vritur infœlix Dido. Pectore toto Vritur. Quã magis id repeto, tam magis vror. Venatores in niue, in montibus vri ſe patiuntur, id eſt, frigore rigere.

Quod

Quod in hoſpite regia virgo Vreris.

Vrens ventus eſt qui ſiccat, vt Aquilo. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Hoc aduſtum eſt. Ita AMburetur miſero ei corculũ, vt carbũculus. Quaqua tãgit omne amburit. Terre ambuſtus Phaëtõ auaras ſpes.

Mihi nimius calor COMburebat guttur.

Mihi quidem ex animo EXuri non poteſt eſſe deos, id eſt, prorſus eximi.

INurere. Qui voluit illa calamiſtris inurere. Proprium eſt per irati cupere a quo læſus videatur ei quã maximum dolorem inurere. Videte q̃tũ & quã acerbum dolorem ſociorum animis inuſſerint. Tantus enim illorum temporum dolor inuſtus eſt ciuitati vt &c. Dignitas hominis mihi ſuperbiæ crudelitatisq; famam inuſſiſſet. Quas ille leges, faces vrbis & peſtes Reipub. fuerit impoſiturus, nobis omnibus atq. inuſtum nephariis mẽtibus bonorum odium retinebat. Nota certo, quaſi cenſoria inuratur. Si nondum ſcelera, vulneraq. inuſta Reipb. vultis recordari. Peruſtus ardentiſſima febri. Sudibus'ue præuſtis.

VTOR.

Vti, eſt alterius rei gratia. Frui vero ſuiipſius cauſſa.

Vtimur vtilibus. Fruimur delectabilibus.

Vti aliquo benigno, lepido, comi: amico, amicitia alicuius, amore ſurreptitio, animo, animis, æquatione lõga & anguſta, artificio, benignitate in aliquẽ, cõfabulatore, cõgerrone, cõſilio ſuo & ſuorũ, cõſuetudine, vocis cõtentione, cõuictore, defenſore, diligentia, diſciplina, domo, exemplis, melioribus fatis, fide lenonia, proſpero, fortunæ ſtatu, foro, verborũ grauitate, ampliſſimis honoribus, humanitate, imaginibus, improbitate, inuidia minore, laudatoribus, lege ſua, libro, literis, literis Græcis, oculis, officio improbi viri, opera alterius, oratione Cenſoris, facili patre, pædagogo, patrono: pecunia, peditatu populo ſuo.

Vti porta, id est, discedere.

Vti prælijs secundis, promisso, propugnaculo contra omnes impetus, ratiōe, re aliqua, sermologis, diuturno silentio, duplici spe, Tribunatu, firma valetudine nimis commoda, vectigalibus magnis, Vicario, ætatis vitio, umbra, vti aliquo familiariter, moderate. parce, plurimum. Vtar illis vt meis. Omnibus meis rebus vt tuis vtere. Qua quidem nihil vtor abs te. Vti re aliqua ad dignitatem, ad inuidiam, ad libertatem, ad quæstum, ad speciem, ex voluntate, in loco, in tēpore, pro poculis, pro rota vti me licet. Si quid opus erit vtemur ex eo de quo scribis. Quibus vt alijs multis consuetudo iam vititur pro Latinis.

Si placebit vtiminor consilium.

Illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est.

Profecto vteris, vt voles, operam meam.

Cætera quę volumus vti Græca mercamur fide Et quę a superioribus acceperant vtebantur. Ea quæ acceperis vtenda, maiore mensura (si modo possis) iubet reddere. Nihil te vtor. Quæ vtenda vasa semper vicini rogant. Vtile vtamur potius, quam ab te abutamur. Vtendam si roges nunquam dabit.

V Surpare, est vsitare cum dicto, cum facto. Vsurpato duplex cubile. Sed multis officijs illorum vsurpata & comprobata cognitio.

Vsurpare memoriam alicuius cum charitate aliqua & beneuolentia, id est, facere mentionem.

Nō esse vsurpatam mulierem, quū imploratet, sępius vsurparetq; nomen ciuitatis.

Arabiā ego neque oculis, neque pedib⁹ vnq̄ vsurpaui. Illud quod in quibusdā prouincijs vsurpatur vt &c. Quod semper vsurpamus in orationib⁹, dictis ac tactis, minimis aut maximis.

Is qui sapiens vsurpantur, id est, ab omnibus appellatur. Vnde vsurpant aures sonitum meæ?

Idq;

Idq; libenter crebris vſurpare ſermonibus &c.
Vt ego te vſurpem lubens.
Via eadem nunc crebro vſurpatur.
Non vt aliquid ex huius bonis vſurparit.
A Buti argentum, aurum, diuitiis, iure ſuo, ſacris literis, meretricem, operam, patientia alterius, rem patriam, ſermone, virtute.

VVLGO.

Vulgare corpus ſuum, meretricum eſt. Laurentiam vulgato corpore lupam vocatā. Vulgata verba. Neque vllo modo diuulgandum.

PER uulgare ſe omnibus. Via peruulgata. In vulgus peruulgata..

VVLNERO.

Vulnerare, vulnus inferre. Vt redintegratiōe. Illius coniurationis animos vulnerem veſtros. Non ſolum facto, tuo ſed etiam exemplo Rempublicam vulneraſti. Quorum mentes ſenſusq; vulneras. Eos nōdum voce vulnero, id eſt, nominatim non appello.

SEQVVNTVR ELEGANTIAE ADuerbiorum, Coniunctionum, & Interiectionum.

ELEGANTIAE ADVERBIORVM, CONIVNctionum, & Interiectionum.

ABHINC.

ABhinc idem quod ab hoc tēpore, vel ante hoc tempus. Iungiturq; cum accuſatiuo, nunc ablatiuo. In And. Mulier quædam adhinc trienuium commigrauit huic viciniæ. Cic. Abhinc annis quindecim.

ABVNDE.

Abunde ſignificat copioſe, vel ſatis. Saluſt. Abunde ma

gna præsidia nobis in vestra amicitia fore.
Abunde habere. Salusti. Dein quod parentes abunde habemus.
Abunde est Plin. Vtrunq; tam magnum est, vt abunde sit alterum efficere.
Abunde potiri. Cice. Etiam si non abunde potitur, non omnino caret.
Abunde cum genitiuo. Sueton. Se iampridem potentiæ, gloriæq; abunde adeptum.
Abunde est fraudis. Vergil.

A C.

Ac ponitur eleganter post has particulas, aliud, aliter, contra, secus, iuxta, statim, confestim, proxime, perinde, par, æque, item, idem, similiter. In partem, pro eo magis, pariter, dissimile, consimile: quandoque etiam post comparatiuum. Teren. In Phor. Aliud mihi respondes ac rogo. Had.
Ac si. Cice. Similiter facis ac si me roges.
A C Curate, summa cura adhibita.
A C R Iter amare, esurire. Plaut.
Acrius multò insanire, iudicare, persequi. Plau.
Acerrimè emendare. Plaut.
A Cute responsa. Cicero.

A D E O.

Adeo suam habet elegantiam, coniunctione atque præposita, pro potius vel etiam. Auget enim siue corrigit. Trebonius: Nihil adolescente tuo atq; adeo nostro amabilius. Cice. Hoc cõsilio atq; adeo hac amentia impulsi. Idem, Intra mœnia, atq; in senatu.
Adeo, pro eo. Terenti. Adeon' rem redisse? In Heaut.
Adeo absolute ponitur pro valde. In Eunuch. Adolescentem adeo nobilem. Vergi. Adeo a teneris assuescere multum est.
Adeo pro intantum. Adeo superbus est, vt nemini cedat. Vel sequitur. Mire ferox est, adeo vt nec patri cedat.

dat. Nonnunquam sequitur in oratione quæ non habet nisi vnum verbum. Nec parenti concedit, adeo ferox est.

Adeo vt, Barb. quod.

Adeo cum nisi. In Pseud Immemor est officium suum facere, nisi adeo admonitus.

Neq; adeo iniuria. In Epid.

Aut si adeo, bidui, aut tridui hæc molestia est. Terentius in Andria.

A D D E.

Adde, amplificandi particula. Ouid. Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes. Emollit mores, nec sinit esse feros.

A D H AE C.

Adhæc, id est, præterea, continuatiua est vox.

A Dhuc pro hactenus rarissime pręponitur in oratione. Terent. Cessatum est vsq; adhuc. In Adelph Satis adhuc tua frustrata est fides. Alto adhuc meridie, id est, tempestiue. In Pseud. Adhur principio positum. Cice. Adhuc quæ dicta sunt &c. In Phor. Adhuc tranquilla res est.

A D M O D V M, V A L D E.

Admodum adolescentulus. Cicer. Admodum astutus. Plaut.

Admodum excors. Ci. Admodum grandis natu. Plau.

Admodum iratus. In Trin.

Admodum ore rubicundo. In Adel.

Admodum pauci. Cicero.

Admodum nuper. In Heau. Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est.

Admodum in ambiguo est etiam nunc quid de hac re fiat. In Trin. Admodum incerto id scio. In Pseud. Admodũ pro etiã. In Hecy. Aduenis modo? Pãphi.

Admodum pro fere. Liui. Iam mitigati admodũ animi.

A D V E R S V M, id est, O B V I A M.

Magis inde meum officium facerem, si huic eam aduersum.

sum. Id est, obuiã. In Amphitr. Neq; seruulorũ quisquam qui aduersum ierant. In Adelph.
Aegre est quia desit quod ames. In Phorm.
Aegre est istud animo meo. In Casin.
Aegre continui risum. In Asin.
Aegre cuiquam facere, est quod displiceat. In Eunu.
Aegre ferre, a pati. Terent.
Aegre inuenire. Aegre impetrare. Plaut.
Aegre pedibus ingredi Columella.
Aegre mi vehementer suppetit, quòd facto est opus. In (Mil.

AEQVE.

Aeque, ac, atq;, vt, quam. Aeque docto atq; pio.
Aeque absolute. In Hecyra: Aeque eadem studeant vel intq; omnia.
Aeque ambo pares. In Mæne.
Nihil est æque quod faciam lubens Terent.
Nullus est hoc meticulosius æque. Plaut. Aeque mecũ hæc scias. Teren. Iuxta tecum æque scio. Idem.
Aeque quicquam nunc quidem, id est, quod iam audis nempe nihil. In Andria.

AFFATIM.

Affatim pro abunde. Plini. Fruimurq; mensis affatim plenis. Liuius: Affatim edi, bibi, lusi.
Affatim cum genio suo. Liui. Habetis affatim lignorum. Idem: Agri affatim materiæ præbebant ad noua opera molienda. Affatim amare.
Affatim officere. Plautus.

AGE.

Age quum est hortantis, numero singulari iungitur.
Agite p urati. Agedum vtriq;.
Eia age rumpe moras.
Agite iuuenes, expedite vires.
Agedum ostende.
Agedum conferre nunc cum illius vitam. P. Syllæ
Eiusdem generis sunt Fac, Cedo, & Amabo.

Age plurali iunctum. Terent. Age, eamus intro.
Age vero. Age vero ad bellũ in Africa gestũ veniam*.
Age age. In Phor. Age age vt libet.

A H.

Ah modo dolentis siue commiserantis est. Vergil. Quem fugis ah demens? Modo admirantis. Plaut.
Ah quid agis?
Ah ah mi homo, sanus ne es. Terentius.

A L I A S.

Alias, tempus, locum, modum, rationem, notans significat alioqui. Cic. Sed de hoc alias. Ter. Alias vt vti possim caussa hac integra.
Alias geminatum. Plinius: Alias admota cœlo, alias cõtigua montibus.
ALibi. Ter. Alibi habebam animum amori deditum.
Aliò. Terent. Illi suum animum aliò conferunt.
Alioqui. Plin Fuit alioqui in summo discrimine.
Aliorsum. Ter. Ne'ue aliorsum atq; ego feci, acceperit.
Aliqua. Terẽ. Vereor ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Aliquando. Terent. Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum.
Aliquantisper. Vide aliquantum.
Aliquò profugiet militatum. Terent.
Aliquò terrarum. Brutus. Ex Italia migrandum Rhodum aut aliquo terrarum arbitror.
ALiquo VERsum, versus aliquem locum. Plaut. Ego Polistam iam aliquò versum regulam dedero.
ALiuersum, versus alium locũ, & per metaphorã, ob aliã caussam. Plau. Atq; ego isthuc aliouersũ dixerã.

A L I Q V A N T V M.

ALIQuantum (quod inepte aliqualiter dicitur) ad modum refertur: Aliquantisper ad tempus, sed cum significatione breuitatis. Ter. Huic concede aliquam tua. Idẽ. Cur nõ ludo hunc aliquãtisper? In Adelph.
Aliquantum cum comparatiuo. Teren. Eius frater aliquantum

quantum ad rem est autor.

ALITER.

Aliter gaudet his particulis ac, atq., quam. In Adel. Nunquam te aliter atq. es, in animum induxi meum. Varro: Quædam aliter olim ac nunc. Plau. Aliter faciunt, quam vxores suas æquum est viros.

Aliter geminatū. Aliter catuli longe olent, aliter sues.

Aliter absol. Terent. Aliter de hac re mea est sententia.

ALte sedet animo quod primis discitur annis.

AMABO.

Amabo interiectio blādientis, & amantis vt: Dic amabo. Quo amabo ibimus?

Vmabo cum accusatiuo. Cic. Amabo te, incumbe in eam rem. Idem: Amabo te, aduola, consolabor te.

AMpliter acceptus, occupatus, satur, testis. Plau.

AMpliter apponere, immergere, mentiri sumptum facere. Plaut.

AMPLIVS.

Amplius eleganter iungitur nunc accusatiuo, nunc ablatiuo, nunc nominatiuo sine particula quam. Cæs. Amplius horas quatuor fortissime pugnauerunt id, est, plusquam. Ter. Sexaginta annos natus es, vt conijcio & eo amplius. Cice Amplius sex sunt mēses i. diutius quam. Liuius: Victi amplius ducenti cecidere. Vergil. Noctem non amplius vnam.

Amplius cum genitiuo. Plaut. Gaudeo tibi mea opera liberorum esse amplius.

Amplius quā. Plau. Neq. hoc amplius, quam quod vides, est nobis quicquam.

Amplius deliberare. In Phor Ego amplius deliberandum censeo.

AN.

An ponitur interrogatiue, & proprie de pluribus, nonnunquam de duobus. Terent. An quicquam est etiā amplius?

An dubitatiue. Nescio an sileam an loquar.
An coniunctio pro si. Terent. Haud scio an illam nunc misere amat. An ne interrogandi, poëtis peculiare. Terent. An ne intus est Pamphilus?
An ne dubitandi. Teren. Et iam haud scio an ne vxorem ducat.
An non interrogandi. Terent. An non dixi hoc esse futurum? Idem: Tibi ego dico, an non.
An non dubitandi. Plaut. Tentabam spirarent an non auræ?
An nondum. Teren. Reperisti quod tibi placeat, an nõdum etiam?
ANTE præsciisse. Terent. in And.

ANTEHAC.

Antehac, ante hoc tempus, ad tempus loquentis refertur. Tantum hodie didici, quãtum antehac nũquam. Id miraculi antehac vidi nunquam.
ANTEA, ante id tempus.
ANTIQuitus pro olim. Plinius.
APERte amare, adulari, dicere, fabulari, fallere, irridere, loqui, narrare, odisse. Aperte malus.
APPOsite, apte, accomodate. Cice. Dicere apposite ad persuasionem.
APPRIME nobilis, obsequens, probus, vtile.
ASPERE monere.
ASTVte labefactari ab aliquo. In Eunuch.

AT,

At variam habet elegantiam.
At in principio libri. Verg. 4. At regina graui iamdudum saucia cura. Vulnus alit venis.
At cum admiratione pariter ac interrogatione laudat vel vituperat. In Eunu Fucum factum mulieri, at quẽ, deum? In Phorm. At quem virum?
At pro saltem. Cato: Si non eodem die, at postridie.
At execrantis est. In Andria: At tibi dii dignum factis

exitium

exitium duint.
At optantis. Plaut. At tibi dii omnes bene faciant.
At imprecando exclamat. At ò deorum quisquis in cœlo regis terras.
At geminata, admirationem ostendit. In And. Atat hoc illud est.
At orat. Cic. At videte hoīs intolerabilem audaciam.
At simpliciter interrogat. Cice. At per deos immortales, quid est quod de hoc dici possit?
At affirmat. In Eunuch. At diligenter, at mutare.
At pro sed. Cic. Quid porro quærendum est, factum ne sit? At constat?
At per ironiam quandam inducitur. Cice. At mores commodi, quis contumacior?
At enim. Terent. At enim caue, ne prius quam hanc a me accipias, amittas Chreme.
At etiam. Ter. Exi fuoras scelefte, at etiam resistas?
At aptum responsioni, vt at iam, at nunc. Terent. At iam hoc opus est. Idem: At nunc faciet. Idem: At ita, vt vsquam fuit fide quisquam optima.

ATQVE.

Atque coniunctio copulatiua. In And. Atq; ipsis commentum placet.
Atq; pro quam, quum comparat, gaudet quoque eisdē particulis quibus ac, Recurre ad præcedentia. Ioannes est doctior atq; tu.
Atque adeo. In Casi. Esurio Hercle, atque adeo nunc parum sitio.
Atque eccum. In And. Atque eccum video, adibo.
Atque ædepol And. Atq; ædepol ea res est.
Atq; equidē. In Eunu. Atq; equidē orant ne id faceret.
Atq; etiam. In Adelph. Cupide accipiat faxo, atque etiam bene dicat se cum esse actum.
Atq; id. In Amphit. Iterum iam hic inclementer in me dicit, atq; id sine malo.

Atq; ita. In Eunuch. Atq. ita opus est.

ATQVI.

Atqui coniunctio pro certe, elegantius. In Adel. Atqui ex me hic non natus est. sed ex fratre.

Atqui pro imo. Terent. Atqui ea res multo maxime di siunxit illum ab illa

ATTEnte fungi officio In Heaut.

AVDacter facere, iurare, ardere, loqui monere.

AVSpicato, bono omine. In Andria: Haud auspicato huc me appuli.

AVT.

Aut coniunctio disiunctiua. In Andr. Venientes aut abeuntes.

Aut dubitantis. In Eunuch. Neq. scio quid dicam aut quid coniectem.

Aut certe. Cic. Id aut ereptum illi est, aut certe nobis communicatum, id est, ad minus.

Aut aut, membra sunt hypoteticæ propositionis. Ioannes aut pius aut impius est.

AVTEM.

Autem subiunctiua coniunctio est. In Adelph. Ctesipho autem in amore est totus In Eunuc. Quid hoc autē est? Ibidem: Quid mea autē? quid faciet mihi?

Autem, pro similiter. In Trucul. Abite, tu domum, & tu autem domum.

Adeo autem. In Eunuch. Atque adeo autem, cur non egomet intro eo?

Ecce autem. In Adel. & Eunuc. Ecce autem alterum.

Ille autē. In Eunuc. Ille autē bonus vir nusquā apparet.

Porrò auttē. In Adel. Quid tu autē Thraso. In Eun. Tu autem. In Eunuch.

Autem indignantis In Adelphis, Egõ ne autem debacchatus sum in te.

BENE.

BENE singularem apud veteres scriptores habuit vsum

vſum,eumq; varium. Bene pro valde inuenitur.
Bene magna caterua. Cice.
Bene longæ literæ. Idem: A Curione mihi literæ bene longæ.
Bene longus ſermo. Cic. Habetis ſermonē bene longū.
Bene magna claſſis. Caſſius.
Bene multi, id eſt, plurimi. Aſinius Pol. Habet merces bene multas. Bene magnum tempus. Hyrcius.
Bene longe digredi. Idem: Noſtri ex humili conualle bene longe ſunt digreſſi.
Bene longa hora dies. Bene longa meta.
Bene magna domus, ciuitas, multitudo, manus.
Bene multa vulnera. Hyrcius: Bene multis muneribus affecti.
Bene magnus liber, vir. Bene doctus.
Bene lauta cœna. &c. Bene linguax. Eraſ.
Bene mane & multo mane, eſt prima luce aut ſummo diluculo. Hæc ex Adriano Card. Cic. Ad eum ſeptimo idus literas dedi bene mane.
Bene cecidit res aut alea, id eſt, ſucceſſit. Vix bene. Non ſatis bene.
Bene euenire. Plin. Bene ac fœliciter eueniret nobis.
Bene vertat, cedat, eſt bene precantis. In Adel. Dii bene vertant.
Bene eſt. In Trin. Bene ſit tibi. Bene ſe res habet.
Bene habet impersonaliter.
Bene hoc habet. In Epid.
Bene eſſe, pro bene viuere, bene habere. Teren. Tibi bene eſſe ſoli, cum ſit ſibi male. In Adelph.
Bene habeo, recte valeo In Aulula. Vt bene haberem filiæ me in nuptiis. Si te bene habes, &c.
Bene habent tibi principia. Bene dico.
Bene precor, datiuum poſtulat non accuſatiuum.
Bene volo, cupio, facio. In And. O factum bene. In Heauton. Tibi ex animo bene volo.

Bene viuo. Ouid. Crede mihi, bene qui latuit bene vixit, &c.
Sat cito, si sat bene. Minus bene
Bene se aut rem gerere. In Adelph. Potasti scelus quasi re bene gesta.
Bene mecum agitur. Ibid. Bene dicat secum esse actum.
Bene accipere aliquem, est honeste tractare.
Bene ambulato. Inepte deus te conducat. In Merc.
Bene audire, est laudari. In Hecyr. Benedictis si certasset, audisset bene.
Bene amo. Ita me dii bene ament. In Eunuch.
Bene mereri de aliquo est bene facere, beneficia conferre, Cic. Nihil est quod tibi maiori fructui gloriæq; esse possit, nec quicquam in omnibus rebus humanis est præclarius ac præstantius, quam de Repub. bene mereri. In Asina. Bene merenti mala es, male merenti bona es.
Bene assimulare. In Andr. Has bene vt assimules nuptias.
Bene conuenit inter eos. Teren. In Hecy. Primum dies complusculos bene conueniebat sane inter eas.
Bene dissimulare. In Andr. Bene dissimulatum amorem & celatum indicat.
Bene cogitare de aliquo. Plin. Hoc tuo studio bene de te cogitantem, liberaliorem reddes.
Bene curare ætatem. In Pseud. Qui se suamq; ætatem bene curant, edunt, bibunt.
Bene hercle denuntias, id est, bona nuntias. In Trin.
Bene ferre gratiam alicui. In Rud. Te mihi benigne itidem addecet bene merenti bene ferre gratiam.
Bene aliquem iuuare. In Mostel. Nunc te obsecro, vt me bene iuues, operamq; des.
Bene narrare in Eunuch. Bene ædepol narras.
Bene nummatum marsupium.
Bene nummatus homo. Horat. Et bene nummatum decorat suadela Venusq;.

Bene

Bene perfectum est a te. In Heaut. Quam bene verò abs te perspectum est.
Bene præcipere. In Adelph. Si quid bene pręcipias, nemo obtemperat.
Bene promeruit. Ibidem. Verum enim quando bene promerui fiat.
Bene pmittere. In Pœ. Bene pmittis multa ex multis.
Bene putas. Terent. In Eunucho.
Bene valere. In Trinum. Bene hercle est illam tibi bene valere & viuere.
BELLE habere Cicero.
BEnigne dicere, facere. In Adel. In Phorm.
BREuiter attingere Plinius.
BREui respondere. Cic. Breui fieri diuitem aliquem. In Rud.

CARPTIM.

Carptim perscribere. Cicero.

CEDO.

Cedo aduerbium, quum flagitamus aliquid exhiberi, pro die, aliq̃do pro dicite poni solet. Cicero: Cedo qui vestram Rempub. tantam amisistis, & tam cito.
CERTAtim amare aliquem. Cice.
Certatim progredi. Idem.

CERTE.

Certe aduerbium confirmantis. In Andr. Certe captus est. Certe is est. In Trin.
Certe pro saltem: vt, Si me non amas, certe ne oderis. In And. Molestus certe ei fuero.
At certe idem in hoc modo.
Certe iunctum huic verbo scio, mutat e in o: vt, Certo scio. Terent. Atqui certo comperi.
Dicimus etiam certum scio, vt supra patet.
Certe scio. In And. Certe enim scio.
Certe ædepol. In Amph. Certe ædepol scio.
Certe hercle. In Andr. Certe hercle nunc hic se ipsus fallit.

fallit haud ego. Quidem hercle certe. In And.
Certe inquam. Plaut. in Asin.
Certe si. In And. Certe si resciuerim.
Et certe. In Eunuch. Et certe ipsius est.
CERto enim. In Aulu. Certo eum ego vocem hic loquentis modo me audire visus sum.
Quidem certo. In Epid. Me quidem certo seruauit cō filiis suis.
Certo hæc mea est. Plautus in Pœnu.
Quidem hercle certo. In Phorm. Tua quidem hercle certo vita hęc expetenda, optandaq; est. Et ea est certo. Certo comperi. In Euuch.
Certo scire. In Andr. Hoc certo scio.
Certo petii. Plautus in Pœnu.
Pro certo. In Adelph. Pro certo'ne tu isthæc dicis.
Pro certo habere. Cice. Pro certo creditur Salust.

CAETERA.

Cæterum aut Cętera, elegas cum primis expletiua particula.
Cętera sospes, Gręca loquutio. Ouid. 9. Cætera sospes habet præter podagram.
Cætera Graius aut Græcus. Verg. 3.
Cætera ignarus, eruditus, doctus, bonus, malus, verus, verax, mendax, fortis, strenuus, frugi, integer, felix, prosper, tenax, lætus, pius, defornus, formosus, temperans. Cæterum, transitionis particula est, vbi de alia re dicturi. In Eunucho, Cæterum de exclusione verbun nullum.

CEV.

Ceu aduerbium similitudinis, imaginem rei significat. Plin. Stellæ autem nos nauigantium aliisq; nauium partibus ceu vocali quodam sono insistunt.
CIRciter pertinet ad tempus. Circiter Calendas Martias huc veni, Pli. Olympiade circiter quadragesima secunda. Et ad numerum.

Circiter duum milium militum. Et ad locum: vt, In media circiter vrbe templum constitui solet. Plin. Vnde circiter ducentis milibus distat. In Cist. Loca hæc circiter, excidit mihi.

CLARE loqui, bar. alta voce

COGItate scribere, suam rem tractare, verba facere. Cicer.

COMmode & Commodum, id est, opportune, in ipso tempore in Eunuch. Illa sese interea commodum huc aduerterat in hanc nostram plateam.

Commodum obuiam venio In Merca. Si isthac ibis, commodum obuiam venies patri. In And. Commodum huc aduenerat.

Commodum obsonare, est sine magno sumptu obsonium comparare. In Mili.

Commodum sequente cum, significat vix vel tantum. Cic. Commodum ad te miseram Demeam, cum heros ad me venit. Idem. Commodum discesseras heri, cum Trebatius venit.

Commode pro bene, vel potius optime, vel apte: vt, Commode cogitare, dicere, legere, tractare, valere, verba facere.

Commode vel percõmode cadit, id est, optime succedit. Cicer. Hoc adhuc percommode cadit.

Commodius esse opinor duplici spe vtier. In Phorm.

Commodius tecum agitur quam mecum.

COMInus non significat in loco propinquo, sed è loco propinquo, barb. de prope.

Cominus spectabat. Cominus pugnabat.

Cominus sedeo, non dicimus.

COMposito factum est, id est, ex pacto. In Phorm.

Ex composito nihil non facere. Plin.

CONfestim iungitur pulchre his dictionibus vt, atq;, quam, Marcellus: Poterit confestim, vt fuerit alienatus, petere.

CONfidenter astare, colloq; facere, loqui, restare, &c.
Constanter agere, diligere, in sententiam manere.

CONTinuo, protinus, statim, præcedente negatione aut addita particula interrogatiua vim negādi haben te, significant non ideo, vel num ideo. Quintil. Continuo ne si ille stultè cogitauit, nobis quoq; stulte dicendum est. i. num ideo? Qui nobis assentatur, is nō continuo amicus putandus est, id est, non ideo.

Continuo exeo. Continuo hic adero. In Heaut.

CONTRA.

Contra, cum ac, atq;, quàm coniuncta. Cice. Si hæc contra ac dico essent omnia. Idem: Faciam contra atq; in cæteris causis fieri solet. Vlpianus. Si quis contra q̃ prohiberetur fecerit.

Contra, vel è contrario vel è diuerso. Inepte, econtra. In Phor. At tu mihi contra nunc videre fortunatus.

Contra vicissim. In Adelph. Ille vt item contra me habeat, facio sedulo.

COram in præpositionibus habes.

CVM.

Cum minus, Tum maius signat. Ioānes cum ludum tum literas amat.

Et iunguntur ferè semper verbis indicatiuis, at saltem eiusdem modis.

Cum aduerbium elegantia sua non caret, vbi de tempore fit mentio.

In Bacch. Iam aderit tempus, cum sese etiā ipse oderit.

Cum, pro vbi vel quando: vt, Cum primum venerit pater, dicito me esse domi.

Vel cū indicatiuo. In Eunu. Cū huc respicio ad virginē.

Cum pro quamuis. Cum nihil sit te sordidius, tamen liberalis nomen tibi vendicas.

Cum pro quod. In Rud. Cum istæc res male euenit, tibi Grippe gratulor.

Cum præsertim, vel præsertim cum. In Eunu. Præsertim cum

tim cum se seruum fateatur tuum. Salust. Cum præsertim tam multæ variæq; sint artes animi.

Cum maxime, pro nimis. In Hecy. Hanc Bacchidem amabat, vt cum maxime, tum Pamphilus.

CVmulate, abunde.

CVR.

Cur, suam quoq; venustatem habet. Cic. Erant cur[illegible] hoc tempore istic esse nollem. Idem: Non fuit caussa cur tantum laborem caperem. Quid est cur? Cicero. Quid est Q. Naso, cur tu in hoc loco sexto sedeas?

Quæ causa est cur. Idē: Quæ causa habita fuerit cur interficere Opianicum vellet?

Cur, sine interrogatione. Cice. Non fuit causa, cur tantum laborem caperes, & ad me venires.

CVRsim, currendo. Cursim legere, agere, annotare, causam attingere, currere.

DEHINC.

DEhinc. In Andr. Dehinc vt quiescant porrò moneo, vt desinant maledicere.

Dehiuc, ab hoc tempore. In Eun. Deleo omnes dehinc ex animo mulieres. Dehinc iam. In Mer. Missas ego iam artes istas feci & quidem ego dehinc iam.

Dehinc cæterum. Plau. in Pœn. Dehinc cæterū valete.

Nunc dehinc. In Eunu. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam fore.

Nunc iam dehinc. In Pœnul. Siquidem ante mentitus, nunc iam dehinc erit tibi verax.

Dehinc, pro deinde. Salust. Arduum videtur res gestas scribere, primum quòd facta dictis exequanda sint. Dehinc quò plerique, delicta quæ tu reprehēderis, maleuolentia atq; inuidia putant esse dicta.

DEIN & Deinde, idem. In And. Dein quæstum occipit. In Prolog. Heau. Et deinde facturum autumat.

DEINceps, id est, per vices, vel vnum post alium gradatim, per ordinem. Liu. Ita duo deinceps reges, ali[illegible]

ali[illegible]

alia vice, ille bello, hic pa e ciuitatem auxerunt.

Deinceps, pro præterea. Liui. Cædem deinceps tyranni, seq; autorem ostendit.

D E M V M.

Demum, aliquando significat tandem. Teren. Nunc demum venis? Idem: Nunc demum intelligo.

Demum, pro prorsus vel solum, quãdo præcedit is, ea, id vel ita. Cic. Ea demum magna voluptas est parem verbis vitam agere. Terent. Id demum iuuat, si quem æquum est benefacere, is facit. Is demum, fortis est qui se vincit.

Post demum: Tum demum.

D E N I Q V E.

Denique solet multis enumeratis, in extremo poni. In Phor. Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias, hæc deniq; fuit eius oratio. Metus quid futurum denique esset. In Heau.

Tum denique omnes nostra intelligimus bona, quum quæ in potestate habuimus, ea amisimus In Capt.

D E N V O, idem est quod iterum, quasi de nouo Terent. Metuo ne denuo hinc aliquò extrudar. In Mostel. Aedificantur ædes tota denuo.

D E O R S V M.

Deorsum. In Amphi Deuolát angues iubati deorsum. In Adelph. Nostrn porticum apud macellum hanc deorsum?

Sursum deorsum. Terent. In Eunu. Ne sursum deorsum cursites.

Deorsum versum. In Adel. Vbi eò veneris, cliuus deorsum versum est.

D I Ssimulatim, id est, Dissimulanter.

D O M Esticatim, id est, per singulas domos.

D I V.

Diu, per longum tempus significat continuatiue. In Eunu. Vbi est, diu celari non potest.

Diu vi-

Diu vitam dare. In Mili. Huic homini dignum est diuitias esse, diu vitam dare.
Diu aliquid perdiscere. Pli. Vt diu penitus perdisceres, quæ mox præcipere deberes.
Diu est quum. In Merca. Illi quidem, haud sane diu est, quum dentes exciderunt.
Diu est quod. Ibidem: Syra non redit, quam accersitum patrem iam diu est quod miseram.
Diu multumq;, vel multum diuq;. Cicer. Cum multum diuq; vixeris. Pli. Diu multumq; hæsitaui.
Diutius, comparatiuus a diu. In Ruden. Vos amici detinui diutius. Cicer. Diutius in hoc desiderio esse non possum. In Heaut. Tibi ne hæc diutius licere speras facere? Diutius quanto. In Heaut. Quanto diutius abest, magis cupio tanto, & magis desidero
Diutius anno Cic. Ne diutius anno in prouincia essem.
Diutissime senex. Idem.
Diu & iamdiu differunt. Diu significat actum transeuntem, Iamdiu insistentem. Diu est quod vrbem intraui, non dudum vel pridem intraui, dicitur, Iamdiu vxor mihi ducta est, & adhuc virgo est.
DOcte expedire fallaciam. Docte ludificare senes.
DOnec, quousq;, quoad.
Vsque donec. In Adelphis: Certum obsidere est, vsque donec redierit.
Vsqueadeo donec. In And. Nunquam destitit orare, vsqueadeo donec perpulit.
Donec ad hæc tempora peruentum est. Liuius.
Donec, quamdiu. Oui. Donec eris felix, &c.

DVDVM.

Dudum, iamdudum, de paruo tempore vnius horæ, duarum aut trium: sed dudum significat arctum transeuntem, iamdudum insistentem & manētem: vt, Dudum vel nuper recessit, non diu. Iamdudum magister est in scholis, id est, non diu fuit & adhuc est. Quum dudum?

dudum? Non dudum ante lucem. In Phor. Incertior multo q̃ dudum. Dudum exigit verbum præteriti tẽporis, iamdudum præsentis.

Dudum de tempore longiore. In And. Vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes.

D V M.

Dum & donec significant quãdiu, vsquedum, gaudetq; dum his verbis moror & expecto. In Eunuch. Expectabo dum veniat. Liui. Paucos morati dies, dum socii venirent.

Dum & donec quandoque iũguntur subiunctiuo quandoque indicatiuo: vt, Dabo operam literis donec viuo, vel donec moriar.

Tantisper dum. In Adelph. Ego te meum dici tantisper volo, dum quod te dignum est, facis.

Dum pro ut. In Capt. Nihil precio parcit, filio dum parceret.

Dum, pro quando. In Andr. Dum licitum est ei, dumq; ætas tulit, amauit. In Heaut. Dũ incipias, grauia sunt, dumq; ignores: vbi cognoris, facilia.

Dum, priusquam. In Heaut. Dum moliuntur, dum comuntur, annus est.

Nihil dum, pro adhuc. Cicer. Nihil dum audieramus.

Dum, postq̃. Martial. Audieras dum grande sophos.

Dum modo. Iuuena. Malo pater tibi sit Thersites, dum modo tu sis Aeacide similis, Vulcaniaq; arma capessas.

D V N T A X A T.

Duntaxat, idem significat quod solum, sed non recipit post se particulam sed etiam, sicut solum & tantum. Cic. Vt tradamus ea duntaxat quæ nos vsus docuit. At nos dicimus: Non rhetorice duntaxat, sed etiam omne doctrinarum genus cognoscendum.

Non duntaxat, pro non solum. Liu. Nec animum nobis dũtaxat fidelem ac bonum præstitit, sed omnibus interfuit bellis quæ gessistis.

DVRiter agere vitam, se habere. Duriter factum.

EATENVS.

EAtenus post se vt quoad & quatenus, & interdũ vbi admittit, significatq; tandiu vel vsq; ad id. Cice. Verba ꝓsequens eatenus, vt non abhorreant a more nostro. Idem: Frres eatenus, quoad p se negligerat eas leges. Caius: Eatenus dabitur in eum actio, quatenus ex ea re locupletior factus est. In Mostel.

Eatenus abeunt a fabris, vnũ vbi emeritũ est stipendiũ.

ECCE.

Ecce aduerbium: & repentinum aliquid insperatũ vt significat. In Eunu. Ecce autẽ, video rure redeũtẽ senẽ.

Ecce cum nominatiuo. Cicero. Ecce postridie Cassii litere. Idem. Ecce Antonius &cæt.

Ecce tibi, frequentissimum apud Ciceronem. Cicero: Ecce tibi nuntius pueros venisse Romam. Idem: Ecce tibi & bruti & tuæ literæ. Ecce cum accusatiuo (idq; rarius secundum Vallam). In Eunu.

Ecce autem alterũ. In Phor. Ecce autem similia omnia.

Ecce me. In adelph. Ecce me, qui id faciam vobis.

Ecce rem. In Men.

ECCVM.

Eccum, eccam, ellum, ellam, per aduerbia exponuntur, non per pronomina: vt, Eccum, id est, ecce hic. Ellũ id est, ecce illic. Vtimur autem sic: Eccum ipsum.

Eccum Iupiter. Eccum adest. atq; eccum. Sed eccum.

EFFVse. Effusissime diligere. Plin.

EGREgie, excellenter. Idem: Illud quoq; egregie, supple factum.

Egregie charus. In andr. Quam ego animo egregie charam pro vxore habuerim.

Egregie ad miseriam natus. In Heaut.

Egregie studere, valde. In andr. Horum ille nihil egregie præter cætera studebat.

EHEV nullum casum poscit. In Bucol. Eheu quid

volui misero mihi.

EHEM interiectio est eius qui cõmotus sit. In Adel. Ehem oportune, te ipse quærito.

EHO auscultantis interiectio In hecy. Eho, nun quidnam accusat virum? (via est.

Eho, admonentis. In heaut. Eho quæso vna accedundi

Eho, admirãtis. In And. Eho Misis, puer hic vnde est.

Eho quæso, interrogantis. In heaut. Eho quæso, laudas qui heros fallum? Eho, excitantis. In And. Eho, dic mihi.

Eho, vocantis. In Pseud. Eho Pseudole. i. gladiũ affer.

Eho tu, eho tu. In Merc. pro heus heus.

Ehodum. In And. Ehodum ad me.

Ehodum bone vir. In And. Grauis est interrogatio, & minantis cum iracundia.

Ehodum, dic mihi. In And. & Eunuch.

EIA, aduerbium est correctionem significans aliquando. In Eunuch. Eia, haud sic decet.

Eia, ne. In Phor. Eia, ne parum leno fies.

Eia, vt. In heaut. Eia, vt elegans est.

Eia, hortantis. In Epid. Eia verò age dic.

Eia, in principio epistolæ positum. Plin. Eia tu, quũ proximè res agentur, quoquomodo ad iudicandũ veni.

E Minus e loco remoto. Ineptè, a longe. Eminus iaculatur.

E N.

En habet nominatiuum & accusatiuũ, capiturq; demõstratiue & exprobratiue. Demonstratiue: vt, En Priamus. Exprobratiue. Seneca: En paridis hostẽ. Quin. En improbitas. Cic. En crimen.

En sine casu. Vergil. En ipse capellas Protinus æger ago. In Phorm. En vnquam cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam?

Enim causalis coniunctio, Sueton. Par enim vtriusque arrogantia fuit.

Enim affirmatiue, primo loco positum. Terent. Enim

non

nō siñã. In Trin. Enim me nominat. In Mil. Enim cognoui nūc. In hecy. Enim lassam oppidò tū aiebant.
At enim. In Eunu. At enim isthæc in me cudetur faba.
Enim certe. Cice. Moriendum enim certe est, & id incertum, an eo ipso die.
Certe enim. In And. Certe enim scio.
Nihil enim. In Adel. Nihil enim commenta est mater.
Verum enim. In Adel. Verum enim quando bene promeruit, fiet.
Imo enim, In And. Imo enim quã maxime abs te postulo atq; oro.

ENIMVERO.

Enimuero, id est, certe, in principio positum. In Heau. Enimuero reticere nequeo. in An. Enimuero spectatum satis putabam.
Enimuero postpositum. In Amph. Nego enimuero in Persa. Aio enimuero. in Eunu. imo enimuero infeliciter. in Cap. Nunc enimuero occidi.

EO.

Eò significat ad eum locum. Cicero. Eò redactæ res erant, vt nulla amplius spes esset. in Adel. Nisi eò ad mercatum veniam, damnum maximum est.
Eò, pro intantū. in Phor. heu me cupidū eò cōpulisset.
Eò, propterea. in hecyr. Eò ad eam non admissa sum. in Eun. Eò tibi videtur fœdus. ibidem: Eò'ne es fœrox, quia habes imperium in belluas?
Eò vt. Cicer. Marionem ad te eo misi, vt aut tecum ad me quàm primum veniret, &c.
Non eò quin. in Asin. Ea res me male habet, ac non eò quin tibi non cupiam quæ velis.
Eò dico ne. in Aulula. Eò dico, ne me thesaurum reperisse censeas.
Non eò dico quin in Trin. Non eò hoc dico, quin quæ tu vis ego velim.
Non eo dico quòd. in heau. Neque eo nunc dico, quòd quidquam illum senserim.

Eò fit quia. Ibid. An eò fit quia in re nostra aut gaudio sumus præpediti nimio aut ægritudine?

Eò cum comparatiuo. In Aul. Cara omnia atque eò fuerunt cariora, æs non erat. In pœn. Eò facilius facere potest.

Plus eo. In Hecy. Dies triginta aut plus eo in naui.

Eo socius. Sueton. Nec eo socius plurimos docuit.

Eo magis quod. Cicero: Et eo magis, quod P. Sulpitio vtebare multum.

Eo loci. Cic. Res erat & causa nostra eo loci, vt erigere oculos & viuere videretur, &c.

Eodem loci. Cic. Res eodem est loci, quo reliquisti.

Eousq;, cum genitiuo, Quintil. Eousq; scientiæ progredi posse, &c.

Eousq, donec. Val. Max. Natam vitem eousq; creuisse, donec, cũctas dominationis suæ partes inumbraret.

E T.

Et, coniunctio copulatiua: vt, Cicero eloquens fuit, & philosophus.

Et geminatũ. Verg. Multũ ille & terris iactatus & alto.

Et causalis, pro etiam. Ver. Natus & ipse dea. Quicũq; tibi inimicus erit, is erit & mihi, id est, etiam mihi.

Et, interrogatiua seu expletiua. Idem: Et quæ tanta fuit Romam tibi caussa videndi?

Et indignatiua. Vergil. Et quisquam numen Iunonis adoret. Et confirmatiua. Idem: Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis?

Et, pro id est. Plau. Annos natus sexaginta & senex.

Et, pro nam vel quia. Vergil. Audieras, & fama fui. In Eun. Non temere est, & properans venit.

Et, plerunq; sentẽtiarũ initiis cõpetit. Quintil. Et finitæ quidẽ sunt partes duæ, quas hæc ꝓfessio pollicetur.

Et deseruit etiam affectui, & quasi interrogandi vim habeat. Cice. Et sunt qui de via Appia loquuntur, taceant de curia.

Et pro

Et pro deinde, ornandi aduerbio. Verg. Corpusq; lauant frigentis & ungunt, id est deinde vngunt.

Et pro quamuis. Cicer. Defendi legem Voconiam magna voce, bonisq; lateribus, & videtis annos meos, id est, quamuis sim ita senex.

Et id scio In Andria.

Et ni pro si non. In Adel. Et ni facient quæ illos equũ est, haud sic auferent.

Et pro sed etiam. In Adel. Seruum haud illiberalem prębes te, & tibi lubens bene faxim.

Et redundans. Verg. Multa quoq; & bello passus.

Et certe. In Andr. Est ne hic ipsus de quo agebam? & certe is est.

Et Hercle, Cicero: Et Hercle ita fecit, vel plus etiam quam dixit.

Et quidẽ. Ci. Rarũ genus, & quidẽ omnia pręclara rara.

Et vt Cice. Et vt Catonem dicere audiui.

Et quod. In Eun. Et quod nunc tute tecũ iratus cogitas. In Andr. Et quod dicendum hic fiet.

ETenim, pro quia. In And. Etenim eam secum rem recta reputabit via.

Etenim, pro similiter. In Eunu. Etenim bene libenter victitas, id est, tu similiter curas libenter cuticulam.

Eteni pro at. In Phor. Etiã nequeo solus, accurre huc.

ETIAM.

Etiam coniunctio pro quoque. In Amph. Neq; meum pedem huc intuli in ædeis.

Etiam, adhuc. In And. Nihil suspicans etiam mali.

Etiam, præterea. Ibidem: Etiam puerum inde abiens cõueni Chremis.

Etiam, hortantis. In And. Etiam tu hoc respondes?

Etiã, pro ita. Plin. Studes inquam? respondet etiam.

Etiam, pro quin potius. Plin. Nullis autoritas imminuta est, aucta etiam (Etiam dispartimini.

Etiam, aduerbium affirmãntis pro sic vel ita. In Curcu.

Etiam atq; etiam. In Eunu. Tu dum est tempus, etiam atq; etiam cogita.

Etiamdum dum. In heaut. Neq; etiam dum scit pater.

Etiam ne. In Eunu. Etiam ne amplius?

Etiam insuper. In Adel. Colaphis tuber est totum caput, etiam insuper defraudet?

Nondum etiam. In heaut. Reperisti tibi quod placeat, an nondum etiam?

Etiam nunc, & etiamnum, temporis est. Inepte vsque nunc, vel adhuc. Plaut. Etiam nunc vale. In Trucul. Mihi etiam nũ quid sit negotii, falsus incertusq; sum.

Etiam tunc, etiam tum. Inepte, vsq; tunc, vel vsque ad id tempus. In hecy. Narratq; vt virgo ab se integra etiam tum siet.

Etiam si, id est, quamuis. Cice. Omnia autem breuia, tolerabilia, esse debẽt, etiam si maxima sint. Idem: Quã tibi etiam si non desideras, tamen mittam.

Etiam etsi. In Trin. Ego ducam pater, etiam etsi quam aliam iubebis.

Etiam tu. In Eunu. Etiam tu hic stas Parmeno?

ETSI.

Etsi, tametsi, & quanquam, in principio orationis indicatiuo gaudent, in medio etiam subiunctiuo. Licet autem & quãuis in principio subiunctiuum desiderãt. Sed in medio orationis omnibus his indifferẽter vtimur. Dixit autem Cic. Etsi illis plane orbatus essem, magnum tamen mihi afferret ætas ipsa solatium.

Idem: Quanquam tua assentatio perniciosa sit, nocere tamen nemini potest nisi ei qui eam recipit.

Etsi quamuis. Cic. Etsi quãuis nõ fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certe fuisti.

Quamuis cum indicatiuo. In Adelph. Quãuis etiam maneo otiosus hic.

EXCEpto pro præterquam elegantius. horat.

Excepto quod non mecum esses, cætera lætus. Hadria.

FACILE.

FACile, pro non dubie, omnibus superlatiuis pulchre iūgitur. Præterea etiam his nominatiuis primus, princeps, secundus, vt Sodalium meorum tu mihi facile charissimus es.

Facile princeps. A deo eruditus est Petrus, vt magistro sit facile secundus.

Facile hic plus mali est quàm illic boni, id est, liquido et manifesto. In and. hinc difficulter.

FALSO dicere, queri, suspicari.

FAmiliariter aliquem diligere, inspicere, loqui, monere.

Familiariter ferre mortem alicuius. i. grauiter. In and.

Familiariter cum aliquo viuere. Cice.

Familiariter se in aliquem reiicere. In and.

Fere, pene, vt Fere mihi in caput decidit. Vtimur quando vniuersitatem aliquam designamus, siue loci, siue temporis. hæc fere sunt quæ te scire volui, id est, fere omnia. Fere fit vt adolescentes amentur, id est, fere vbique fit. Romani fere orbem subegerunt, id est, fere totum orbem.

Ferre multi. Cice. In eum sermonem incidere, qui tum fere multis erat in ore.

Fere omnia. Cice. Neganda fere sunt omnia.

Fere minus. Quint. In omnibus fere minus valent præcepta quàm experimenta.

Fere pleriq;. Cice. Non sunt vitiosiores q̃ ferè, qui auari auaros, gloriæ cupidos gloriosi reprehendunt.

Fere plerunq;. In Phor. Hic solebamus fere plerunque eam experiri.

Fere quisq;. Salu. Fere quem quisq; pugnando viuus locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat.

FERme. in And. Iam ferme moriens me vocat. In heautôt. Parentum iniuriæ vniusmodi sunt ferme.

Haud ferme. In And. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

FELiciter. In Merc. Feliciter is ſapit qui periculo alieno ſapit.

FORAS.

Foras aduerbium ad locum.
Foras ambulare. In Epid. Adoleſcenti dic noſtro herili filio, ne hinc foras ambulet.
Foras exire. In Caſin. Foras tacitus exeo cum ornatu quo vides.
Foras locitare agellum. In Adelph.
Foras vendere. In Sticho: Foras neceſſum eſt quicquid habeo vendere.
Foras præuerti In Amphi. Fores enim clauſit, ne præuorteretur foras.
Foras vocari. In Capt. Sed nunc quò foras vocatus ad cœnam?

FORIS.

Foris aduerbium in loco, vel de loco. In Moſt. Haſce ego ædeis occludam hinc foris.
Foris eſt, In Eunuch. Dum foris ſunt, nihil videtur mundius. In Hecy. Ego ero fama foris.
Foris quærere. In Bacch.
Foris cœnare. In Sticho: Vocem te ad cœnam, egomet cœnem foris.
Foris aliquid effutire. In Phorm. Ne vos forte imprudentes fortis effutiretis.
Foris eſt animus. In Merc. Si domi ſum, foris eſt animus, ſin foris, animus domi eſt.
Foris ſapere. In Heau. Nonne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare, foris ſapere, tibi nō poſſe auxiliarier.
FOrte fortuito, forſan, forſitan, fortaſſi, fortaſſe, dubitandi aduerbia orationem quoq; exornant.
Forte fortuna. In Eunuc. Forte fortuna adfuit hic meus amicus, id eſt, bona fortuna.
Fors fortuna, euentus fortunæ bonus. In Phorm. fortuna, ò fors fortuna.

FOR-

F O Rtiter ferre, pugnate.

FRVSTRA.

Frustra, incassum, nequicquam. In Heaut. Frustra operam hanc opinor sumo. In Adel. Frustra egomet me cum has rationes deputo.

Frustra esse dicitur quod nō ex sententia euenit. Salust. Cuius neq; cōsilium vllum, neq; ineptum fustra erat.

Frustra esse, pro frustrari: In Amphi. Hic iam & seruus & hera frustra sunt. i. errant, decipiuntur.

Frustra habere aliquem, decipere. In Amph. Is aduenientes seruum & dominum frustra habet.

F Vnditus perire. In And. Mentem perdit funditus. In Merc. Perdidisti me sodalem funditus. In Bacchi.

Funditus amicitiam è vita tollere. Cicero.

Funditus euersa ciuitas. Idem.

Funditus misceri omnia Salust.

GENERATIM

G Eneratim, per singula genera, vel per singulas species. Vergil. 2. Georg. Generatim discite cultus.

Generatim, inepte generaliter. Cic. Nulli fuerunt qui illa artificiose digesta, generatim componerent.

G Radatim, ordinate. Cato: Gradatim alumi præponens alio.

Gradatim habere amicos. Plinius.

G Regatim, per greges, agminatim, turmatim. Varro ab eo graculus, quod gregatim.

GRATIS.

Gratis aduerbium. Terent. in Phorm. Meam ductes.

Gratis & sine mercede. Sueton. Liberos gratis & sine mercede vlla, in disciplinam receperit.

G RAtuito. Suet. Gratuitò aut leui fœnore obstrictis.

GRAVITER.

Grauiter aduerbium, varia significat.

Grauiter audire, est aspere iurgari. In Heau. Adolescentulos sæpe eadem & grauiter audiendo victus est.

Grauiter crepuerunt fores. In Heaut. Grauiter pepulit

pulit fores. In Adelph.

Grauiter cruciare. In heaut. Nimis grauiter cruciat adolescentulum, nimisq; inhumane.

Grauius in aliquem dicere, est duriter obiurgare. In Adelph. Nolo in illum grauius dicere.

Grauiter aliquid facere. Cice. Si quid prudenter, si quid grauiter factum est, id est, non leuiter, sed mature sapienterq;.

Grauiter aliquid ferre, id est, moleste. In Andr. Omnes qui amant grauiter sibi dari vxorem ferunt. Cicero. Grauiter & iniquo animo tuli.

Grauiter imperare. In Capt. haud vereor, ne iniuste aut grauiter mihi imperet.

Grauiter irasci, id est, multum. In Hecyr. Tibi quoque sum iratus grauiter.

Grauiter spirare, graue olere. Vergi. Grauiter spirantis copia thymbræ.

Grauatè aduerbiũ, idem quod moleste Barb. cum displicẽtia. In Bacch. Quã grauatè pater dedit. Tull. Grauatè ille primo Liuius: Id grauatè concessu regi est.

H A.

H A, interiectio corripientis, siue admonentis ne quid fiat. In Most. ha caue ne illi obiectes in ægritudine te has emisse.

Ha ha he, interiectio ridentis. In Phorm. ha ha he, homo suauis.

H A C, aduerbium per locum. In Eunu. Ite hac omnes vos. In Adelph. hac multo propius ibis.

Hac an illac. In Ruden. Ita nunc hac, an illac eam, sum incerta consilii.

Hac illac circumcursa, In heauton.

Hac non successit. In And.

H A C T E N V S.

Hactenus, intantum, siue adeo. Suet. hactenus excanduit, vt malum iis qui descissent, minaretur.

Hactenus

Hactenus vt. Cic. hactenus aliquid egit, vt earum ratio nem rerum explicaret.

Hactenus quatenus: Vlpian. hactenus non vertit, quatenus domino debet. De seruo debitore loquitur.

HAVD.

Haud negandi. In And. haud muto factum.

Haud commodi ei est, id est, nihil. In Casin. haud magni pretii. In Sticho.

Haud consimili ingenio atque ille est. In Bacch.

Haud consuetudine. In Trin. hentire ædepol Gnate, atque id nunc facis haud consuetudine.

Haud diu est. In Eunuch. haud dudum. In Persa: haud faciam. In heaut. haud scio. In Andr. In heauton. & in Adel.

Haud facile. In Pœnu. Sine pennis volare haud facile est Adag.

Haud ferme. In Andr. Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.

Haud grauate. In Rud. haud grauate accepit ad sese.

Haud inuito. In hecy. Ad aures haud multo, sermo mihi accessit tuus. Haud ita decet. In hecyr.

Haud malus. haud impurus. In Eunuch.

Haud nihil, id est, aliquid. In Eunuch. Certe extrema linea amere, haud nihil est.

Haud sane. In Adel. Comessatorē haud sane cōmodū.

Haud sic decet. In Eun. haud sic auferent. In Adelph.

Haud similis. In Eunu. haud similis virgo est virginum nostrarum.

Haud sinit. In And. haud te vlcisci sinit.

Haud vereor. In And haud vereor, si in te solo sit sitū.

Haud stulte sapis. In heau. Id est, non adeo imprudens es.

Haud parum, id est, multum.

Haud secus aut secius, pro non aliter, adoptionis nota, pulchre seqtur ac, at, q;. Ver. haud sec⁹ ac iussi faciūt.

HEI.

HEI.

Hei dolentis interiectio datiuum poscit. In And. hei mihi. hei mihi, hei mihi In Bacch.

Hei hei. In Casin. hei hei, fœtet mihi tuus sermo.

HEM.

Hem, interiectio est irascentis. In Andr. Nihil ne? hem.

Hem exclamantis. In And. hem serua.

Hem, pro ecce. In And. hem libero.

Hem commiserescentis. In And. Ita'ne Chrysis? hem.

Hem, perturbati. In And. Hem Simo.

Hem, lætitiæ. In heaut hem isthuc volueram.

Hem, laborantis animi interiectio. In Eunu. hem biduũ hic manendum est soli sine illa.

Hem astutias, per ironiam dictum. In andr. hem voluptatem tibi, hem tibi mel. In Pœnu.

Hem respondentis. In Adel. hem quid est?

HERCLE.

Hercle iurandi aduerbiũ. In Eun. hercle hoc factum est.

Hercle, certe. In andr. Mea quidem hercle certe in dubio est vita.

Quæso hercle. In Eunu. Quodnam quæso hercle?

Obsecro hercle. i Eun. Ego te obsecro hercle vt audias.

Hercle sedulo. In and. Faciam hercle sedulo. hercle vero. In adel. Ego illam hercle vero omitto. Ibid. hercle vero serio. aduerbia sunt confirmatiua.

HEV.

Heu interiectio dolentis.

Heu cum nominatiuo. Vergil. heu pietas, heu prisca fides. In adel. heu misera.

Heu cum accusatiuo. In andr. heu me miserum. Vergili. heu stirpem inuisam.

Heu cum datiuo. In Mil. heu mihi, nequeo quin fleam. In Mercato. heu misero mihi.

Heu cum vocatiuo. In Eunu. heu noster, laudo. Statius. heu socii.

Heu

Heu heu. In Pseud. Heu heu quàm ego malis perdidi modis quod tibi detuli.

HEVS.

Heus aduerbium vocantis. In Eunu. Heus iubete istos foras exire. Sed heus. In Eunu. Sed heus tu.
Heus dolentis. Verg. Heus etiam mensas consumimus.
Heus heus geminatum. Ter. In Adel. Heus heus Scire.

HIC.

Hic in loco. In Eunuch. Ego iamdudum hic adsum. In And. Hic vbi opus est, non verentur.
Hic, pro tum. In Hecy. Hic animus partim vxoris misericordia deuictus &c. In Eunu. Hic ego illum cõtem psi præ me. In And. Hic reddes omnia, quæ nũc sunt certa ei consilia, incerta vt fient.
Hic, pro hoc pacto. In Bacchi. Lycurgus, vt mihi quidem videtur, posset hic ad nequitiam adducier.

HINC.

Hinc de loco. Plau. in Amph. Abiit a me hic ante lucẽ.
Hinc ab læua, ab dextera. In Andr. Ego quoq. hinc ab dextera me venire assimulabo.
Hinc ab ianua. In andr. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.
Hinc ciuis est. In and. Illam hinc ciuem esse aiunt.
Hinc eo. In Eunu. Cur non imus hinc?
Hinc ex proximo. In aulul. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo?
Hinc ex ara. In andr. Ex ora hinc sume verbenas tibi.
Hinc intrò concedam. In Eunuch.
Hinc illuc vehere. In adelph. Goẽmisse hinc quæ illuc veheres multa.
Hinc illinc venis. In adelph. Dum cognatus hinc illinc veniret.
Et hinc & illic mihi exhibent negotium. Plau. in Most.
Hinc inde. Plin. Varia miracula hinc inde referuntur.
Hinc ex hac caussa. In andr. Hinc illæ lachrymæ.

Hinc, ex hoc homine. in Adel. hinc ſcibo, iam vbi fiet.
Hinc atque hinc. Verg. x. hinc atque hinc omnemq; adi tum cuſtode coronant.

HVC.

Huc, ad locum. in Eunu. Ego cum illo abii huc.
Huc in medium agmen. in Eunuch. in medium huc agmen cum vecti.
Huc in vrbem. in hecyr. huc raro in vrbem commeant.
Huc foras. in Aulu. Eo nunc ſecreto huc foras ſeduxi.
Huc intro. in Eunu. Ceſſo huc intro irrumpere?
Huc pergit. in Eunuch. Sed quis hic eſt qui huc pergit?
Huc procul. in Capt. Secede huc nũc iã ſi videtur, ꝓcul.
Huc renumeret dotem. in hecy.
Huc euaſit. in Eunu. Vbi friget, huc euaſit.
Huc redeunt hæc verba. in Eunu. Omnia hæc nunc verba huc redeunt.
Huc & illuc, in factis ſolum dicitur. Plinius. Spiritus. huc illucq; tanquam in vtero aliquo vagus. Et in hoc differunt ab vltro vtroq..

HVI.

Hui, interiectio admirantis. in heauton. hui tam graueis hos quæſo.
Hui dicitur irridendo eum cui iraſcimur. in Eunuc. hui, regem elegantem narras. in And. hui tam cito? in Adelph. hui perfortiter.
HODie eleganter capitur pro hoc tempore. Quintil. Sunt clari quoq; hodie autores.
Hodie nunquam. in Adelph. Scio vbi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. ibidem: Nunquam hercle hodie ego iſtuc committam tibi.

IAM.

Per iam, iamiam, & mox explicatur Græcorum paulopoſt futurum.
Iam pro nunc. in Adel. iam mitis eſt. idẽ: Ego iã proſpiciam mihi. Verg. iamq; hos curſu, iam præterit illos.
Iam

Iam pro statim. in Adelph. Vbi me illic nō videbit, iam huc recurret.

Iam, properationis significatio est. in Andr. Dauo istuc dedam iam negotii. in Adel. Egomet cōueniā ipsum.

Iam, increpatio moræ est. in Eunu. iam ne imus? id est, iam tandem ibimus?

Iam renūciatio perpetuitatis. in And. Vxorem tibi iam non dat Chremes?

Iam tarditatis signum. in Andr. Redeat iam in viam. in Adelph. I nunc iam.

Iam, pro tunc. Quint. Quod si satis prudenter ea viderint, iā ꝑpe cōsumata fuerit præcipiētis opera. Verg. Iamq́; fere mediā cœli nox humida metā Cōtigerat.

Iam, id est, præterea, deinde. Verg. iā maris immēsi prolem, & genus omne natātū. iā varias pelagi volucres.

Iam diu. in Mene. inuenissemus iamdiu, si viueret.

Iam diu est quod. in Merca. iam diu est quod miseram.

Iam diu factum est quum, vel postquā. in Asina. iam diu factum est quum discessisti ab hero. in Persa: iam diu factum est postquam bibimus nimis sicci sumus.

Iamiam emphasim habet, pro paulo post vel mox: vt iamiam aderit. Similis iamiam morituro.

Iamiam per indignationem aut miserationem: vt, iamiam video qui veri amici fuerunt.

Iam iamq; in Pseu. Pro capite argētum mihi iam iamq; sæpe numerus. Vergi. iam iamq; manu tenet.

Iā nūc, inepte ex nūc. Ci. Quæ cū cogito, iā nūc timeo.

Iam tum, barb. ex tunc. Cice. iam tum cum bello fugitiuorum tota Italia arderet.

Iam ferme. in And. iam ferme moriens me vocat.

Iamdudum, iampridem, iamolim, dicuntur de rebus durantibus, & verbum exigunt præsentis temporis.

Iamdudum, paulo longius tempus significat, q̃ modo. In Trin. iamdudum factum est, cum abisti domo. In Eun. Ego iādudum hic adsum. Ibid. iamdudū est animus

mus in patinis. In asin. Iamdudum est intus.

Iamdudum ætatem. In Eunuc. Iamdudum ætatem lites sunt inter eos.

Iampridem, longius quàm iamdudum. in Bacchid. istuc iampridem scio.

Iam pridem cum verba præteriti temporis. In Hec. Iam pridem eqdem audiui cœpisse odiũ tui Philumenã.

Iampridem, de longiori tempore. Plini. Quod maiores nosttos iampridem fecisse manifestnm est.

Iampridem, continuo. Lucanus: Tollite iampridem, uictricia tollite signa.

Iam olim, vel olim iam, longissimum tempus signat inter iamdudum & iampridem.

Iã olim mihi summa necessitudine iũctus es. i. ex multo tẽpore & adhuc. Ci. Iã olim a pricipio illud statuerã.

Iam olim, aliquando. in Eunu. Et qa consimilem luserat iã olĩ ille ludũ, ipẽdio magis animus gaudebat mihi.

Iam primum. in adel. iam primum illum alieno animo a nobis esse, res ipsa indicat. in and. iam primum hac se a Pamphilo grauidam dixit esse.

Iam puer, id est, a pueri ia. In Bacchid. Hic sodalis Pistoclero, iam puer puero fuit.

Iam vero: vt, iam vero quid referam?

Iam a pueris. in Heaut. Qui nos putant iam a pueris illi co nasci senes.

Iã a pricipio, Salu. ad hoc populo Romano iã a principio inopi meii⁹ visum est amicos q̃ seruos quærere.

Iã indẽ ab initio. Liui. Vt institutũ iã inde ab initio erat.

Iam inde a cunabulis. Varro.

Iã inde a teneris. Verg. iã inde a teneris impẽde laborẽ.

Iã ĩde a puero. i adel. homo amic⁹ nobis iã ĩde a puero.

Iam inde vsq; a pueritia. In Heau. Mihi magna cum eo iam inde vsq, a pueritia semper fuit familiaritas.

Iam inde ab adolescẽtia. in adelph. is adeo dissimili studio est iam inde ab adolescentia.

Iam

Iam inde ætate.in Merca.iam inde ætate cnm scis face-re officium tuum.
Iam inde a certaminibus.Liui.iam inde a paternis cer-taminibus inuisius.
Iam inde ab Aristotele,id est,statim post Aristotelis tẽpus. Cice. Est enim illorum exercitatio elegans iam inde ab Aristotele cõstituta. Liu.iam inde ab Racilli morte.i.statum post Racilli mottem.

I B I.

Ibi,in loco.in And. Ab intro,ibi me operire.in Adelp. Duxi vxorẽ,q̃ ibi miseriã vidi?id est,in matrimoniũ.
Ibi,tum,vel tunc.in And. Si tu negaris ducere,ibi culpã in te transferet.
Ibi sum,id est,id cogito. Ter.in Heau.imo & ibi nũc sũ.
IBidem,eodem in loco.in And. Hunc in mediam viã prouoluam. teq; ibidem prouoluam in luto.
Ibidẽ mihi adũtat,id est,ex ipso loco,i.quo est.in Mer.
Ibidem,vbi.in Persa: Operam tibi ibidem das,vbi tu tuum amicnm adiuuas.
Ibidem loci res,erit,id est,idem erit.in Cistell.
IDEntidem,subinde,sæpenumero,frequẽter,cũ quo-dã interuallo,in Mil. Cogitato identidẽ,tibi quam fidelis fuerim. Plin. Legi enim locum,identidẽ repe-tẽs ea maxime,quę de me scripsisti. Polite scribere cu piẽtẽ necesse est calamũ idẽtidẽ vel snbinde reparare
IDeo,coniunctio.in Mer. Hoc ideo fit,quia &c.
IGitur,collectiua vel rationalis coniunctio est.in Eun. Quid igitur faciam miser? in And. Quid igitur si-bi vult pater?cur simulat?
Igitur,pro deinde. in Eunu. Quid igirur faciam,non eam?In Asin. Abisti ad forum igitur,inueniendo ar-gento vt fingeres fallaciam.
ILicet,quasi ire licet,semper finem rei significat.in Eu. Actum est,ilicet, peristi.i.cũ velis peristi.in Phorm. Nihil est,ilicet,quid conterimus operam frustra.

Illicet, confestim. in Rud. Omnia illicet.
Ilicet affirmantis aduerbium. in Curc. ilicet pariter hos perire quando video.
I Lico, modo locum, modo tempus significat. in Adel. Otiose nunc iam ilico hic consiste. in Andr. Missa est ancilla ilico in Adel. ilico accedo.
I L Lac, per locum. in Eun. Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo.
I L Lic, in loco. in Trin. illic sum atq; hic sum.
Illic, pro ille. in Rud. Vbi illic est?
I L Linc ad loco. in Adel. illinc huc trásferetur virgo.
Hinc, illinc, prouerbiale. in Adel. Dum cognatus hinc illinc veniret.
I L L O, ad locum. in Capt. Vbi illò adueni &c. in An. Quum illò aduenio, solitudo ante hostium.
I L Luc, ad locum. (quid illuc est.
Illuc pro illud. in Mil. illuc ætatis. in Amphi. Sed

I M O.

Imò, eligendi aduerbium est, significatq; quin potius. Var. Nõ humanitas, imò seuitia est lædere innocẽtẽ.
Imo, secundo loco positum. in Mil. Sies imo hodie meum factum.
Imo enim. in An. Imò enim quã maxime abs postulo.
Imo certe. In Eunu. Imo enimuero. Ibid. Imo enimuero infœliciter.
Imo etiã. in And. imo verò. Ci. imo vero scrutabimur.
I Mpense, valde. Plau. in Epid. Est impense improbus. Gell. Et rerum literarumq; impensa doctus.
Impense magis. in Adel. Magis impense cupitis.
I M Pendio, aduerbium intendẽdi, idẽ quod valde, apprime, gaudetq. cõparatiuo. Gell. Pphilosophiæ sectator Stoicæ, sed loquacior impẽdio & propẽtior.
Impendio magis. in Eunu. impẽdio magis animus gaudebat mihi Cic. At ille impẽdio magis odit senatũ.
Impendio minus. in Aul. Atq; ille verò minus minusq;
impendio

impendio curare, minusq; impertire honoribus:

IM Merito, immodeste, impie, impigre, improbe, imprudenter improuise, impudenter, satis constant.

Immeritissimo, superlatiuum ab aduerbio immerito in Phor. Et me omnium horum immeritissimo.

IN Cisim, id est, minutatim.

IN Commode. in Eunu. incommode hercle.

IN Condite, non apte. Cice Dicam vt potero, inconditе fortasse, sed tamen vt res possit intelligi.

IN Consulto'te. Salust. inconsulte, ac veluti per demẽtiam cuncta simul agebant.

IN Credibiliter. Ci. Venio nunc ad vo ũptates agricolarum, quibus ego incrediliter delector.

INDE.

Inde, de loco. in Pseudo. Videre inde esse. in And. Redeo inde irarus.

Inde, ad res refertur. Liui. Omnis te exempli documenta in illustri posita monumento intueri, inde tibi tuę. Reipub. quod imiteris capias.

Inde, ad personam relatum. in Adelph. Nati filii duo, inde ego maiorem adoptaui mihi.

Inde, id est, ex hoc, vel hac ex caussa Ter. in Heau. Inde adeo quod agrum hic in proximo mercatus es.

Inde est, quòd. Plini. inde est quòd magnam partem noctium in imagine tua vigil exigo.

Inde, pro deinde. Liui. Ab his impetum fieri, inde eos collecta iuuenũ manu hostilẽ in modũ prędas agere.

Abs te inde. in Pseud. Minæ viginri sanæ ac saluæ sunt tibi hodie, quas abs te inde est instipulatus.

Inde ab ineunte ætate. in Trin. Qui homo cum animo inde ab ineunte ætate depugnant suo.

Inde ab incunabulis. Liuius: inde ab incunabulis imbutus odio Tribunorum.

Inde a principio. in Bacchid. inde a principio impudẽs epistola est.

IN Decenter, IN Decore, idem.
IN Differenter ferre, pro vsq; deq;. Suetoni. Populus indifferenter tulit.
INdigne. in Adel. Clamāt oēs indignissime factū esse.
IN Diligenter. in Phorm. Mei patris bene parta indiligenter tutatur.
IN Didem, aduerbiū cōpositum ab inde & idē, significat ex eodē loco, vel ex eadē re seu caussa: vt, indidē existit auaritia Gell. Oritur sol non indidem semper.
INibi, in loco. Apule. Multa inibi dicta sunt, quæ commemorare non est opus.
Inibi, pro sic & mox. Cecilius: Liber' ne es? non sum, verum inibi est.
Inibi, pro inter. in Capt. inibi emit olim amissum filium, id est, inter illos.
INique. in Casina. Quod ego vnquam erga Venerem inique fecerim?
Inique, præter æquum. in Epid. inique iniurius es.
Inique cōparata certatio in Adel. Nunquā vidi iniquius certationē comparatā, quā quę hodie inter nos fuit.
IN primis significat inter primos, inter primas vel inter prima. Et iungitur positiuo, non superlatiuo. Cice. Respondent & alia, & hæc in primis.
IN Signiter. Apul. Homo insigniter malus.
Insignitè, cū notæ iudicio. in Rud. Quibus aduersum ius legesq; insignitè iniuria facta est.
IN Quā repetitiōis nota. in And. iā inquā hic adero.
INstar ꝓprie ad magnitudinē vel mensuram significat. Vergi. 2. instar mōtis equū diuina Palladis arte Aedificant. Colum instar quinq; modiorum.
Bucca instar mammæ, id est, tanta quanta est mamma.
Instar nonnunquam ad similitudinem significat. Plin. Ruentes ceras fulciunt pilarum instar. Gell. Sola virtus vitæ beatæ instar est.
Instar sine genitiuo, pro exemplari, similitudine poni-
tur

tur. Verg. Tantum instar in ipso est. Vlpianus: Si prę ponatur instar quddam operis. Ouid. Sed scelus hoc meriti pondus & instar habet.

Instar cum ad. Apuleius: Ad instar scoparum. Ad instar inclyti montis. Gell. Populus Rom. e parua origine ad tantæ amplitudinis instar emicuit.

INSVper, præterea. in Trncul. Hoc addam insuper. in Merc. Ni sumptuosus insuper etiam fiet?

INTerdiu, tẽporis est Cato: Canes interdiu clausos esse oportet, vt noctu acriores & vigilantiores sint.

INTEREA.

Interea temporis, quasi intra illud tempus. in Hecyra: Quid interea?

Interea dum. in Heautontim. Tu hic nos, dum eximus interea operibere.

Interea loci, idem quod interea. ibid. Tu interea loci collocupletasti te. in Eun. Te interea loci cognoui.

INTErim, temporis. in Andria: Funus interim procedit, sequimur.

Interim, pro aliquando. Quint. interim excusantur hęc vitia. interim, repente. in Hecyra: interim miris modis odisse cœpit Sostratam.

Interim, discretio est eius rei, quæ ad narrationem pertinet. in And. Curabat vna funus, tristis interim, nonnunquam collachrymabat.

Interim dum. Terẽ interim dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam venit.

INTRO. ad locum. in Andria: Abi intrò in Capt. Veniut modo intrò.

Intro spectare. in Most. Quid volũt, qd intro spectãt?

Intro accipere. in Truc. intro acceptum quãdo acceptũ est, non potest ferri foras.

Intro ad nos. in Eun. Modo senex intro ad nos venit.

INTVS, in loco. Plau. in Amp. Meus pr̃ int⁹ nũc est. Nemo intus est. in Epi. Hæc itus edocebo, quæ scio.

Intus,de loco. intus euocato aliquem ad te. Plaut.in Mostel. In Cistell. Dic me orare, vt aliquis intus prodeat. In Mili. Vbi ille exierit.

Intus in. in Amphit. intus in crumena clausum alterum esse oportet.

Intus hic. Ibid. Meus pater nunc intus hic cũ illa cubet.

INuicem, mutuo. Quintil. Qui se ardẽtissimo amore inuicem dilexerunt.

Inuicem, vicissim, e diuerso, vel secundo loco. Valeri. Max. Ab eo inuicem non diligeretur. Plin. Habes res vrbanas, inuicem rusticas scribe.

Inuicem, per vices. inuicem loquamur, id est, me loquẽte, vos tacete, vobis loquentibus ego tacebo.

In vniuersum, inepte, in genere. Quintil. Pauca in vniuersum ne varietate opinionum dicenda sunt.

ISTO, ad locum in quo tu es. Pli. Destino enim, si tamen officii ratio permiserit, excurrere isto.

ISTOC. in Adel. Nimium istoc, abisti.

IStic, in loco vbi tu es. in Eunuch. iam istic adero. in Adel. Tibi vero quid istic & rei?

Istic, id est, misto negotio. in Andr. Neq; istic neq; alibi tibi vsquam erit in me mora.

Istic sum, id est, ausculto. in Hecyr. istic sum.

ISTAC, per locum. in Heaut. Abi sanè istac.

IStorsum. in Phorm. Concede hinc a foribus paulatim istorsum.

ITA.

Ita, aduerbium respondi. in Bacchi. Ego' ne istuc dixi vnquam? N. ita.

Ita est. Terent. in And. & Eunu.

Ita res est ita res erat, faciundum fuit. Ita negotium est. Ita est amor.

Ita dico loquar, ita inquam, ita facto est opus.

Ita faciam. Ita aiunt. Ita spero quidem.

Ita nunc viget mos. Ita vestra est benignitas.

Ita est

Ita est homo. Ita ingenio fuit.
Ita natio est hominum. Ita profecto.
Ita vero. ita enimuero. ita hercle vero. in Curcul.
Ita ut in Amphitr. ita animatus fui, itaq. nunc sum vt ea te patera donem.
Ita quasi. Plau. in merc. ita istas, ita vrges, quasi p noxio.
Ita, optantis. Ita me Deus amet.
Ita me dii ament. Ita me dii bene ament.
Ita me dii amabunt. Ita te amabit iupiter, vt tu nescis. Ita me Venus amet.
Ita me seruet iupiter. At me ita dii seruent.
Ita vero me amabis iupiter.
Ita non Terent. in Heaut. ita non vt olim, sed vti nunc sane bona.
Ita pro valde. Cic. Non ita longa disputatione.
Ita subito est. in Trin. ita, subito est, propere quod eum conuentum volo.
Ita vt. In Rud. ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te vt non noueris.
Ita vt fit. in Eunuch. Cœpi egomet mecum inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ, aliam rem ex alia cogitare.
Ita vt ingenium est omnium hominum. in Andria.
Ita vt si esses filia, te educaui in Eunu.
Ita magnus. in And. ita magnæ iræ inter eos sunt, vt ſpe rem posse auelli.
Ita vt erat, barb. vt de facto erat. Cicero.
Ita pro igitur. idem: ita, nobilissima ciuitas, &c.
Ita fecit, vel plus etiam q̃ dixit. Cice.
Ita ne. Terent. in Eunu. ita ne est? Plaut. in Persa: ita ne vis? in Heaut.
Ita ne, commiserantis. Ter. in And. ita ne Chrysis.
Ita ne, indignationis nota. in And. ita ne cõtemnor abs te? aut ita ne tandem idoneus tibi videor? ita ne pa- uisti te? in Eunu.

Ita ne vero? Terent. in And.

ITAQVE.

Itaq;, quũ tonum habet i pria syllaba significat ergo vel igitur: vt, Itaq; tu, vel tu itaq; da operã, vti qualescas.

Itaq;, quum gemina est dicto, tonum habet in medio, significatq; & ita Terent. in And. imo ita volo, itaq; postulo vt fiat.

ITEM, pro ita vel sic. Plau. in Rud. Vt tute es, ita censes omnes esse? in Tusc. Corporum offensiones sine culpa accidere possunt, animorum non item.

Item, id est, autem. in Aul. Te esse hominem diuitem, factiosum, me item esse hominum pauperum pauperrimum. in And. Vnus & item alter.

Item, similiter. Terẽ. In Adel. ille vt item contra me habeat, facio sedulo. Ter. in And. itẽ alio die quærebã.

Item cũ atq; pulchre cõiungitur. Varro: Alii ad cursurã, alii ad prædam non item sunt spectandi atq; habẽdi.

Item vt. idem: Hosce item vt equulus, & educunt & alunt. in Phorm. Ciuem item vt meretricem.

Non item. Cic. Omnium magnarum artium, sicut arborum altitudo nos delectat, radices, stirpesq; nõ item.

ITERVM, rursus. in Pœ. iterum mihi natus videor quòd te repperi.

Iterum, pro secundo. Cice. Primo quidem decipi, in cõmodum est: iterum, stultum: tertio, turpe. Dicimus etiam semel, iterum, tertiũ, pro semel, secũdo, tertio.

Semel aut iterum, id est, semel aut bis. Cicer.

Semel atq; iterum. Vlpianus: Post causam semel atque iterum tractatam.

Iterum & tertio. Plin. iterum & tertio consul, multa domi militiæq; gessit.

Iterum ac tertio. Liui. iterum ac tertio venisse tradunt.

Iterum atq; iterum fragor intonat ingens. Vergil.

ITIdem similiter, eodem modo. in Bacch. Feci istæc itidem in adolescentia.

Itidem vt. in Eunuch. Vt aut hoc tibi dolere itidem, vt mihi dolet. In Amph. Vt filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.
Itidem quasi. in Mostell. itidem olent, quasi cum vna multa iura confundit coquus.
IVXta aduerbiū significat ęque, similiter, eodē modo.
Iuxta absolute. Salust. iuxta boni maliq; strenui & imbelles multi obtruncati sunt.
Iuxtà ac. Varro: Fœminas iuxta ac mares habere solebat. Salust. Reipub. iuxta ac sibi consuluisse.
Iuxta ac si. Cice. Officiis iuxta ac si meus frater esset, sustentauit.
Iuxta atq;. Liui. Trucidant inermes iuxta atq; armatos.
Iuxta cum Salu. iuxta mecum omnes intelligitis, id est, tam bene quam ego. in Asina. iuxta mecum rem tenes. In Persa; iuxta tecum æque scio.

LARGE.

LARge, liberaliter, abundanter. Horat. Ligna super foco large reponens.
Large blandus. in Asina. Nemini credo qui large blandus est diues pauperi.
Largius, comparatiuus. In Eunu. Et habet quod det, & & dat nemo largius.
LARgiter, idem quod large. Brutus: De iudicio largiter. Largiter peccasti. in Mostell.
Largiter cum genitiuo. in Trucu. Veteris vini largiter vt dies noctesq; potet. in Ruden. Credo ædepol inesse auri & argenti largiter. ibid. Magna quidem præda est largiter mercedis indispicar.

LATINE.

Latine loqui, est aperte, clare, plane. Cic. Latine me scitote, non accusatorie, loqui. Vergi. Simplicius multo est, da, latine dicere.
Latine scire. Cicero. Ex Card.
LAVTE, eleganter. in Casina. Laute vestitus exotusq;

natusq; ambulet.
Laute loqui. in Mil. Loqtur laute, & minime sordide.
Laute munus suum feci administrare, probe exequi. Terentius in Adelphis.
LENTE, tarde. Plinius: Actum quoque lente, cunctâterq; veniunt.
Lente ferre iniurias, id est, leniter & placide Cice.

LEPIDE.

Lepide hercle adiuuas. In Persa.
Lepide efficere, Ego hoc effectum lepide tibi tradam. In Curc.
Lepide intelligere. In Trucul. intellexisti lepide quid ego dicerem?
Lepide stratus lectus. In Pœuu.
Lepide hercle animum tentaui tuum, In Aul.
Lepide memoras. In Bacchid.
Lepide facere. Vin tu lepide facere? In Mil.
Lepide referre gratiam. In Trucul.
Lepidum, pro lepide. in Pœn. Lepidum eloquere.
Lepidule, diminutiuū in Pseu. Eam circundā lepidule.
LEuiter attingere studia. Sueton Studia repetit quæ iam inde a pueritia non leuiter attigerat.
Leuiter bene velle alicui, id est, parum in Pœnu. Quā quam bene volumus leuiter lenonibus.
Libere educari. In Andr. Educatos libere, in fraudem illicis?
Libere dare consilium. Cic. Consilium verum dare gaudeamus libere. Libere dicere. Cice.
Libere loqui, idem. in Trin. Nunc quidem meo arbitratu loquar libere quæ volam.
Libere viuere. Ter in And. Liberiꝰ viuēdi fuit potestas.
LICET, aduerbium concedentis, sicut esto Vergilius: Licet ingens ianitor antro Aeternum latrans exangues terreat vmbras.
Licet, aduersatiua particula, pro quamuis: vide et si.

LONGE.

Longe,pro longitudine tam temporis quam loci.

Longe a mari in Eunuch. Quam longe a me abeſt?

Longe huic abeſt.

Longe gentium hinc abeſt,idem quod longe. Cice. Tu autem abes longe gentium.

Longe abieram. In Eunuch. Longe iam abieram.

Longe ab. in Moſtel. Vt fugiat longe ab ædibus.

Longe à. in Bacch. Longe a pædagogo pedem vt eſſeres ex ædibus.

Lōge ducere. In Caſi. Ruri eſt ad villā lōge ꝙ ducatur.

Longe habere. In Truc. Ne iſta ſtimulum longe habet.

Longe proſpicere futuros caſus. Cice.

Longe,pro valde cum comparatiuo. Verg. At pedibus longe melior Lycus.

Longe cum ſuperlatiuo pro valde,pulcherrime iungif. Cic. In hac ciuitate longe maxima conſilia atque ingenia fuerunt. Liui. Patre longe prudentiſſimo natū.

Cicero. Longe plurimum valuit Plancus. idem: Longe primus ciuitatis eſt.

Longe abſolute. Cicero: Cuius ego iudicium longe antepono tuo, in Bacch. Ego longe ante eo ſtultitia & indoctis moribus.

Longe princeps. Cæſ. Eo tum ſtatu res erat, vt longe principes haberentur Hedui.

Longe alius Saluſt. Longe mihi alia mens eſt. P.C.

Lōge aliter. in Epid. Aliter catuli. lōgo olēt,aliter ſues.

Longe ſecus. Cicer. Quod longe ſecus eſt.

Longe diſſentire. idem: Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt,longe diſſentimus.

Lōge errare. in Adel. Et errat lōge mea qdem ſentētia.

Longe præcedere. Cic. Sed quum longe præcedunt ingenia viuentium.

Longe ab omni ambitione remotus,id eſt,minime ambitioſus. Plinius.

Longius. in Heaut. Non aberit longius.
Longius abire. in Eun. Nequeo mirari satis, quò ille abi re ignauus possit longius.
Longius in amicitia prouehi. Cic.
Longissime ab occasu. Plin.
Longissime memini. Plaut. in Mene. Quid longissime meministi?
Lōgissime veni, id est, diutissime, vel longissimo ab hinc tempore. in Sticho.
LVBenter & Libenter, idem.
Libenter bene victitas, id est, gaudes lautiis. Omnes profecto lubentius sumus, quàm redimus. in Capti.
MAGIS.
MAgis diceres. Cice. Tu magis id diceres Fanni sin u per affuisses.
Magis dicas. in Pseu. Faxo magis dicas. in Mil. magis di cas, si scias quod ego scio.
Dabimus etiam magis. in Persa.
Nihil magis dulce. Ibidem.
Magis dulcius. in Stich. imo enim hic magis est dulcius.
Magis credo. Cic. Quodquidem magis credo.
Magis loqui. in Casin. Mox magis, quando otium mihi & tibi erit, igitur tecum loquar, nunc vale.
Magis lubet. in Persa: Magis lubet vendere q̃ perdere.
Magis noris. in Heautont. magis, si magis noris, putes rem ita esse.
Magis scibo. in Trucul. iam scibo magis.
Magis vellē. i Eun. Qđ magis vellē euenire, mihi euēit.
Magis uereor. in heaut. Nunc mihi magis uereo, q̃, &c.
Magis vidi. in Merca. haud magis vidi.
Magis maiores. in Pœn. Argentum nisi qui dederit, nu gas egerit: verū qui dederit, magis maiores dederit.
Magis elegans. Terent. in Eunu.
Magis mirum. Plautus in Amphitrio. Mirum magis tibi istuc quàm mihi.

Magis molestus. in Eunu is vbi molestus magis est.
Magis seuerus. Ibidem. hoc nemo fuit magis ineptus magis seuerus quisquam, nec minus continens.
Magis similis. in Amphit. Nec lac lacti magis est simile quàm ille similis est mei.
Magis aperit. In Adelph. Atq; etiam si est pater, dicendum magis aperte, illiberaliter.
Magis ex vsu, id est, vtilior. in Eunu. Nec magis ex v. tuo nemo est.
Magis atque. in Andr Non Apollinis magis verum atque hoc est.
Magis ex sese. ibidem Habet aliud magis ex sese, & m ius, id est, quod seipsum magis vrgeat.
Magis verum, pro verius. in Andr. Non Apollinis magis verum atq; hoc responsum est.
Magis impense cupere. in Adel.
Magis quàm. Cice. Vereor ne inuidi magis quàm amici sint. Magis id adeo. in Andr.
Magis humanum. ibidem. Magis ac magis. in m stel. Quum magis ac magis cogito, &c.
Mage pro magis. in Trucul. Quem e castor mage amo quàm dudum.
MAXime adolescens. in mili.
Maxime doctus. Maxime naturalis.
Maxime cupiens illius est. in Amphitr.
Maxime omnium. inepte, plus quã omnes. Cicer. Qui maxime omnium nobilium Græcis literis studuit.
Maxime, p̃cipue. i p̃l. Phor. Per quẽ res agetur maxie.
Maxie respõsio. i Eunu. Fac illi adducãtur. P maxime. Maxime mihi libet.
MAGnopere, vel magno opere separatim, idem, In Persa: Ne hoc cuiquam hominum diceres, dictum est mihi magnopere. in Eunu. Thais maximo te ora bat opere, vt cras redeeres.
MAGnifice tractare aliquem. in heauton.

Magnifice

MAgnifice tractare aliquem.in Heant.
Magnifice aliquem accipere,idem.in Pseud.
Magnifice compellare aliquem.Ibidem.
Magnifice dicere.in Adel.Nunquam ita magnifice quic quam dicam,id virtus quin superet tua.
Magnifice se efferre.Teren.in Heauton.Hic me magnifice effero.
Magnifice ire aduorsum alicui.In Casin.

MALE,

Male opponitur bene. male audio,id est,criminor. Qui male dicit,male audiet.
Male viuo.Hor.Necvixit male,q nat⁹moriésq; fefellit.
Male viuit,qui medice viuit.
Male cadere.Cæs.Vbi tantos suos labores & apparatus male cecidisse viderunt.
Male mereri opponitur bene mereri,significat iniuria afficere.
Male vertat,imprecantis est.in Adel.Quæ res tibi vertat male. male se gerere,aut rem.
Male accipere,est male tractare aut verbis aut rebus.Cice.Homines multis verbis male acceptos dimisisti.
Maledico.In And. maleloqui.In Phor.
Male precor tibi. male imprecor tibi.
Male opto tibi. male cupio tibi. (in Andr.
Male habere,est ægrotare. Aliàs,ægre ferre.Terent.
Hoc male habet virum. Hæc res non minus me male habet,quàm te.
Male intellecta sententia,pro non recte.
Male animo est.In Adel. male mecum agitur.
Male mihi sit,id est,peream.
Male animatus erga principem.Sueto.
Male cogitare de aliquo.
Male cōciliat⁹.In Eunu Fugitiue prodi,male cōciliate.
Male consulere aliquid in aliquem.In Heaut. Pessime istuc in te atq; in illum consulis.

Male

Male credere. Plaut.i. Pœnu. male credam, & credam tamen.
Male docere. Terenti.in Heauton. male docet te mea facilitas multa.
Male excrucior. Male mihi est.
Male maceror. In Cistel.
Male moratus. Male morigerus.
Male musicus. Male oculatus.
Male promeritus. Male nupta In Casina.
Male odi. Ter. in Adel. Male seruare fidem. In Trin.
Male, p valde iuenif. Qui male agit. male mulctabif.
Male timeo. Ter. in Heaut. Quàm timui male. i. valde.
Male formidare. In Cistell. Quæ in tergum meum ne veniat formido male.
Male metuo. In Hecy. Male metuo, ne Philumenæ magis morbus aggrauescat.
Male viuere. In Ruden. Ita male viuo. Ita multæ in pectore sunt curæ.
Male suadere. Malesuada, quæ male suadet.
Male facio. Inde maleficus, maleficium, malefice aduerbium. Peius mecum actum est, quam tecum.
Peius odisse. Cice. Oderam multo peius hunc quàm illum. Idem: Quo neminem veterani peius oderunt.
Cane peius & angue. Horat. in Epist.
Peius timere. Horati. Peiusq; letho flagitium timet.
Pessime. Maligne.

MANE.

Mane. In Andr. Obseruabam mane illorum seruulos.
Persius: Iam clarum mane fenestras intrat.
Tam mane. In Heaut. Nunq̃ tam mane egredior, neque tam vesperi domũ reuertor, qn te in fundo cõ spicer.
Mane mane, emphasim habet & singularem vim in se reuocantis. In Phor. Mane mane, inquam.
MAnipulatim. i. per manipulos. In Pseu. Manipulatim mihi nugigerulі facite ante ædes iam hunc adsint.

Manifesto.in Pœnu.manifesto fur es.

MAture, celeriter, tempestiue.in Eunu. At mature. Cice. Sed hunc fructum mature fortuna ademit.

Maturissime. Cice. Vt quæq; res est turpissima, sic maxime & maturissime iudicanda est.i.maturo iudicio.

M E C V M.

Mecũ, tecũ, nõ cũ me & cũ te.in Cistel. Nihil mecũ tibi.

Mecũ simul.in Bacchid. Eum mecũ ad te adducã simul.

Mecum vnà Vergil. mecum vnà in syluis imitabere Pan a canendo. Mecum vna canendo.

Mecum facit. Mecum sentit, idem. in Andr. Næ iste haud mecum sentit.

Mecum.i.intra me.in hecy. Vt tacita mecum gaudeam.

Meme, pro meipsum, tete, vehementiam significant.

Sese idem valet quod se. Vergil. Meme adsum, qui feci.

MEdiusfidius.i.per deum fidiũ (q fidei præest) vel per iouis fidiũ, pro filiũ, s. herculem, mutato d in l quasi me iouis filius iuuet, vel p diui fidẽ, vel per diei fidẽ.

M E L I V S.

Melius mecnm agitur.

Melius cum illis agerent. actiue. melius spero. in Andr.

Melius nemo accepit.in Eunu. Accepit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius.

Melius adhuc. In Bacch. Probe ita res successit, meliusque adhuc.

Meli9 dicere.i Adel. Quid istuc? accedo vt meli9 dicas.

Melius erit isti morbo.in Cistel.

Melius est eum adire.in menæ. melius nos est adire, atque hunc percunctarier.

Omnes sibi melius malle esse q̃ alteri.in Andr.

Meli9 peius.in heaut. mel9 pei9, prosit, obsit, nihil vidẽt.

MEmbratim, per membra singula.

Memoriter cognoscere.in Eunucho: memoriter meminit.in Capt. (Cice.

Memoriter memoras.in Amphitr. memoriter narrare.

Memoriter

Memoriter proferre. In Phormi. Memoriter respondere. Cice.

Memoriter me vocat. In Asin.

MErito possim cum cogere. In And. Illud merito factum omnes putēt. In Eun. Merito te amo. In Adel.

MINVS.

Minus quā Eun. Minus petens quam tu. In Capt.

Minus dixi quam volui.

Minus ac. Catull. Illi nō minus ac tibi pectore Vritur flamma, sed penite magis.

Minus habere. In Phorm. Qui minus habent, semper aliquid addunt ditioribus.

Minus pro non In Heaut. Minus credere est.

Minus memini. in Casin In Eunu. Quod minus intellexi. minus p se potest. Cic. Quod quisq; minus per se posset: id acciperet ab alio, vicissimq; redderet.

Minus valet. In Bacch. minus valet moribundus est. minus multi, & minus addacter. In Mil. Si hoc parauisset, homines essent minus multi mali, & minus audacter scelesta facerent facta.

Minus minusq;. In Heaut. Mihi iam minus minusq; obtemperat.

Minus cū nominatiuo. In Trin. minus quindecim dies sunt qđ &c. Liu. minns duo milia hominū effugerūt.

Minus cū genitiuo In Eun. Amicorū hic habēs minus.

Minus cum accusatiuo Liui. Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit.

Minus cum ablatiuo. Cæs. minus horis tribus. In Persa: Duobus nummis minus est.

Minus nihilo. Teren. In Phor. Cui minus nihilo est.

Quo minus, pro vt nō. In And. Quo fiāt minus. Oui. 2 Met. Quoq; minus dubites, quoduis pete munus.

Non minus, pro æque.

Nec minus, nihil minus, pro nihil omnino. Vergil. 7. Nec minus interea extremam Saturnia bello imponit.

regina manum. Terent. Nunc ita tempus est, mihi vt cupiam filiam, olim nihil minus. Ego sane nihil minus de te cogitarem, quam vt hoc faceres.

Nihilominus, adoptionis seu æquiparationis nota. Terent. Loquere, nihilominus & hoc faciam.

MInimũ cũ genitiuo. Cic. Vt quisq; minimũ firmitatis habeat minimũq; viriũ, ita amicitias petere maxime.

Minimum, Inepte, ad minus. Varro: Harum genera minimum in binas species diuidi possunt.

MInime, negandi est. Cice. Turpis excusatio est & minime accipienda. Minime feceris. In Mostell.

Minime mirum. Ter. in Hecy. Minimeq; adeo mirum.

Minime gentium, pro eo quod est, omniũ gentium iudicio minime esse faciendum. In Adel.

Minime omnium, vulgo, minus quam eos. Cic. Quod quidem tu minime omnium ignoras.

Mirum ni apud poetas significat certe vel nimirum. In And. Mirũ ni domi est. In Eunu. Mirũ ni hanc dicit.

MIsere, infeliciter. Cic. misere periit.

Misere, valde, nimis. In Heaut. Eam misere amat.

MODeste, cum modo, moderate, adhibito modo. In Hecyra: Quid tum postea, si modeste ac raro hoc fecit? In Phormio. Qui modeste istæc ferat. Terent. in Eunu. Adnuo terram intueor modeste.

MODICE, MODICVM.

Modicum, parum. Plau. Aedepol id modicum curat.

Modice, pro parum. In mili. modice sapis. Ibid. At modice disce moderare animo.

Modice tangere. Cic. Sed ea res modice me tangit. Idẽ: Quæ mihi proponuntur, modice me tangunt.

Modice vtile. Idem: Sed vt modice cæteris vtile est tibi necesse est.

Modice, a modo quãdoq; deducitur, vt modestiam designet, quæ inter parũ & minimũ versatur, non pauci citatem. Varro: Quum aer est modice temperatus.

Modice

Modice agere. Cice. Nos agemus omnia modice.
Modice dicere. Ci. Quãq̃ a me timide modiceq; dicef.
Modice loq. Liui. De se pauca ac modice loquutur est.
Modice spernere. Liui. Libertatem nec spernere modice, nec habere sciunt.
Modice vti. Liui. Libertate modice vtantur, temperatã eam salubrem esse.
MVtuo significat inuicem. Cice. mutuo se amabant.
Mutuo, pro ediuerso. Cice. Fac me mutuo diligas.

MODO.

Tempus vix dum præteritum significatur per modo.
Modo, nunc, mox, eandem quidem elegantiam & vim, sed tria diuersa tẽpora habent: vt, modo scripsit, nũc scribit mox, scribet epistolam. Teren. Modo e Dauo audiui. Idem: Modo quid designauit? In Asin. Adolescens venit modo, qui argentum attulit.
Modo cũ verbo p̃senti. Terẽ. in Hecy. Aduenis modo?
Modo geminatũ. Ter. In Eun. Modo ait, modo negat.
Modo vt. Teren. in Phor. Scies, modo vt tacere possis.
Modo, p dũmodo. In Heau. Mõ liceat viuere, est spes.
Modo ne. Cic. Declinandum est de via, modo ne summa turpitudo sequatur.
Modo non, id est, tantum non. In Phorm. Senem per epistolam pellexit, modo non auri mõtes pollicens, id est, propemodum.
Modo, pro tantummodo, duntaxat. Liui. Tectis modo dirutis, alterius vrbis duo populi in vnũ cõfusi sunt.
Modo pro si. Vergil. Primos ego in patriam mecum, modo vita supersit.
MORdicus, quasi mordendo. In Curc. Mordicus manum arripuit.
Mordicus tenere est summa pertinacia tueri. Cice.

MOX.

Per mox explicatur paulopost futurum Græcorum.
Mox, statim. In And. Mox, ego huc reuertar.

Mox paulo post, vel postea. Cice. Verum illa mox nūc de ipsa exercitatione quid sentias quærimus.

Mox pro deinde. Suet. Nec mox occasio aut caussa te audiendi fuit.

Quam mox. In Phor. Dum expecto quā mox veniat.

MVLtum amare, excellere, ferre, obiurgare, præstare, saluere, valere tacere.

Multrm me in silentio tenui.

Multum & diu cogitare.

Multum vti. Cic. Sulpitio vtebare multum.

MVLto iungitur pulchrè his dictionibus, alias, aliter, secus, ante, post, magis, præsto, malo, antecedo, excello & similibus superlatiuam vim habentibus.

Multo cum comparatiuo: vt, Multo molestius. Cic.

Multo cum superlatiuo: vt, Multo fortunatissimus, iucundissimus, maximus, molestissimus, sapientissimus, vberrimus, multo maxime, multo maxima pars &c.

Multo tāto. In Rud. Ego multo tanto miserior quā tu.

MVNicipatim, id est, per municipia.

NAM.

NAm caussalis est. ordinisq; præpositiui, licet postponatur huic dictioni quis. Vergilius dixit, nā quis, pro quisnam. Nam quis te iuuenum &c.

Nam, pro autem. Cicer. Nam quod in vxorem & filiam meam tam petulanter inuectus es, &c.

Nam profecto. Salust.

NE.

Ne prohibentis tam subiunctiuo quam imperatiuo iūgitur: vt, Ne dubita. Ne dubites. Ne iura. Ne iures.

Ne viuam, ne valeam, ita viuam, ne sim saluus, peream, dispeream, moriar, male mihi sit, modi sunt dicendi, quum quid asseuerare volumus.

Cice. Ne sim saluus, si aliter scribo ac sentio. Idem: Ne viuam, si scio.

Ne plura, ne multa, ne multis, ne lōgum faciam, ne longum sit

gum sit, qd multis modus loquēdi ac si dicas: Ne dicam plura, ne multis te teneam, quid multis opus? Cice. Ne multis, Diogenes emitur. Idem: Ne multa, loquuturum se cōfirmat. Horat. Ne longum faciam.

Ne ea res sit mihi fraudi, id est, ne mihi adscribatur vel ne noceat, ne'ue vitio detur, vnde pœna aliqua proueniat. Cic. Id erit eius vitrico fraudi & crimini.

Ne interrogatiue captum.

Est'ne magister in ludo? Terent. In Phor. Vise redierit'ne iam, an nondum, domum. Terent. in And. Nihil non esse proprium cuiquam?

Ne dubitatiue. Incertus sum viuat ne pater an non. In And. Est ne hic Crito?

Ne, pro vt, constructum cum verbis prohibendi, cauendi, & timendi. Prohibuit me pater, ne redirem ad te. Caue ne cuipiam dicas, vel Caue cuipiam dixeris. Vereor ne magister omnia resciscat.

Ne nō, ponuntur eleganter post vereor, timeo, metuo. Cic. Vereor ne nō liceat, Idē: Timeo ne nō impetrē.

Ne non, sine verbis vereor, timeo, metuo. Cicer. Vide ne non eadem sit illorum caussa & Stoicorum.

Ne, pro vt nō, caussalis est. Disce studiose, ne magistro venient vapules, id est, vt non vapules.

Inter ne & quidem, pulchre nonnihil ponitur. Cicer. Nunquam illum ne minima quidem re offendo. Sic, dicimus, ne nunc quidem, ne id quidem hoc quidem ne pilum quidem, ne tantillum quidem. ne ramenta quidem, ne pictum quidem vidit.

Qui ne. In Andr. Ego id agā, mihi qui ne detur. Vt ne, idē signant, quod ne particula sola. Te obsecro, vt ne credas a me allegatū hūc senem. Plaut. Nisi vt ne esurirem. in Andr. Vt ne pater per me stetisse credat.

Vt ne addam, id est, ne dicam plura. in Phorm.

Næ cum diphthongo, capitur pro certe affirmatiue. Teren. Næ ego homo infœlix sum, id est, certe.

Ne, rationalis, pro ergo. Verg. Me ne incœpto desistere victam?

Ne nihil. Cicero: Ne amicis nihil tribuamus, id est, etiã vt aliquid tribuamus.

Nedum, idem quod non modo solum, non tãtum, sed usus diuersus. Nã in oratione adfirmatiua, id quod maius est præponitur: vt, Talentum tibi darem, nedũ aurem. Vel duobus verbis Sanguinem pro te funderem, nedum pecuniam darem. In oratione negatiua præponitur id, quod minus est. Aureum tibi non darem, nedum ta'ẽtum. Vel duobus verbis. Pecuniã non darem, nedum sanguinem pro te funderem.

Ne dicam, hæc clausula si sequatur substantiuum, adiectiuum ponitur in accusatiuo? Sin interiicitur inter substantiuum & adiectiuum, relinquit vtrunq. in nominatiuo. Homo imprudens, ne dicam stultum, non stultus. Crudelis ne dicam impius & sceleratus Castor, non sceleratum castorem. In aliis casibus semper oportet conuenire adiectiuum & substantiuum vt, non faceres hæc magistro conscio, nẹ dicam præsente non præsentem. In Adel. Est inepta ratio, ne dicã dolo, atq; absurda. Cic. An sperasset hoc viuo Milone, ne dicam cõsule. i. taceã. Alias est, correctionis nota. Ci. Sed pleriq; puerse, ne dicã impudẽter, amicum habere talẽ volũt, quales ipsi esse non possunt.

Nec ne, idem est quod an non. Ponitur interrogatiue & dubitatiue. Dubius sum serio dicas nec ne. Cice. Demus nec ne, in nostra est potestate.

Non ne, ergo ne, ita ne, composita a ne, magis sensum extorquent quàm interrogant.

Neue hoc, neue illud, genᵘ est dicẽdi pelegãs. Ci. Peto a te, ne id a me, ne in hoc reo, neue in aliis queras.

Nec nec, disiunctiua est. Oui. 5. nec citra mota, nec vltra est.

Nec caput, nec pedes habet. Dicitur de re intricata impedita

pedita adeo, vt quò te vertas nescias. Cice.
Nec neq;. In Pseu. Quid ni fleã, cui nec parat nummus argenti fiet, neq; libellæ vlla spes sit vsquam gentiũ.
nec non, & signat.
nec non &. Sueton. Suppliciter nec non & minaciter efflagitantes.
nec nõ etiã. Suet. nec nõ ẽt poëmata faciebat ex tẽpore.
nec nihil. In Adelph. nec nihil, nec omnia hæc sunt quę dicit, tamen.
nec opinata bona. Cice. nec opinato. i. inopinato. Liui.
nec opinanti, non opinanti. In Hecy. Quæ nec opinanti accidunt.
Terent. In And. Id voluit nos sic nec opinantes duci falso gaudio.
nec secundo loco positũ. In Eun. Quæ dum foris sunt, nihil videtur mundius, nec magis cõpositum quicq̃.
nec enim. Cice. nec enim melior vir fuit Africano quisquam, nec clarior.
nec mirum. Cice. Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt longe dissentimus, nec mirum.
Interdum tres negationes non plus valent quàm duæ: vt, nunq̃ tibi nec fisus sum, nec fidam.
nec modo, sed etiã. Cic. nec modo in hoc quod est animal, sed in iis ẽt quæ sũt inanimata, cõsuetudo valet.
nec sicut vulgus, sed vt eruditi solent appellare sapientem. Cicero.
nec vero. Ci nec vero se adduci posse vt hæc crederet.
nec, pro etiam. Quintil. Persolui gratia non potest, nec malo patri.
nec quicquam aliud, pro tantum. Sueto. Affirmauit inermem se in conspectu exercituum proditurum, nec quicquam aliud quàm fleturum.
nec dum, non adhuc.

NEMPE.

Nempe. confirmantis est, quod nunc cum interrogatione,

ne nūc sine ea ponitur. in Rud. Nempe hic tuus est? D' Meus est. in M. Nempe iubes? M. iubeo Hercle vero. in Eunuch. Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt.

Nempe de tuo. in Trin. Bene volo ego illi facere, si nō abnuis. P. Nempe de tuo. L. De meo.

Nempe in foro In Asin. Ego eo apud argentnrium. L. Nempe in foro. In Phor. Eo, recta via eqdem illuc.

Nempe vt modo. in And. Ibi G. (nēpeade ad Pāphilā. dem: Nempe vt currentur rectec hæc.

Nempe enim, Pli. Nempe enim (inquit) daturi estis, cōsulari viro seruulos aliquot.

NEQVA, ne per aliquem locum.

Nequaquam, id est, non.

NEQuiter peruerse. in Rud. Vt nequiter comprimitur in Casin. Et si quidem Hercle feci, feci nequiter.

NEQuando, ne vllo tempore. Cl. Vt nequando amare occiperemus eum quē aliquādo odisse possemus.

NEQuaquam, id est, nullo modo.

NEutiquā, idē, in Andr. Neutiq̄ officiū liberi esse puto.

NEQVE.

Neq; disiunctiua coniunctio. Vergi. 8. Quis neq; mos, neque cultus erit.

Neq, natare neq; literas, Adag. de supra modū idoctis.

Neq, cum malis, neq; sine malis, Adag.

Neq; cœlum neq, terram attingit, de re vehementer ab surda atq; aliena.

Neq; mel neque apes: id eos dici solitum qui recusant incōmodū ferre q̄ sit cū cōmodo quopiam cōiūctū.

Neq; enim. Cice. Neq; enim isti sunt audiendi, qui virtutem duram, & quasi ferream esse quandam volunt.

Neq, id quidem facient. Cicero.

Neq; dum, id est, nondum. Cic. Sed ei rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat.

Neq; vero. Quintil. Neq; vero Lacedæmoni &c.

Neq;

Neq; quicquam quam, pro tantum Sueton.

Neq, secius eo, pro nihilominus. Sueton.

NEQuicquam, frustra. in Bacch. Ne id ne quicquam dixerit. Persius: Nequicquam fundo suspirat nūmus in imo.

NEV, a neue deductum, per Apocopen, id est, non. in An. Te obtestor, ne abs te hāc segreges, neu deseras.

NI.

Ni subiunctiuo iungitur. in And. Ni metuam patrem. in Phorm. Ni hęc ita essent.

Ni stulta, sis, vbi ni pro non capitur secundum Dona.

NISI, SI in principio orationis ponatur, indicatiuū desiderat. Alias etiam subiunctiuum. in Heauton. Nisi me animus fallit.

Teren. in Phorm. Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.

Vocibus nisi & quam, sine discrimine, vtimur, quum eas antecedit aliud, vel comparatiuus, aut eius vim habens: vt, Nihil aliud quam aut nisi sapientia es.

Sunt orationes vbi vtimur nisi, & non quam: vt, Quid est animal, nisi corpus cum anima concretum. Teren. Tu quantus quantus, nil nisi sapientia es. Nisi caues.

Nisi videas. Nulla nisi tu. Nisi multis blanditus.

Nisi vnum hoc faciam, Nisi forte ipse non vis.

Nisi tu ne vis.

Nisi vellet.

Nisi nunc. in Amphit. Te nisi nunc, hodie nusquam vidi gentium.

Nisi quod. in Persa: ego tantundem scio, quantum tu nisi quod prior pellegi.

Non nisi. Cice Hoc primum sentio, nisi in bonis amicitiam esse non posse.

Nisi forte. Ci. Nisi forte ego vobis cessare nūc videor.

Nisi si. in Trin. Edam, nisi si ille vetet. in Andr. Nisi si id est, quod suspicor.

Ter. i Adel. Nisi si me i illo credidisti esse hoim numero.

NIMIS.

Nimis. in Mil. Nimis doctum dolum.
Nimis immerito meo. Plaut. in Casin. nimis tu quidem Hercle nunc immerito meo mihi hoc facies.
Nimis pulcher. in Amph. Legiones educunt suas nimis pulchris armis præditas.
Nimis cito. Cic. Vt ne nimis cito diligere incipiamus.
Nimis diu. in Pseud. nimis diu & longum loquor.
Nimis security. in Amphit. nimis ferociter legatos nostros increpauit.
Nimis nihil. in Rud nimis homo nihil est, qui piger est.
Nimis male. in Aulul. nimis male timui priusquam intrò redii.
Nimis mane. in Persa: nimis pene mane est.
Nimis cupio quàm. in Capt. Quod quidem ego nimis quàm cupio vt impetret.
Nimis velim. in Aul. nimis Hercle ego illum coruum ad me veniat velim.
Nimis vellē. in Eunuch Fūdam tibi nūc nimis velē dari.
NIMIVM, est in Persa.
Nimium isto abisti. in Adelph.
Nimium cito. in Epid. nimium aduenisti cito.
Nimium bonę rei. in Stic. Babylonica peristromata, sellas, & tapetia aduexit nimium bonæ rei.
Nimium diu. Plini. Fuit tempus ac nimium diu fuit, quo alia aduersa, alia secunda principi & nobis.
Nimium familiariter. In Rude. Ab nimium familiariter me attrectas.
Nimium libenter. in Aulul. nimium libenter audiui sermonem tuum.
Nimium obsonauit. In Mercat.
Nimium videre volo. In Eunuch.
Nimium multum scis In Mercat.
Nimiú parce. In And. At nimiū parce facere sumptum.

nimium

nimium bonus. nimium indoctus.
nimium lepidus. nimium indiligens.
nimium opportunus. nimium mirabili &c.
NIMIO MInus. in Rud. nimio minus altus puteus visus est quàm volueram.
nimio plus. in Bacch. Video nimio iam multo plus q̃ volueram.
nimio satius. Ibid. Vixisse nimio satius est quàm viuere magistrum.
nimirum, certe. in Eunuc. nimirum hic homines frigēt.
nimirum, consilium illud rectum est. ibid.
nimirum responsiue captum. Quintili. Vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoq; melior.

NON.

Non negandi, est omnibusq; modis præter imperatiuum iungitur.
Indicatiuo. in Tru. non ædepol bibere possum iam, ita male est.
Optatiuo. in Mili. non ego emam nunc vitam tuam nitiosa nuce.
Subiunctiuo. Vergil. non illa quisquam me naue per altum ire, neq; a terra moneat subducere classem.
Infinitiuo. i Phor. Amo te & ñ neglexisse habeo gratiã
nihil pro non. Teren. nihil circuitione vsus es, idem: nihil me fallis.
nullus, pro nõ. idem: Memini, etiam si nullus moneas.
non geminatum. in Phor. non, non sic futurum, est non potest. non possum non mirari, id est, oportet.
non, pro nonne interrogatiue. in Phor. non qui redisset pater, ei veniam dare.
non per admirationem dictum. in Heauton. Atqui non est opus. S. non est opus.
non autem, rectius dicitur quàm non vero. Inuenitur tamen apud. Cic. At ii quidem iam mortui sunt, non vero tam isti, quàm tu ipse nugator.

nonnun-

Nonnunquam, id est, aliquando. In Eunu. Cibum non-nunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.

Nūquam nō, semper. Sueto. Turbatiore cœlo nūquam non coronam lauream ceruice gestauit, quod fulmine afflari negetur id frondis.

Nō nemo, id est aliqs. Cice. Cū esset nō nemo in senatu q diceret & nō oportere. Idē: Vt nō nemo putaret.

Nemo nō, id est, omnis. Cice. Aperte adulantem nemo non videt, nisi qui admodum est excors.

Non nihil, id est, aliquid.

Nihil non, id est, omnia. Terent. in Adel. Nonnihil molesta hæc sunt mihi.

Nusquam non. Nullibi non, id est, vbiuis.

Non secus ac, pro nō aliter. non secus ac si, pro eodem.

Non ires, pro nō ire deberes. non redderes, ineptè, reddere non deberes.

Non item. Terent. Cice. in Offi.

Nō adeo ihumano igenio sum. In Eun. id est, nō sum tā imittis. Ver. Nō obtusæ adeo gestamus pectora Pęni.

Nō adhuc. Cicer. Quod equidem non admisit adhuc.

Nō admodū. Ci. Absurdū est aio nō admodū delectari.

Non ante. Cicer. Non ante lunam nouam.

Non ausim, pro non audebo In Eunu.

Non clam me est, non ignoro. In Hecy.

Nō audio, id est, nō libēter admitto & cōsentio. ī Phor.

Non dictū est. i. perinde atq; nō dicta essent. In Pœnu. Hæc cura clanculum vt dicta sint. M. nō dictum est.

Non dubiè, sine dubio. Plin.

Non est consilium, id est, non decreui. In Hecy.

Non ita est. Salust. in Catil. Non ergo. Non igitur. Cic.

Non fere. Cice. Ex bellica victoria non fere quam est ciuium inuidia consequuta.

Non ita longa disputatione opus esse videtur. Cice.

Non habeo quod te accusem. Cice.

Nō idem tibi, & mihi: Inepte, nō idē tibi, sicut vel quod mihi.

mihi. Salu. Nō eadē vobis & illis necessitudo ipēdet.
Non iniuria, merito, non immerito, iure, optimo iure, sy nonyma. In Andr. Non iniuria. In Adel. Nunc suspicio de me incidit, neq; ea immerito.
non magis. In Perf. Quod ego nō magis somniabam.
non minus. Plini. non est minus ciuile & principem esse pariter & consulem, quàm consulem tantum.
non malus. In Eunu. Mancipium non malum Hercle.
non male valeo. In Mostel.
non nisi. In Amph. nisi te amarē plurimū, nō facerem.
non nimis. In Epid. non nimis potest pudicitiam quisquam seruire suæ filiæ.
non multo post. In Trucul. Nunc vt præmisit nuntium miles mihi, non multo post hæc aderit.
non omnes possunt olere vnguenta exotica, sicut tu oles. In Mostel.
non omnia possumus omnes. Vergil.
non viuam, id est, peream. In Merca. non viuam vesperi, ni illanc a me scelestam abigam.
non paruus. Cice. Eget non parua exercitatione.
non pridem. non queo, id est, nequeo. Cic. Sine lachrymis non queo dicere. non sine caussa. Cic.
non temere est, & properans venit. Terē. in Eunu.
non temere, pro vix vnquam, siue fere nunquam. Suet. Veste non temere alia, quàm domestica vsus est.
non vltra q̃, pro tantū. Suet. Cosmum seruū grauissime de se opinantem nō vltra quàm cōpedibus coercuit.
non modo aperte, sed etiā acriter si res postulabit. Cic.
nō modo pręsentia, verūetiam futura bella deleuit. Idē.
Militem nō modo legionarium, sed ne auxiliarium quidem vllum. Cice.
non modo non inuidiosa, sed etiam popularis. Id. m.
non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam. Cic.
non modo non intelligit, sed ne legit quidam.

Talis

Talis iproborũ ꝯsensio nõ modo excusatione amicitiæ tegẽda nõ est, sed potiꝰ omni supplicio uindicãda eſt.
non modo, pro non modo non. Cicer. Duas tamen res magnas præsertim, non modo agere uno tẽpore, sed ne cogitando quidem explicare quisquam potest.
non modo, pro nedum. Plini. Quum res inter rusticos geratur literarum expertes, non modo syderum.
non domestica solum, sed etiã externa bella, memoria tenebat. Cicero.
non solum, verum etiam. Cice. de Senect.
Non solũ, secũdo loco positũ inter iparia, aliquãdo iter paria. Cice. Plura ne dicam, tuæ me etiam lachrymæ ipediũt, vestræq; iudices, nõ solũ meę. Idẽ: Ad quod est adhibẽda actio quædam, nõ solũ mentis agitatio.
Non tantum valet, vt tollat è vita amicitiam. Cice.
Non accipere tantum à maioribus voluerunt, sed etiam posteris prodesse. Cicer.
Nondum, non adhuc In And. nondum scio.
Nondum etiam Ibid. An nondũ etiã, ne hoc quidem?

NVM.

Num, interrogat cum negatione, iungiturq; sæpius indicatiuo, rarius subiunctiuo. In Andr. num facti piget? num cogitat quid dicat? num censes faceret?
NVmnam, idem quod num. Teren. In Heau. numnam? hæc audiuit? In Eun. numnam tu hic relictus custos?

NVNC.

Nũc, temporis est. In Hecy. nunc mihi in mentem venit.
Nunc, pro sero tandem. Vergi. nunc scio quid sit amor.
Nunc cum genitiuo. Cicer. nunc temporis numero.
Nunc illud, id est, nunc tale periculum est. Ter. in Adel.
Nunc erat. Ouid. nunc erat auxiliis illa timenda patris.
Nunc iam. in Adel. I nũc iam. in Aul. Redi nũc iã itro.
Nunc nuper. In prolo. Eunuch. Menandri phasa nunc nuper dedit.
Nunc demum. in Adelph. Nunc demum venis? In Pseu.

Nunc

Nunc demum mihi animus in tuto est loco.

nunc primum. In Andr. nūc primum audio quid illo sit factum. Ibid. nunc primum fac isthæc vt lauet.

nunc nunc, emphasim habet. In Ruden. nunc nunc periculum est, eiecit alterum. Verg 8. nunc nunc o liceat crudelem abrumpere vitam.

nunc nunc sunt etiam distributionis signa. Horat. nunc veterum libris. nūc somno dat operam. pro interdū. Plin. nunc cithara, nunc lyra personatur.

N V N Q V A M.

Nunquam plus est quam non. In Hecyr. Ille reuiuiscet iam nunquam. In Andr. nunquam faciam. In Men. nunquam factum reperies: Cicer. Petit nunquam.

nunquam ante hunc diem. In Epid. Istunc hominē nunquam audiui ante hunc diem.

nunquam post hunc diem. In Men. Cuius hæres nunquam erit post hunc diem.

nunquam hodie, id est, nullo tempore huius diei. Verg. nunquam omnes hodie moriemur multi. In Adelph. Hodie nunquam monstrabo.

nunquam hoc vno die efficiatur opus. In Trucul.

nunquam quisquam nunquam quicquam. In Adelph.

nudiustertius, nudiusquartus. i. dies quę est ante heri vel pridie. nec vltra licet progredi, quāuis Plaut. nudiusquintus, nudiussextus, & Cice. nudiustertiusdecimus.

N Vnquid de vno interrogat. In Mercat. Atq; nunquid redeat, incertum hodie.

nunqd interdū est nomen, nō aduerbiū: vt, nunqd vis? nūqd est q̄ opa mea vobis opus sit? nūqd me vis? nūqd Romā vis? Qui flosculi sunt veterib' vsitatissimi.

nunquidnam, comicum est. In Eunuch nunquidnam hic quod nolis vides?

N V P E R.

Nuper, pridem & iampridem de paulo lōgiore tempore dicuntur, quàm dudum & iamdudum: scilicet sex mensium.

mensium, medii anni, aut longioris seu breuioris, pro conditione materiæ.

Nuper, de nõ lõgo tẽpore. In Heau. Inueni nup quãdã fallaciã. In Eunu. Mater mea illic mortua est nuper.

Nuper, de longiori tempore. Cice. Nam ante disciplinã patefactam, quæ nuper inuenta est.

Nuper admodum. In Heau. Quanquam hæc inter nos no itia nuper admodum est.

Nunc nuper, habes superius vbi, nunc.

NVSQVAM.

Nusquã, in loco. In Eun. Ille bonus vir nusquã apparet.

Nusquam, ad locum. In Mil. Te nusquam mittam.

Nusquam pedem. In Adel.

Nusquam gentium, abundat gentium. Ibidem. Fratrem nusquam inuenio gentium.

Nusquam non, habes sub aduerbio non.

O

O Interiectio iungitur nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo: significat autem vehementiam affectus.

O vocandi. Vergi. O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem, &c. In Eunu. O faciem pulchram.

O admirantis. Vergi. O fortunati, quorum iam mœnia surgunt Tros ait.

O exclamantis. In Heaut. O Iuppiter. In Adel.

O hominem impurum.

O dolentis & lugentis. Terent. O Mysis, Mysis.

O irridentis. Cic. O præclaram sapientiam.

O exultantis. In And. O factum bene. Ibidem. O teipsum quærebam. O optantis aduentum, aut repente percussi. In And. O Mysis, salue.

O optãtis. Ver. O mihi tã lõge maneat pars vltia vitæ.

O indignantis. O scelestum hominem.

O supprimitur interdum, vbi non est affectus tam vehemens. Teren. in Eunu. Hominem perditũ miserumq; & illum sacrilegum. Idem: Indignum facinus.

OBI-

OBiter, interim, incidenter, præter propositum. Plin. Vt obiter caueam istos Homeromastigas.

OBnixe, cum conatu, instanter. In Andr. Quem ego credo manibus pedibusq; obnixe omnia facturum.

OBVIam, id est, in occursum, datiuum postulat. In Phor. At ego obuiam conabar tibi. Salust. Sæpe obuiam eundo periculis, id est, aduertendo pericula.

Venit mihi obuiam, habui illum obuiam, idem sunt.

Obuiam ire. Salust. obuiam se dare.

Obuiam venire. Obuiam volare, est citato cursu occurrere. Verg. 7. obuiam fieri. Verg. 10.

Obuius aut obuiam se ferre, Grāmatici non patiuntur. Poetis solum est liberum. Vergil. I. Cui mater media sese tulit obuia sylua. Idem. 6. Non illi quisquam se impune tulisset obuius armato.

Obuius fio tibi, obuiam me tibi fero, obuius venio vel obuiam, obuiū me tibi fortuna obtulit, idē significāt.

OCYVS ocissime, celerius celerrime. In Amph. Nō ocyus quiui. In Sticho: Illa caussa nihil ocyus venit. In Eunu. Per longe est, sed tanto ocyus ꝓperemus.

ODiose, cum odio. In Bacch. Ohe odiose facis. In Adel. odiose cessat.

OH Interiectio, qua vtimur vbi ex interuallo notos vidi demus. Ibid. oh qui vocare?

Oh, indignantis. In And. oh, tibi ego vt credam furcifer? Terent. in Adel. oh, qui egomet produxi.

oh, dolentis & deprensi. In Casina. oh, peri, manufesto miser tentor.

Oh, exultantis ob rem bene gestam. In Most. Oh probus homo sum.

Oh oh, exultantis. In Most. Oh oh ocellus es meus.

Oh oh oh oh, eiulationis vox. In Capt.

OHE, interiectio est, satientēvsq; ad fastidiū designās. In Adel. Ohe scelus. In Phorm. Ohe desine.

OLIM.

Olim de tempore dicitur lõgiſſimo & rebus nõ duranti- tibus iungiturq; tam futuro quã præterito.

Olim fuimus Troes. Cicero. Olim mundus igne interiturus eſt.

Olim, fabulæ proprium eſt. In Eunu. Olim iſti fuit generi quondam quæſtus apud ſeculum prius.

Olim, pro nuper. In And. Alium eſſe cenſes nunc me atq, olim quum dabam?

Olim pro ante. In Hecy. Nũc mihi in mẽtẽ venit ex hac re, quod loquuta es olim, quũ illũ generũ cepimus.

Olim, de præſenti. Vergilius: Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.

Olim, pro aliquãdo. Horatius. Vt pueris olim dant cruſtula blãdi Doctores elemẽta velint vt diſcere prima.

Olim iam, pro iam olim, id eſt, iam lõgo tẽpore Qui. Olim iam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit.

Olim abſolute, pro iam olim. Idem: Illam facilitatem olim deſideremus.

OMNIfariam, quod ineptè dicitur omnimode.

Omnino, prorſus. Cicer. Omnino eſt amans ſui virtus. Idem Egregium virum, omnino ſibi nequaquam parem Omnino nuſquam. Cic. Eos autem omittamus, qui omnino nuſquam reperiuntur.

Omnino modice. Idem: Epulabar igitur cum ſodalibus omnino modice.

Omnino, in principio ſententiæ. Cice. Omnino omniũ horum vitiorum atque incommodorum vna cautio eſt atque vna prouiſio.

Omnino ſuperlatiuo iunctum. Idem: Aptiſſima omnino ſunt arma ſenectutis, artes.

OPIme, abundanter. In Bacch. Omniũ ad perniciam inſtructa domus opime atq; opipare.

OPeroſe, id eſt, laborioſe.

OPpidatim, per ſingula oppida.

OPpidò, valde, multum. In Aul. Totus doleo, atq; oppidò perii. In Epi. Hoc oppidò politũ est. In Heaut. Dic me hic oppidò esse inuitam, atq; seruari. Ibid. In angustum nunc meæ coguntur copiæ.

Oppido didici, spectaui, ambulaui, non recte dicitur.

Oppido ꝑ stati. In Most. Reddidi oẽ argẽtũ oppido.

Opportune, in tempore. In And. Opportune hic mihi fit obuiam.

Opportune cadere, id est, bene succedere. Cic. Sed hoc tamen cecidit opportune.

OPTato, quasi cũ desiderio. In And Optato aduenis.

OPTime factum In And. Optime est. In Adelph.

Optime adest, id est, opportune. In Eunu.

Optiẽ ĩ tẽpore. In Capt. Optime mihi ĩ tẽpore aduẽit.

OTIOse, cum otio. In Trin. Cætera intus otiose percunctabar.

Otiose sequi, id est, lente. In Mili.

Otiose agere. Otiose ambulare.

Otiose negotium gerere, id est, negligenter.

Otiose dormire, id est, sine cura.

PAPAE.

PApæ, admirantis interiectio. Habet enim in se affectum verbi miror. In Eunu. Papæ, hæc superat ipsam Thaidem.

PARCE ac duriter se habere. Terent. in Adelph. primum hæc pudice vitam, parce ac duriter agebat.

PARITER.

Pariter ac. Liui. Trucidant fœminas pariter ac viros.

pariter atq;. In Amph. Hoc fit pariter atq; vt alia facta sunt.

pariter vt. plaut. in Aulul. Is ex se hunc reliquit filium pariter moratum vt pater, auosq. huius fuit.

pariter fit, id est, similiter. In Eunucho.

pariter pro meritis. In Mili. Huius pro meritis vt referri pariter possit gratia.

PARTIM.

Partim geminatum. Ci. Vt eos partim scelerum suorũ, partim etiam incpriarum pœniteret.

Partim, aliquando non geminatur. Cice. Statuæ in lucis publiicis positæ, partim etiã in ædibus sacris, per vim per vniuersam multitudinem deiicerentur.

Partim hominum venerũt, id est, pars hominum venit, hoc est, quidam homines.

Partim eius prædæ. Cicero.

Partem alii. Salust. Ille probare partim, alii abnuere.

PARVM.

Parum paulum, ad modum referuntur.

Paulisper, tantisper, ad tempus.

parum, id est, modicum. In Adel. consulitis parum.

Parum est. In Trinum.

parum est vt Plin. parum est vt in curiam venias, nisi & conuocas, & intersis senatui.

Parum, pro non satis. Quod tibi parum est, mihi nimium est.

Parum intelligere, parum pdurare, processit parũ, parũ successit, prospicio parũ, parũ videt, parum pspicit.

Parum felix. Plin. parum felix matrimonium expertus.

Parum vtiliter. Idem.

Parũ cum genitiuo. In Mercat. parũ ne est malæ rei, qđ amat hic Demipho, ni sumptuosus insuper etiã fiet.

Parum abest, nihil abest, pro nedum, dicendi modi lepidissimi. In politicis Plutarchi. Concitato iam bello ciuili, ex quo parum abfuit, quo minus Romana res funditus euersa periret.

PARũper. i. paruo tẽpore. In Aulul. Da mihi operã parumper. In And. parumper operire me hic.

Parumper, pro cito, velociter. Verg. 6. Pulsusq; parumper Corde dolor tristi gaudet cognomine terræ.

PARuulum, a parum. paruulum differt.

Paruulum refert. Plinius.

PAVium,

PAVlum, diminutiuum a parum. In And. Pro peccato magno paulum supplicii satis est patri.

Paulo paululo. paulo minus. Plin. paulo minus octogesimo ætatis anno decessit.

Paulo minus, propemodũ vel pene. Suet. Talem principem per quatuordecim annos perpessus.

Paulo minus quam. Sueton. Ciuilem se admodum inter initia, ac paulo minus quam priuatum egit.

Paulo mox, staticum paruo interuallo. Plin. Et paulo mox calefactum vulneri imponatur.

Paulo post. In Pseu. paulo post magis ille hõ meu⁹ est.

Paulo prius. In Mænech.

PAVlulum, pauxillum, pauxillulum, paulatim, pauxillatim, diminutiua a paulum.

Paululum cum genitiuo. In Adel. Agelli hic sub vrbe est paululum. paululum abscedere. In Asin.

Paululum pudor. In Andr. In denegando modo quis pudor est paululum.

Paululum opperiri aliquem. In Eunu.

Paululum cessare. Ibidem.

Paululum sine ad me vt redeam. In And.

PAVlisper, id est, valde parũ temporis. In Adel. paulisper mane.

PASSIM.

Passim, id est, sparsim. Vergil. Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma.

Passim vbique. Lactant. Creditur ei passim, tanquam cognitæ veritati.

Passim vndiq;. Idem: Eo passim confugerunt ex finitimis locis.

Passim, quomodolibet sine discrimine. Ver. passimq; in littore sicco Corpora curamus, id est ꝑut quisq; vult.

PEctinatim, ad similitudinem pectinis factum. Plin.

PECuliariter, specialiter, præcipue. Plin. Epiphoris peculiariter imponitur.

PEdetentim.i.caute, a pedibus & tentando. In Phor. Dii bene vortant quod agas, pedetentim tamen.

PEne, quasi. In Adel. Sed hoc mihi dolet, nos penè sero sciſſe.

PENitus, quaſi penè intus. Vergil. Et cauſſas penitus tentare latentes.

Penitus, prorſus valde. Vergil. Penitusq; ſonantes Acceſtis ſcopulos.

Penitus longe. Vergil. Penitusq; alias aduexerat oras.

PERINDE.

Perinde ſignificat ita, æque multum, ſed diuerſimode.

Perinde adeo vt. In Amphit. Fac ſis perinde adeo vt me velle intelligis.

Perinde ac. Ci. Quod ego pinde tuebar ac ſi vſus eſſe.

Perinde ac ſi, id eſt, ita. Perinde in iſta re tua faciam, ac ſi mea res eſſet.

Perinde atq;. Liui. perinde atq; capta vrbe.

Perinde, prout. Plin. Meminerunt, perinde coniecturā de moribus ſuis homines eſſe facturos ꝓut hoc vel illud elegerint.

Perinde, vt. Cicer. Nam perinde vt opinio eſt de cuiuſque moribus.

Perinde, quam ſequitur vt plurimū in oratione negatiua. Suet. Nulla tamē re pinde motus, quam reſpōſo. Nulla mihi res perinde dolet quam tui perditio.

Perinde quaſi. In Sticho: Abſentes viros perinde habetis quaſi præſentes.

Perinde abſolute, pro pariter, æque. Plinius. Funus Rufi clariſſimi & perinde fœliciſſimi. Cic. Te & Dolabellam perinde diligo.

Perinde, ad hunc modum. In Phor. Sexcentas perinde ſcribito iam mihi dicas.

Non perinde, id eſt, non multum ſeu valde. Sueton. Nihil attulit, quare aduentus non perinde gratus fuit.

Non perinde vt Sueton. Crure ſiniſtro non perinde valebat.

valebat, vt sæpe etiam inde claudicaret.

PER.

Per, iunctum nominibus adiectiuis, aduerbiis siue verbis, vehementiam significat.

Perplacet, id est, valde placet.

Perbenignus. Perbenigne.

Perquam, idem valet quod valde. Nuntius matris tuæ defunctæ mihi perquam acerbus fuit.

Cauendum ne ista duo per & perquam superlatiuis aut comparatiuis iungantur. Non enim dicitur, perquam optimus, sed quàm optimus nec peroptimus.

PERperam, praue, peruerse. In Mil. Ita me insimulatam perperam fuisse simulaui.

Perperam pronuntiare, id est, male. Plin. Quum lector quædam perperam pronuntiasset.

PERpetim, id est, continuo.

PERpetuam & Perpetuo. In Epid. Perpetuum valuisti? In Adel. Atq; ego tunc perpetuo perierim.

PERpol, iurandi. In Casi. Perpol sæpe peccat.

Permultum, perpulchre, perplexe, perseuerãter, perspicue, persæpe, pertinaciter, peruerse, pie, satis cõstant.

PLAcide agere. Placide volo vnumquodq; agamus. In Bacch. Placide accubare. In Most. Aspice quæso vt placide accubat?

Placide aperire fores. Placide pulsare fores.

Placide currere. Placide excedere, Placide exquirere.

PLANE.

Ego eram deus, qui poteram planius. In Cistel. Nõ potuit paucis plura plana perloqui.

Plane, certe. In Heauton. Sed te miror qui alia tam plane scias.

Plane, omnino. Ibid. Tu quidem illum plane prodis.

PLEne laudare Cato. plenius æquo. Horat.

PLErunque, id est, pene semper.

Luxuriant animi rebus plerunq, secundis. Horat.

Plerunq;,pro aliquãdo. Quintil. Excussa sunt plerunq; vitia verberibus.
Plerunque omnes. in Trinum.ita plerunq; omnes iam sunt intermortui.

P L V S.

Plus cum nominatiuo Liui. Plus quinquaginta hominum ceciderunt.idem: Plus decem milia capti.
Plus cum genitiuo: vt, plus plaustrorum.in Aulu plus sapientiæ.in Mil.plus aloes quàm mellis habet.
Plus cũ accusatiuo.in Adel. Plus qngentos colaphos infregit mihi.in Heau. Plus decẽ ancillas secũ adduxit. Cato: Ne plus quatuor digitos trãsuersos emineant.
Plus cum ablatiuo aut aduerbio comparãdi.in Curcul. Plus iam annó scio.in Hecyr. Dies triginta, aut plus eo in naui fui.in Men. Plus triginta annis natus.
Plus æquo. Cice. Si quis plus equo appetet.
Plus iusto. plus nimio. plus solito. Horat.
Plus magis, aut satis sapiens, doctus, sanctus, bonus.
Plus minus. Erasmus. Dies plus minus triginta.
Plus minus'ue.in Phorm. Ne quid plus minus'ue faxit, quod nos postea pigeat.
Plus paulo. Terent. Is mihi vbi adbibit plus paulo quæ sua narrat facinora?
Plus plusque. Cic. Quem me hercle plus, plusq; in dies diligam.
Plus que vnica dictione vel duabus.in Trucu: Scio ego plus que me arbitraris scire. Plus que ciuiliter. Ouid.12.
Plus que par est bibere, edere, literis vacare, &c.
Plus, sine quàm.in Andr. Plus vides.in Ruden. Vna litera plus sum medicus.
Plus satis es vrbanus.in Eunuch. Calesces plus satis.
Plus cum verbis iunctum.in Merca. Nullum adolescentem plus amo.in Hecyra: Vt cum matre vna plus esset, id est, maiorem partem.
Plus scis qd facto opus, id est, melius. Terent.in Adel.
P L V-

PLVrimum sibi confidere. Plurimum saluere. plurimum amare, plurimum esse in sacra concione, domi, in foro, in libris, in conuiuiis, &c. In Phorm. Domum ire pergam, vbi plurimum est.

RORRO.

Porrò certe. Cic. Nihil porro tam inhumanum, tam immane, tam ferum, &c.

Porro, aduerbium ordinis. in Andria: Moue te ocyus, vt quid agam porro intelligas.

Porro, a longe. Liui. Si ire porro pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremq; euadendum.

Porro, expletiue captum. Terent. Dehinc vt quiescant, porro moneo.

Porro, postea, deinde, in futurum. in Hecyra: Quid restat, nisi porro vt fiam miser.

Porro, pro autẽ, coniunctio est, poniturq; in principio sermonis noui aut maioris. Quintil. Porro q cõfessum defẽdit nõ absolutionẽ sceleris petit sed licẽtiã.

POST.

Pòst, suo casui non seruiens, aduerbium est. In Persa. At post scies. Terent. in Adel. Venit post insaniens.

Post deinde. in Andr. Post deinde, quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui, date.

Post, demum. in Asin. Post demum huc cras adducam ad lenam. Paucis post diebus. Vergil. Longo post tempore venit.

Multo post. in Mercat. Ea simia adeo post haud multo ad me venit.

POSTEA.

Postea, post id tempus. in Epid. Vt primum eam vidi, nunquam vidi postea.

Hinc posteaquam. Inter quod Cicero ponit verò. Postea vero quàm ita cœpi.

Posterius, comparatiuum est. in Amphi. Ne posterius in me culpam transferas.

Posterius, pro minus. in Asina. Posterius istuc dicis quã credo tibi.

Postremum & postremo, manifesta sunt. Te. in Andria in Iugurt.

Post, hac, post hoc tempus. in Hecy.

Postquam. in Heaut. Sed postquam aspexi, ilico cognoui. Quam ego biennio postquam hinc in Ephesum abii, inde conspicio libens. in Bacch. Anno postquã primum Cos. fuerat, ego natus sum.

Biennium iam factũ est, postquam abii domo. in Merc.

Hic annus sextus est, postquam rei huic operam dam⁹. in Mena.

Tum postquam ad te venit, mensis hic agitur iam septimus. in Hecyr. Postquam pro quoniam. In prologo. Adel. Postquam poëta sensit scripturam suam ab iniquis obseruari.

POSTRIDIE.

Postridie, postero die significat. in Sticho: Qui potest mulieres vitare, vitet, vt quotidie pridie caueat, ne faciat quod se pigeat postridie. Refertur tam ad tempus futurum, quam ad præteritum.

Postridie cum genitiuo. Cæs. Postridie eius diei, &c.

Postridie cũ accusatiuo. Liui. Postridie idus reb⁹ diuinis supersederi iussum. postridie quã. postridie q̃ veni.

Postridie quã tu vxorẽ duxeras, ego certior fact⁹ sum.

POTIVS.

Potius, potissimũ, vel potissime. in Amphit. Ab eo potius. in Andr. Quẽ vocabo ad cœnã meorũ ęqualiũ potissimũ nũc. In Pseu. Hũc diẽ sumpsim potissime.

Pręcipitanter, præclare, ex se constant. pręclare mecum actum est. Cicero.

Præfinito. in Hecy. Illic haud licebat nisi præfinito loqui. Intelligendum tempore.

PRAESTO.

Presto, id est, præsens, iungiturq; soli verbo sum, eiq; simplici.

simplici. præsto est. in phorm. præsto adest. in Eunu. Spondæ noxa præsto est.

Præsto domi. in Epid. Tibi quidem quod amas, domi præsto est.

Præsto esse alicui, præsidio esse, fauere, iuuare. Cicero: Multis præsto fuit.

Præsto esse, pro aduenire. Hirundines æstate præsto sunt, id est, aduenium, hyeme recedunt.

PRAETEREA.

Præterea, id est, præter hæc, ponitur eleganter post singularem aliquã psonam vel rem, Cicero. A me vero ita diligitur, vt tibi vni concedam, præterea nemini.

Præterea includit modo singulare, modo plurale. Vergil. Si duo præterea tales Idæa tulisset terra viros, id est, præter eum Aeneam. Cice. præterea quidem de consularibus, id est, præter eos.

Pridem, iampridem, de paulo longiori tempore dicuntur, sicut nuper, quàm dudum & iamdudum. Quod pridem tibi scripsi, id ipsum nunc repeto. iampridem tua fides mihi cognita, est.

Vnde pridẽ gaudet verbis p̃teritis, iãpridẽ præsentib⁹. præterea, pridem dicitur de rebus non duranti us.

Pridem fuit in ædibus meis.

Non pridem. pli. Medica non pridem venit in Italiam, non tempore ante.

Non ita pridem. Cicero. Nostra autem ciuitate non ita pridem dominatur regio liberata.

PRIDIE.

Pridie, priori seu præcedenti die. Cato: Si quem purgare voles, pridie ne cœnet.

pridie cum genitiuo. Cicer. Illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.

pridie cum accusatiuo. Cice. pridie nonas Iunias quum essemus Brundusii. Idem: pridie cõpitalia memento.

pridie quàm. Liuius: pridie quàm legati ad Tarquinios

nios pficiſcerentur. Sueton. pride quam occideretur. Cicer. pridie quem exceſſit e vita.

PRIVS, PIMVM.

Ad tempus referuntur, prius, primum aduerbia. In prologo. Heaut. Id primum dicam. In Epid. Vt primum illam vidi In Amphi. prius tua opinione hic adero.

Prius ouem lupus ducat vxorem, deus inter quos eſt insanabile diſſidium.

Primum omnium. In Moſtel. Omnium primum ſodalē me eſſe ſcis gnato tuo.

Primo. In Phor. Cœpi aduerſari primo.

PRAETERQVAM.

Prẹterquam habet ſemper præcedētis verbi caſum, vtimurq. eo vbi poneretur præter.

Nemo id dixit præterquam. Cicero Nullius id intereſt præterquam patris. Nulli id placuit præterquam Cæſari. Neminem præterquam prætorem timeo. A nemine præterquam a Sociate didici.

Præterquam, pro aliter quam Liui. Coaleſcere nulla re præterquam legibus poterat.

Præterquā quod. In Heaut. Prẹterquā tui carēdū quod erat. Plin. Omnia nobis ex voto ſucceſſerunt, præterquā quod in itinere defunctam matrem audiuimus.

PRINCIPIO.

Principio, id eſt, primum. In Eunu. Principio eam eſſe dico liberam.

Principio, a principio. Cicero. Principio generi animantium omni eſt a natura tributum.

Principio atque. In Mercato. Principio atque animus ephebis ætate exiit.

Poſt principio. In Perſa: Poſt principio denique, ſi malus aut nequam eſt, male res vertunt quas agit.

PRISCE, priſcorū, more, vt Priſce agere. Cice.

PRIVAtim & publice opponuntur. Priuatim diues, publice egens.

Priuſquam

PRIVSquam, subcontinuatiua coniunctio.
priusquam cum indicatiuo. In Hecy. Priusquam hanc vxorem duxi. In Andr. Priusquam pereo. In Sticho: priusquam abis.
priusquam cum coniunctiuo. Sal. priusquam incipias, cõsulo: & vbi consulueris, mature facto opus est.

PRO.

Prò interiectio indignãtis modo nominatiuo, modo accusatiuo iũgitur. In Adel. pro Iuppiter hominis stultitiam. In And. pro deum atq; hominum fidem.
pro aliquãdo admirantis. In Adel. pro dii immortales facinus indigum quod narras.
PROBE, cum idem quod bene significat, elegantiam habet. In And. Curasti probe. Plaut. Exossatum esse oportet, quem tu probe percusseris.

PROCVL.

Quis illic est quem procul video. In Adel.
Procul a. Ouid. Sint procul a nobis iuuenes vt fœmina compti.
procul longe a. In Curc. Hac noctu in somnis visus sum viderier procul sedere longe a me Aesculapium.
proculdubio, id est, certe. Sue. Reliquit filium omnibus gentis suæ proculdubio præferendum.
PROfecto cõfirmãtis est, et significat nimirũ, vtimurq; plerunq; ad responsionem. In Merc. pfecto ego illũ hircum castrari uolo. In And. profecto sic est.

PROIN. PROINDE.

Proin & proinde, id est, ideo, vel ideoq;, propter ea, propter hoc. In Eunuch. proin tu dum est tempus, etiam atque etiam cogita. In Andr. proin face, apud te tu sies. In Andr. proinde hinc vos amolimini. Audio te delectari studiis, pinde mihi charus es. Sed nõ recte dic. f: Proinde mihi char⁹ es quod literas amas.
Proinde aliquãdo ponitur pro aduerbio similitudinis. Teren. in Phor. Proinde ex piscare quasi non nosses.

PRolixe

PRolixe, longe, lateq;. In Adel. Age prolixe Mitio.

Prolixe aliquem accipere, id est, large. In Eunu. Accipit hominem nemo melius prorsus, neq; prolixius.

prolixe promittere, polliceri. Cice. Neque minus ei prolixe de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri.

prolixe & cumulate. Plini. Quod quidem prolixe tibi cumulateq; contingit.

PROPE.

Prope sine casu, est aduerbium. In Casin. Nemo audet prope accedere.

prope est quando. In Men. Prope est quando herus q quod faciam, pretium exoluet mihi.

prope adest quum. Terent. in Andr. prope adest quum alieno more viuendum est mihi.

prope aduentat. In Trucul. Iam decimus mensis aduentat prope.

prope, quasi fere. In Bacch. prope scio quid sit.

propius, comparatiuum aduerbium. In Adel. propius obsecro accedamus.

propius cũ accusatiuo. Liui. Castra ꝓpius hostẽ mouit.

propius nihil est factum, quàm vt occideretur.

proxime quum. Plini proxime quum in patria mea fui, venit ad me &c.

proxime atq;. Cice. Non possum ego non aut proxime atque ille, aut etiam æque laborare.

proxime cum accusatiuo. Cicero. Operam det vt quam proxime Italiam sit.

PROpediem, breui. In Heauton. Illum tibi saluum aductum esse hic confido propediem.

Fac te propediem ad nos recipias.

PROpemodum, id est, prope. In And. propemodum iam habeo tibi fidem.

PROpere, celeriter. In Hecyr. propere curre ad pamphilum. Subito, propere. In Amph. Vt subito, vt propere,

pere, vt tonuit valide?

propere, celeriter. In Rud. Eloquere propere celeriter.

PROPTER.

Propter quum omittit casum, aduerbium fit, & significat prope. In Eunu. Interdũ propter dormiet. In Adel. propter assistere. Ci. propter est spelunca quędã.

PR Opterea aduerbium, ob eam caussam. In Hecyra. Amare mulieres sunt, non facile hæc ferunt, propter ea hæc irata est.

propterea quod. In Andr. Feci è seruo vt esses libertus mihi, propterea quòd seruiebas liberaliter.

PR Orsus, vel prorsum, omnino. In Eunu. Ita prorsus sum oblitus mei.

prorsus omnino. In Adel prorsus oia oĩo obsequor.

Rursum prorsum. In Hecy. Trepidari sentio, cursari rursum prorsum.

prorsum, recte, certe, vere. In Adel. Eo pacto prorsum illic alligaris filium.

PR Ospere, fœliciter. plin. Vt omnia quæ facis quæq; facies, prospere cedant tibi.

PR Ospecte, consulte, prudenter.

PR Oterue, id est, immoderate, & superbe.

PR Otenus, longe a finibus, Vergilius: En ipse capellas protenus æger ago.

PR Otinus, statim. In Capt. postquam id actum est eo protinus ad fratrem.

protinus, deinceps. Vergi. protinus aërii mellis cœlestia dona Exequar.

protinus, omnino. Cum ꝓtinus vtraq; tellus Vna foret.

PR Out, sicut. plin. prudenter autem constitutis interim nauibus, interim vehiculis vti, prout loca suaserint.

PV Blice, palam. In Adelph. Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.

Publice custos. In Eunu. Ibi publice custos est nunc, id est, factus portarius.

publice

Publice date ei sumptus. Plin. Coniungi eius & liberis ob paupertatem, sumptus publice dati.
PVLchre, decore: vt, Pulchre scribis.
Pulchre, id est, sapienter. In Eunuch. Dixit pulchre. In Phorm. Pulchre suades.
Pulchre, valde minus. In Amphitr. Et quum grauidam, & quũ te pulchre plenam aspicio, gaudeo. In Rudé. Isthæc res tibi ex sententia pulchre euenit.
Pulchre locare operam. In Amphit.

QVA.

Qua, per quem, Ver. Dic mihi qua sit iter.
Qua, pro tum vel partim. In Trin. Rapere proderant qua sacrum, qua publicum.
Qua itineris, qua de Bruto, modus est dicẽdi, pro quo inepte dicũt, ea parte qua itineris, vel de Bruto mentio fit. Vide Cardin.

QVAM.

Quàm asciscit sibi tam. Tam te diligo quàm meipsum.
Quàm eleganter cõnectit duos comparatiuos. Quin. Sitq; salubrior studiis quam dulcior: & iis præterea quibus ac, atq;. Vide Had.
Quàm pro quantum, positiuo fungitur, Cice. Quàm morosi sunt qui amant?
Quã cũ verbis possum, timeo, volo. In Heaut. Quàm potero, adiuuabo senem. Ibid. Quàm vellem Menedemũ iuitatũ. In And. Quã timeo, quorsum euadis.
Quàm pro quantum, quibusdam verbis interiectis, vt possum, valeo &c. tum positiuis, tum superlatiuis additur. Cic. Quàm quidem possum breuiter perstringam. Salust. Quàm maximas potest copias armat.
Quàm elegantia sua nõ caret, vsurpatum quemadmodum sequitur.
Post nouem annos quã huc veni. Ante nouem annos quam Romam essem ingressus.
Post diem quartum quam est in Britanniam ventum.
Ante

Ante annum quā hæc inciperentur, acta est.
quā, pro quanto cōparatiuo datur, sed raro. In Trinū. quā magis specto, minus placet hæc hominis facies.
quum eleganter comparatiuū sequitur. Chatior mihi es quā quem offendam.
quam tam superlatiuo aliquādo, & venuste. Cato: quā citissime conficies, tam maxime expediet, id est, quo citius, eo magis. In Merc. quā maxime resisto, tam res in periculo vertitur.
quam plurimus, pro quanto magis. Cato quā plurimā brassicam ederit, tam citissimum sanus fiet.
quam pro valde, elegantissime superlatiuo datur, & aliquando positiuo. In Andr. quibus id maxime vtile est, illum esse quam deterrimum. Plin. quā multum interest quod a quoquam fiat.
quā captum admirantur, vel ironice, iungitur etiam positiuo: quā pulchre curasti quod commiseram?
quā facete, quam venuste, quam cito.
quampridem, quamdudum venit ille? Inepte quamdiu est quòd venit. In Sticho: quampridem non edisti? Ibid. quamdudum huc venit?
quamlibet, pro quantumlibet. Plin. Impudica mulier quamlibet facinus audet.
quā mox. In Sticho: quā mox cocta est cæna? In Asina. quā mox mihi operam das?
quā ocyssime, vel ocyus: Inepte, quanto ocyus.
quā mox quum non interrogat, significat quā cito, vel statim. In Bacch. quā mox dico, dabo. Liui. Intenti quam mox signum daretur.
quamobrem gaudet sibi præponi aliquid tale. In Eunu. Multæ sunt causę, quamobrē cupio: vulgo, ob quas. In Adel. Nihil reperio quamobrem laudet tantopere Hegio officium meum.
quā pene. In Heaut. quā pene tua me pdidit proteruitas.
quàm primum, valde cito. In Adelph. Hominem istum

 in-pu-

impurissimum, quam primum absoluitote. Cicer. Cura igitur, vt quam primum venias.
quam, pro postquã. quint. Curtius: Tyrus septimo mēse, quã oppugnari cœpta erat, capta est.
quã sæpenumero subauditur. Cicero: Tecum plus anno vixit. Teren. Plus millies iam audiui.
QVAmdiu, quanto tempore.
quamdiu interrogatiue. In Cap. quãdiu id factum est?
QVAndo, quo tempore. In Heau. quãdo istuc erit?
quando infinite. In Amph. Ita versipellem se facit quãdo lubet. In Bacch. Veniat quando volet.
quãdo, prō siquidem vel quoniã, cōiunctio caussalis est In And. Duc me ad eam, quando huc veni, vt videã.
quando gentium, pro quando. In Amphit.
QVANdoq;, aliquo tempore. quandoq; bonus dormitat Homerus.
QVANdoquidem, siquidem, vel quoniam. In And. Deos quæso, vt sit superest, quandoquidem ipse est ingenio bono.
QVANquam & quamuis habes, vbi etsi.
QVANtum, tantum, quantitatis, iunguntúrq; positiuo. In And. quantum imperaui, date. In Amphit. Nescio quantum tu familiaris sis. id est, quam.
quantum intelligo vel intellexi.
quantum ego intelligere possum. quãtum ad porticum.
quantum suspicor. quantum est adhibere hominē amicum, vbi quid geras?
quantum potest. quantum potero.
quantum queam. quantum maximum potuit. Plin.
quantum ex ipsa re coniecturam facio. In Heaut.
quantum hunc audiui facere verborum. In Mili.
QVanto, tanto, cōparatiuo gaudent. In Heau. quãto diutius abest, magis cupio tanto, & magis desydero.
quanto absq; tanto. In Eunu. quanto nunc formosior videre mihi quàm dudum.
Quamuis

QVAMVIS.

Quamuis pro quantumlibet. In Bacch. Ab eo licebit, quamuis subito sumere. Vide etsi.

QVAPROPTER.

Quapropter aduerbiũ interrogãdi, ꝓpter quod. In An. quapropter sine interrogatione. In Pseud. Animum aduerte nunc iam, quapropter expertem amoris gnati te habuerim.

Vtimur etiam sic elegãter. In Bacchi. Sed quid est quapropter nobis malum minitemini?

quaqua, quacunq; parte. In Epid. quaqua tangit, omne amburit.

quaqua versus velum, per quemcunq; locum. Cæsar: Legatos quaqua versum dimittere.

quare interrogandi est.

quare infinite ponitur venuste. quemadmodum subiicitur, C. Pompeius. Miror quid caussæ fuerit quare cõsilium mutaris.

quasi, similitudinis, pro tanquã, velut. In Pseud. Ex trãsuerso cedit, quasi cancer solet. In Adelp. Ita vita est hominum quasi cum ludas tesseris.

quasi tu dicas. In Pseud. quasi tu dicas, me te velle argẽto circunducere.

quasi vero. In Amphit. quid admirati estis? quasi vero nouum nunc proferatur.

quasi vti. In Merc. qui olim a puero paruulo mihi pedagogus fuerat, quasi vti mihi foret custos.

quasi, pene, vel fere. Sueton. Hora quasi septima.

quatenus, in quantum. Eatenus, in tantum. Liui. Vt quatenus tuto possent, Italiam spectatum irent.

quatenus, pro quoniam. Plin. Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixisse testemur.

quartum, quarto aduerbia sunt: vt, Quartum consul. quarto consul.

QVE.

Que coniunctio, modo copulatiua: vt, Arma virumq; cano. Modo expletiua, quādo ornatus tātum caussa ponitur. Ver. Deiphobūq; Helenūq;. Modo caussatiua pro quoniā. Cic. Nō solū nobis nati sumus, ortusq. nostri partem patria vēdicat, partem amici.

que pro etiā. Apul. Idq; fero colloquēte nō crederem.

QVEMADMODVM.

Quemadmodum, similitudinis. Cic. Vt quemadmodū in se quisq;, sic in amicum sit animatus.

quemadmodum aliquando interrogatiue ponitur.

QVI.

Qui pro quomodo, Cic. qui fieri poterat? qui vocare? In Adelph. qui vales? Hora. qui fit Mœcenas? qui potuit dissimulare.

qui, pro quamobrem, quare. Cicer. qui etiam beatior Epicurus, quod in patria viuebat quā Metrodorus, quod Athenis?

qui, vtinam In Phorm. qui illum dii omnes perdunt.

qui, pro vt. In prol. And. In prologis scribundis operā abutitur, non qui argumentum narret &c.

qui cum, pro cum quo. Ter. qui cum loquitur filius?

qui dum. In Eunuc. qui dum? G. quia tristis es.

QVIA.

Quia, causalis est & indicatiuo iungitur tātum secundū Vallam, in quo differt a quod. In Heaut. An eo fit quia in re nostra &c.

quia geminatum. Quintilia. Non quia prodesse nunquam sitis, sed quia hoc prospicere debet, ne quid peius quā feceris faciat.

quia pro quod cum subiunctiuo. Cicer. Beate vixisse videor quia cum Scipione vixerim.

quippe. In Heau. quippe quia magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

quippe enim. In Trucu. quia enim plus dedi. In Amph.

quia

quia enim sero aduenimus.
quia nam interrogatiuum pro quare. Vergil. Heu. quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi.
quia ne, id est, certe. Vergil. quia ne auxilio iuuat ante leuatos.

QVIDEM.

Quidem, id est, certe, capitur primo, pro coniunctione distinguente res. Ego quidem rhetorica magis delector, tu vero logica, hic autem grammatica.
Secũdo pro exceptione eius quod affirmas. quinti. Torquebis quidem filium, sed fatebitur tamen.
Tertio pro cõiũctione expletiua, id est, caussa ornatus. Nihil qdẽ mihi hic negotii. Ci. qđ qdẽ magis credo.
quidem certe. Cic. Illud quidem certe nostrum consilium iure laudandum est.
quidem Hercle certe. In Andr. Mea quidem Hercle certe in dubio est vita.

QVIN.

quin, quod, vel vt non. In Heaut. Nunquam tam mane egredior, neq; tam vesperi domum reuertor, quin te in fundo cõspicere. Idem. Nunquã vnum intermittit diem, quin semper veniat.
quin pro age, corripiendi vel imperandi vim habet. In And. quin dic quid est, id est, age dic.
quin, imo. In Heaut. quin nolo mentiare.
quin, quinimo tu animo bono es.
quin, cur, Ter, quid stas lapis, quin accipis?
quin pro et, vel atq; etiam. Quinti. Cicero quoq; idem testari videtur.
quin, quod In And. Nõ dubiũ est, qn vxorẽ nolit filius
quin, etiam, In Heau. Neq. id iniuria, quin mihi mole.
quin, qui non, quæ non. In Bacchid. Nullus est, quin sciat. In Hecy. Vestrarum nulla est, quin gnatum velit ducere vxorem.
quin, quare non. In Andr. Nunquid vis, quin abeam?

quin quo minus. In Eunuch. Nullo modo introire possem quin viderent me.
quin, certe, pfecto. In Amph. At pol quin certa res est.
quin ergo. In Iugurth. quin ergo quod iuuat, quod charum æstimant, id semper faciant.
quin potius. in Casin. quin potius quod legatum est tibi negotium, id curas.
quinetiam, coniunctio copulatiua. Cicer. quinetiam necesse erit cupere &c. quinetiam insuper. In Eunuch.
quinimo. Cicer. quinimo consurgenti ei ad censendum acclamatum est.

QVIPPE.

Quippe, ratiōalis ē. quintil. qppe id homini ē naturale.
quippe significat quia sequēte relatiuo qui, quæ, quod, In Amphit. Scibat facturos, quippe qui intellexerat. Ibid. quippe quæ ex te audiui.
quippe quia, in Heaut. Ego vero laudo, quippe quia magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.
quippe vbi. Vergi. quippe vbi fas versum atq; nefas.

QVO.

Quo, ad locum. quo abis? quo fugis Aenea? quo hinc te agis?
quo non? In Adelph. Ad portum, ad lacum, quo non?
quo, p vnde. In Adelph. Illuc quæso redi quo cœpisti.
quo, p vt. Pli. Neq; enim id feci, quo tibi molestus essem.
quo, ad qd. Hora. quo mihi fortunā, si nō concedit vti.
quo gentium. In Rud. Non Hercle, quo hinc nunc gentium aufugiam, scio.
quo, quare. In Andr. Forma bona memini videre, quo æquior Pamphilo &c.
quo, quod, quoniam. In Andria: Imo etiam, quo, tu minus scis ærumnas mea &c.
quo, ex quo, aut quare. In Adelph. Te amo, quo magis quæ agis, curæ sunt mihi.
quo terrarum. Liui. quo terrarum velint traiiciant.

Quo locorum. Horat. Mitte sectari rosa quo locorum sera moretur.

QVOAD, pro quandiu indicatiuis & subiunctiuis iungitur. Terent. Quid, senem quoad expectatis vestrum. Cice. Vt quoad possem & liceret ab eius latere nunquam discederem. Quoad potuit restitit. Cic. quoad munus officii exequi & tueri possis.

quoad, pro donec subiunctiuo gaudet. Plancus: Omniaq; integra seruem, dabo operam, quoad exercitus huc mittatis.

quoad quousq;. Sue. qui eum admodũ pauperẽ decessisse tradit, & libertate sua, quoad vixit, sustentatum.

Quodeius, vna dictio, significat vsq; ad, vel inquãtum. Cice. Elaboro quoad eius facere possum, vt consilia hostium intelligam.

Quoadusque. Accius: Nihil te impedio, quoadusque rem peragas.

quocirca, quamobrem, rationalis est. Cic. quocirca nihil esse tam detestabile, tanq̃ pestiferum, quã voluptatẽ.

QVOD.

Quod aliquando in principio orationis ponitur nihil significans. Verg. quod si tantus amor &c.

quod, pro quia, raro indicatiuo, sæpius subiunctiuo iungitur, vtriq; æque secundũ Vallam. Ci. Vtinam diem illum videã, cum tibi agam gratias, quod me viuere coëgisti. Idẽ: Mihi qđ defendissem, leuiter succẽsuit.

quod si, id est, sed si. In Phor. quod si res sit cum lenone, qui cum mihi.

quod ni vel nisi, sed nisi. Idẽ: quod ni fuissem incogitãs.

quod, quatenus, vel quantum: Ter. Hæc omnia confingam, quod erit mihi bonũ atq; cõmodum. In Men. Nõ ædepol ego te, quod sciã, vnq̃ ante hũc diẽ vidi.

quod, cur, quamobrem. Cicer. In viam quod te des hoc tempore, nihil est. In Aul. Est quod te visam. Ver. Nihil est quod pocula laudes.

quod, pro vt. Cicer. Cur, nunquam tam frequens senatus fuit, quod vnus aliquis tua sentẽtiam sequtus sit?
quod pro quare: vt, quod te oro. in Hecyr.
quod, pro quantum ad illud. in Heau. Nam quod sperẽ de argento, aut posse postulem me fallere, nihil est.
quod sciam, quod pace tua fiat, quod sine molestia tua fiat; quod sine incommodo tuo fiat, quod inter nos liceat dicere, flores dicendi lepidissimi.
QVOndam pro olim. Fuit ista quondam in hac Repub. virtus.
quondam de futuro. Vergil. quondam tua dicere facta Tempus erit.
quondam de præsenti. Verg. quondam etiam victis redit in præcordia virtus.
quondam semper. Vergili. Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis.

QVONIAM.

Quoniam, caussalis est idem, ꝙ quia, quippe etenim. In An. Ea quoniã nemini obtrudi potest, itur ad me: Sępe caussam prępонit toti orationi. quoniã vna esse quoties libet nõ licet, cura frequẽtius ad me scribas.
quoniam, pro postq̃. In Asin. quid nunc, quoniam ambo vt est, lubitum, nos delusistis, datis ne argentum?
QVOniam quopiam, quouis, ad locum significant.

QVOQVE.

Quoq;, pro etiam. In Eunuch. quicquid dicunt, laudo. Id rursum si negant, laudo id quoq;.
quoq; etiam. In Hecy. Ego quoq. hoc etiam credidi.
QVOquo, quocunq. locorum, quoquo terrarum. In Phor. quoquo hinc asportabitur terrarũ, certum est persequi aut perire.
Quoquo gentium. In Merc. Mensq; mihi illam quærere, quoquo hinc abducta est gentium.
quoquo pacto. In Adelph. quapropter quoquo pacto cælato est opus.

Quoquo

quoquo modo. In Men. quid nocui tibi, aut adeo isti, quæ mihi molesta est quoquo modo?
quoquo versum, id est, versus quemcunq. locum. Cæs. Eius imperio classem quoquo versum dimiserunt.
QVOrsum, versus quem locum. In Eunuch. Ego ne scio Hercle, neq. vnde eam, neq; quorsum eam.
quorsum, ad quam rem. In And. quàm timeo quorsum euadat.
quorsum isthuc? Ineptè, ad qđ ꝑpositū. Teren. In Adel.
QVOtānis & quotidie, tempus & spatium continuatum significant.
In dies singulos, & in singulos annos, nō continuatum aut perpetuum, sed per interualla dierum & annorum secretum tempus. Cicer. quotidie, vel potius in dies singulos breuiores literas ad te mitto.
quoties & toties adiunxit semper Cicero. Posteriores sæpe pro quando vsurparunt, vt Quinti.
quouis gentium. In Heauton. Imò abeat potius multò quouis gentium.
quousque, id est, quamdiu, vel vsq; ad quod tempus. Et ponitur interrogatiue.
quousq; tandem? Ci. quousq; tandem abutere patientia nostra? quum, quære Cum.
RECENTER.
RECenter & recens, pro eodem capiuntur. Vergi. Sole recens orto.
RECta, aduerbium loci. In Eunuch. Cur non rectas introibas? subaudi via.
RECte. In Hecy. Recta mater. Sic dicimus (ait Donatus) quum sine iniuria interrogantis aliqd reticemus.
Recte, pro nihil. In Eunuch. Rogo nunquid velit, recte inquit, ab eo.
Recte, confirmantis aliquando est. In Adelph. Tu rus hinc abis? D. Recte.
Recte facitis, gratiarum actio est. In Eunuch.

Recte parere non monstrum parere. Terent. In Andr. præsertim quum & recte & tempore suo pepererit.
Recte, pro iuste. In An. Recte ego semp fugibas nuptias.
Recte dicere. In Adelph. Et recte & verum dicis.
Recte est, id est satis habeo. In Heaut. Tum quod dem ei, recte est.
Recte facere alicui. In Aulu.
Recte ferre molestias, id est, patienter. In Eunuch.
Recte meministi. In Pseud. Sat recte hoc mihi in mentem venit. In Heaut. Recte olere, id est, vnguenta.
Recte valere. In Bacchid.
Recte oneratus. In Bacch. Ille est oneratus recte.
RITE, id est recte. In Bacchid. Hic rite productus est patri.
RVRsus & rursum, idem quod denuo. In Eunuch. Inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rursum.
Rursus, denuo. In Pœnu. Reuertor rursus denuo Carthaginem.
Rursum negare, est contrarium superioribus dicere. In Eunu. Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoq;.
SAepe & sepenumero, idem.
SALtem, coniunctio a salutem secundum. Gell. In Tru. Vbi domi metues malũ, fugito huc ad me saltẽ.
SANcte, firmiter. In Capt. An tu dubium habebis etiã sanctè quum ego iurem tibi?
SAne, valde. Vir sane literatus. Sueton. Bellum sane difficile gessit.
Sane affirmatiue pro quidem aut certe. Ita sane est.
Sane, permissiue aliquando. Sit sane vt vis. Cice. Sed habeat sane. Et sane. Quint. Et sane quis concipiat, &c.
Sane quàm. Gell. Sane quàm vtile.
Sane quia. in Eunu. Quid taces? Ph. Sanè quia verò hę mihi patent semper fores Sane quidem. in And.
Sane quod. in Eunuc. Sane quod tibi nunc vir videatur esse,

esse hic nebulo magnus est.

SAT.

Sat a satis, per Apocopen. Sat commode. in And Non sat con mode, diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc.
Sat diu vixit. in Capt. Ni quis sat diu vixisse sese homo arbitrabitur. Sat est osculi. in Sticho: Sat litium. in Rud.
Sat est, curabo. in Andr. Quantum sat est. Cice.
Sat feci officium. in Phor. Non sat tuum te officium fecisse, si non id fama approbat?
Sat habeo, id est, mihi sufficit. in Andr.
Sat scio. in Adelph. in Eunuch.
SATIS abunde. Satis audacter. in Amphit.
Satis bene. in Pœnu. Pro heri nostri quæstu satis bene ornatæ sumus. Satis certe scio. in Adelph.
Satis certo scio. in Heaut. Satis credo. in Eunuch.
Satis cum periculo in Andr. Satis est. in Heaut.
Satis habeo. in Adel. Satis mirari. in Eunu. Nequeo satis mirari. Non satis me pernosti etiã qualis sim. in And.
Satis recte mones. in Persa. Satis perspicio oculis. in Amph.
Satis cerno. in Adelph. Satis video. Plaut. in Bacchid.
Satis præceptum. in Pœnu.
Satis diu verba dedisti nobis. Satis adhuc tua frustrata est fides. in Adel. Satis iam delusum censeo. in Asin.
Satis diu hoc iam saxum voluo. in Eunucho.
Satis iam, satis iam pater durus fui. in Heaut. Satis satis Simo spectata erga te amicitia est mea.
Satis cum genitiuo: vt, Satis caussę, satis historiarum est, satis est mihi tuæ salutis, satis iam verborum est.
Satis superq;. Cicer. Satis superq; esse suarum cuique rerum curam.
SATIN, pro satis ne. in Andr. Satin sanus es qui me id rogites?
Satin saluæ, modus interrogandi, an satis saluæ res essent.

essent. In Eunu. Quid trepidas? satin saluæ?
Quærentiq; viro, Satin saluæ? Minime, inquit.

SCILICET.

Scilicet & Videlicet affirmatiue, idem quod certe. Sine amaritudine aliquādo & irrisione. Oui. Scilicet interdum miscentur tristia lætis. In Eunu. Ipsa est scilicet.

Vsurpantur autem ferè semper cum amaritudine quadam & derisione. Vergil. Scilicet is superis labor est. In And. Id populus curat scilicet. In Heaut.

Scilicet equidem istuc factum ignoscam.

Per scilicet etiam definimus enumeratis multis confuse. Quatuor sunt virtutes, scilicet iustitia &c. sed hic modus vix apud doctos reperitur.

SCIenter, idem quod scite, discretè, peritè. Cice. Vt enim ex neruorum sono in fidibus, quàm sciēter ii pulsi sint, intelligi solet.

SECundo, pro rursus. Ci. Semel hominem alloquutus fueram, an secundò mihi redeundum esset ignorabā.

SECVS.

Secus pro aliter aduerbium præcedente non vel haud. In Epid. Nisi quid tua secus sententia est.

Secus quàm. In Cap. Nec mihi secus erat, quàm si essem familiaris filius.

Secus ac si. Cic. Non secus ac si meus frater esset. Idem: Non secus ac si ipse adesses.

Secus ac. Cic. Non dixi secus ac sentiebam. Idem: Cuius ego salutem non secus, ac meam tueri debeo.

Secus atque. Cicero. Quoniam cœpi secus agere atq; initio dixeram.

Secus, pro male. Salu. Quia tentatū ante secus cesserat.

Secius quibusdā a secus, aliis a sero deductum videtur.

Secus, id est, minus. Apule. Nec eò secius approbabitur nunc etiam firmitas animi mei.

Secius, tardius. Accius: Si fortè paulò quàm veniam secius. Hic Festus a sero deriuari dicit.

SED.

Sed coniunctio, aliquando transitum significat ad mentionem alterius rei. In Phor. Sed quid tu es tristis? Ibidem: Sed quis hic est senex?

Sed, contrariæ sententiæ significatio est. Teren. in And. Haud scio, an quę dixti, sint vera oĩa, sed paruipẽdo.

Sed inceptiuũ pro atq;. In And. sed Pamphilum video.

Sed quid hoc, non interrogantis, sed mirantis. Ibidem.

Sed videon ego Philotinon? dubitantis est. In Hecy.

Sed autem. In Ruden. Sed autem, quid si hanc hinc abstulerit quispiam, sacram vrnam Veneris.

Sed enim. In Curcul. sed enim nequeo durare.

SEDulo, instanter, diligẽter, ex animo & sine dolo. In Eunu. Faciam sedulò. In Phor. Fiet sedulò. Ibid. Ego sedulò hunc dixisse credo. i. simpliciter.

SEMEL.

Semel, vna vice. Plau. in Capt. Satis sum semel decept⁹. Semel iterum tertium. Ineptè, semel bis ter. Cicero. Quod semel ille iterumq; neglexit.

Semel, in summa, vel ad summam, vel breuiter. Quint. Denique vt semel finiam. Idem: Et vt semel omnia complectar. Ouidi. Aegrota iam Polycarme semel, id est, fac finem ægrotandi.

Semel, pro cito. Verg. Qui ne quid tale videret. Procubuit moriens, & humum semel ore momordit.

SENsim, id est, paulatim. Cicer. Magis decere censent sapientes sensim diluere, q̃ repente præcidere.

SERIO opponitur ioco. In Amphit. An id ioco dixisti? equidem serio ac vero ratus.

SERO, tarde. Ibidẽ: sero aduenimus. Inde serotinus, id est, vespertinus.

Sero, post tempus. Sero pultem coxeris ægro vita defuncto.

SEV disiunctiua est. Trin. Hæc sunt, seu recte, seu peruerse facta sunt, egomet fecisse fateor.

SI.

Si, quando res facta significatur, finitiuis iungitur. Cicero si illustrantur, si erumpunt omnia. Vergil. si te vata vocant.

Si condi[illegible]onalis, subiunctiuis gaudet: vt, si facias. si feceris. Cõfunditur aliquãdo. In Andr. si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor. huius minas.

si, pro quamuis, subiunctiuo iungitur. In And. Nõ, si capiundos mihi omnes homines inimicos sciam.

si cum quis, indicatiuo ferè iungitur. Oui. si quis in hoc artem populo non nouit amandi.

si, pro etsi. In Eunu. Nam si ego digna hæc contumelia sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.

si, etiamsi. In Merca. Decem vocasset si ad cœnam summos viros, nimium obsonauit.

si, pro cum vel postquam. In Phorm. Herus si redierit, molendum vsq; in pistrino.

si, pro an. Ci. Delatus est ad me fasciculus, solus solui, si quid ad me literarum, nihil erat. Terẽ. Visam si domi est. In Adelph. si forte frater redierit viso. i. an rediit.

si est vt. In Hecy. si est vt velit reducere vxorem, licet. id est, si velit.

si, pro vtinam. Vergil. vi. si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat.

si diis placet, elegans dicendi modus, vbi alicuius indignitatem vel temeritatẽ admiramur vel indignamur. Liui. Perpetuos si diis placet tribunos. Idẽ: quinetiã si diis placet, nefas aiunt consulem plebeium fieri.

si te in germani fratris dilexi loco. sic dicimus, quando præstitimus aliquid, & tamen volumus exprobrare. Vergil. si bene quid de te merui.

si sapis, pro si sapias. In Eunu.

si, caussalis est: vt, si sol oritur, dies est.

si, pro siquidem vel quia. Vergi. Vestro si munere tellus Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

si, per

si, per Aposiopoesim. in And. Ne me attingas scelestе, si pol Glycerio non omnia hæc.

SIC.

Sic affirmantis aduerbium. In And. sic est.
sic, similitudinis. In Sticho: sine fores sic. In Amphi. sic salutas atq; appellas, quasi dudum non videris.
sic satis. in Heaut. sic optandi. Vergi. sic pater ille deum faciat, sic magnus Apolo.
sic, demonstratiuum aliquando. Vergilius. sic notus Vlysses. In Phorm. sic tenuiter.
sic pro talis. In Phorm. sic est ingenium. In Andr. sic vita erat.
sic leuiter & negligenter. In Andria. Mirabar hoc si sic abiret.
sic ago. sic me decet. sic agam. si sum.
sic ꝑ valde. Apul. Nec ego rebar sic multorum id opus dierum esse. sic sic. Vergi. sic sic iuuat ire per vmbras.
siccine, interrogandi. In Heaut. Siccine est sententia.

SICVT.

Sicut, sicuti, similitudinem notant. Tu loqueris sicut rex scilicet loquitur.
sicut & sicuti, interdum diuersa notant. Quintil. sed hæc loquendi præcepta, sicut cognitioni sunt necessaria, ita non satis ad vim dicendi valent.
sicut, eleganter antecedentem sententiam adnecti cum sequenti. Plin. Ferunt Crassum nunquam risisse, ob id agelastum vocatum, sicut nec fleuisse multos.
SICVBI, id est, si alicubi: & sicunde. i. si alicũde, duo verba postulãt. sicubi te hodie offẽdero, nõ euades.

SIMVL.

Simul, congregandi: In Eunucho. simul consilium cum te amisisti. simul tecum. In Amphit. Nunc primum istanc tecum conspicio simul.
simul. cum. Cic. Cum corporibus simul animas interire
simul geminatum, idem quod cum & tum, vel & Quintilia,

tilia. Simul vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei, simul ne vulgarem viā ingressus, alienis vestigiis insisterem. Liui. Audita clades simul pauorem simul luctum ingētem fecit. Vna & pariter, raro hoc modo inueniuntur.

Simul, deinde vel etiam. Vatinius: Ciues Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastauit, simul vero semissis homo contra me arma tulit.

Simul pro postquam. Quam simul agnouit. Ouid.

Simul ac, postquam. Salust. Iam primum iuuentus simul ac belli patiens erat.

Simulatq;. Cicero. Gratissimum mihi feceris, si ad me simulatq; adeptus eris, miseris.

Simul &, coniunctio copulatiua.

SIMILITER.

Similiter ac, atq;, vt. Had. Cic. similiter facis ac si me roges. Idem: Neque vero illum similiter atq; ipse eram, commotum vide.

SIN.

Sin, idem valet quod si, nisi quod semper in secunda parte ponitur. si in priore. In Hecy. si est vt dicat velle se, redde, sin est autem vt nolit, recte consului meæ. Ponitur aliquando sin absolute. In Adel. Hæc primum vt fiant, des quæso, vt, vobis decet: sin id parum procedat, quouis modo.

SIQVIDEM.

Siquidem vna vox, idem quod quoniam. Cicer. Gratulor Baiis nostris, siquidem vt scribis, salubres repente facti sunt.

Siquidem diuisim, significat si certe. Ter. Occidi, si quidem vera prædicas.

SOdes, pro si audes. Dic sodes. Horat. Corrige sodes.

SVBmisse loqui, barb. basse.

STAtim, continuit, mox, ilico.

Statim atque. Vlpian. Indici eorum statim atque iudex factus est, omnium rerum officium incumbit.

ſtatim quã. Martian. Omnes proconſules, ſtatim quam vrbem egreſſi fuerint, habent iuriſdictionem.

SVMmum, inepte, ad maius. Cice. Scias igitur fortaſſe cras, ſummum perendie.

SVMmatim, in ſumma, vel per ſummas.

SVBinde, inde vel de inde, ſtatim. Si negabit, ſubinde illi teſtes proferto.

Subinde, identidem, frequenter. Lepus cum canibus inſectantibus premitur, ſubinde reſpicit. Quid tam ſubinde vultum mutas.

SVRſum. In Eunu. Ne ſurſum deorſum curſites.

Surſum verſum, id eſt, verſus ſuperiorem locum. Cato: ſurſum verſum ſemper adducito.

TAM. QVAM.

TAm, quã poſitiuo iuncte. In Capt. Tam ego fui ante liber, quã Gnatus tuus?

Cõparatiuo nõnunquã. Cic. Iſtã, inquã, dexterã nõ tã in bellis, neque in prælijs, quã in ꝑmiſſis & iferiorẽ.

Superlatiuo. Saluſt. Quã quiſque peſſime fecit, tã maxime tutus eſt.

Tam verbis iungitur. In Eunu. Tam ſcio eſſe hanotechnam, quã me viuere.

Tam ego homo ſum, quã tu. In Aſina. tã cũ aduerbijs vt, Tam cito, tam diu, tam mane, tam veſperi.

Tam atque. Tam conſimilis eſt atque ego. In Amph.

TAMEN.

Tamen, nihilominus, modo ſequitur modo præcedit. Plaut. in Epid. Sine tuo labore quod velis actum eſt tamen. Cice. tamen diſcedis a malitia.

Tamẽ præponiť aliquãdo licet, quãuis, quãquã, &c. In And. Hæc ſatis licet digna nõ ſit, tamẽ eam adducã.

Tamen ſtatim. Vergilius. Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem.

Tamen, duntaxat. In Hecy. Quod potero facam tamen vt pietatem colam.

tamen vt. In Asin. Licet fortunam laudem, tamen vt ne salutem culpam. Satis tuto tamen. in Eunu.

TAmetsi, habes vbi Etsi.

tametsi cum subiunctiuo. In Hecy. Memini tametsi nullus moneas.

TANDEM.

Tandem, postremum. In Eunu. Heu noster, laudo, tandem perdoluit.

tandem aliquando. Cicer. tandem aliquando mihi a te expectatissimas literas redidit.

tandem, pro tamen. In Adel. In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?

Quousque tandem. Cicer. Quousque tandem abutere patientia nostra?

tandē, expletiua nōnūquā cōiunctio. In Phor. Ita ne tādē vxorem duxit Antipho iniussu meo. Et tūc p interrogationē habet vrgens quidā & accellerans.

tandem, nunc saltem. In Eunu. Vt hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.

tandem tandem. In Curcul. At tandem tandem.

TANQVAM.

Tanquam, idem quod quasi aut velut. Cicer. De Dolabella videas, tanquam si res tua agatur. Idem: Multo ante tanquam ex aliqua specula prospexi tempestatē futurā. TAntisper, tamdiu, postulat post se dum, donec, quādiu, vel quoad. In Mostell. Ego tantisper dum exis, te opperiar fori?. In Men. Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat videt.

TAntopere, tam vehementer. In Andria. Ah ne sæui tantopere.

TAceā, idē pollet quod, ne dicā, suntq; extenuationis notæ.

TAntum, solum. In Capt. tantum studens vt natum recuperet.

tantum nō, id est, ferè, rei nō peracte aduerbiū. Sueton. tantū nō aduersis tēpestatibus Rhodum enauigauit.

tantum

tantum num, id est, etiam, Plin. Habes æstate, hyeme cõsuetudinem: addas huc licet tantum num quæ inter hyemem, æstateuq; mediam.
tantum est. In Mostel. Debentur illi quadraginta minæ tantum est.
tantum, ad numerum In Bacch tantum debuit?
tantum quàm. In Hecy. Non hercle vobis dici potest.
tantum quam re ipsa nauigare incommodum est.
tantum quantum. In Mostell. Si graderere tantum, quãtum loquere, iam isses ad forum.
tantum sat habes, id est, tantum tibi sufficit? In Heaut.
tantum abe est, parum abest, nihil abest, idem quod nedum. Ne semel quidem attigi, tantũ abest vt verberarim. Cic. tantũ abest ab officio, vt nihil officio, possit magis esse contrarium. Idem: tantum abest, vt scribi contra vos nolimus, vt id etiam maxime optemus.
TANto, comparatiuum postulat. In Persa: Ter tanto peior ipsa est.
TEcum loquor. In Mil. tecum sentio. In Pseud.
tecum oro & quæso. In Curcul.
tecum simul. Plaut. in Amph. Neque vidi istam nisi tecum simul.

TEMERE.

Temere facere, agere quicquam, est incõsultè, sine caussa, præter rationem. In Andr. Ne temere facias. In Phor. Hoc temere nunquam amittam a me.
temere esse, id est, frustra, vanum. Nõ temere est quod vulgò fertur. Nõ temere est quod tu times, id est, nõ sine caussa. In Phor. In Bacch. Rapid[9] fluuius est nõ hęc temere trãsiri potest. i. non sine picolo In Hecy. quo magis oẽs res cautius, ne temere faciã, accurro.
temere, pro ferè. Quintil. Illud ingeniorum velut præcox genus, non temere vnquam peruenit ad frugem.
temere dicere, loqui, est citra meditationem, præiudicium, quum lingua præcurrit mentem. Aut loquentem.

quæ offendunt audientes. Cauendum ne quid temere dicas, id est, sine cura vel ratione.
temere fieri, id est, sine caussa. Nil temere fit.

TVM.

Tum, vbi succedit cum, supra patet: vbi diximus vt plurimũ finito iungi, licet aliquando subiunctiuo addatur. Cice. Nos cum multum literæ, tum non minimũ Idus Martiæ cõsolẽtur. Interdũ vnico verbo adhærẽt. Cice. Cum multis locis nostrorũ hominũ ingenia virtutesq; Brute soleo mirari, tum maxime in his studiis & cæ. Interdũ nulli verbo adhærent. Cice. Qui cum suis virtutibus, tũ verò te filio superasset fortunas, si te ante vidisset, quã a vita discederet.
Tũ, pro tũc. In Phor. Cũ secũdę res sunt, tũ maxime meditari secũ oportet, quo pacto aduorsam ærumnã ferãt. Horat. tũ tua res agitur paries cũ ꝓximus ardet.
Tum geminatum in rebus paribus. In Cistel. Tũ antehac te amaui, tum id mihi hodie aperuisti. Petrus omnium artium peritissimus tum logices, tum rhetorices, tum grammatices. Raro inueniuntur qui ex literis tum eruditionem, tum mores sequuntur.
Tum autem, pro &. In Eunu. Meq; adeo qui restiterim, tum autem qui illum non flocci fecerim.
tum autem, prętereà. In Eunu. Tum autem hoc timet, ne deseras se. At dicimus sæpius tum vero.
tum, præterea. In prol. Eunu. tum si quis est, &c.
tũ demũ. i. nouissime. Ver. 12. tũ demũ mouet arma deo

TVNC.

Tũc, de præsenti. Plautus. tũc ad eã accede, quũ potes.
tunc de præterito. Vergil. tunc decuit quum sceptra dabas. tunc, de futuro. Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit.
tunc temporis. Iustin. tunc temporis Persarum Cambysi mediocri vero.
VALDE, pro valide per syncopen dicitur.

VAH, interiectio nunc admirantis, nunc exultātis, nūc insultantis. In Andr. vah consilium callidum. Ibid. vah, leno iniqua me non vult loqui.

V B I.

Vbi, in quo loco. Vbi interrogatiue aliquando. In Eunu. Sed vbi estis vos? Vbi, relatiue nonnunq̄. Verg. vbi Aeiacide telo iacet Hector.

Vbi infinite. In Trucul. vbi amici, ibidem opes.

vbi, postquam. Vergil. Hæc vbi dicta dedit. Terent. vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes.

vbi, quando. In Eunucho. vbi vis, accede. In Andr. vbi voles, accerse.

vbi vbi. Terent. vbi vbi est, diu celari non potest.

vbi vbi gentium. In Asina. Perii ego oppido, nisi Litanum inuenio iam, vbi vbi est gentium,

vbi loci, id est, vbi. In Capt. Propemodum vbi loci tuæ fortunæ sunt facile intelligis. In Mercat. vbi loci res summa nostra publica?

vbi terrarū. In Amph. Nō ædepol nunc vbi terrarū sim scio. Cic. Neque adest istic, neque vbi terrarū sit scio.

vbinam gentium. In Merc. vbinam est is homo gentiū. Cic. O dii immortales vbinam gentium sumus.

vbiuis gentium. In Hecy. Cui quanto fuerat præstabilius, vbiuis gentium ætatem agere.

vbi primū. In Eunu. vbi primū poterit se illinc subducet (scio.

vbiq;, vt vbiq; terrarū, locorum, gentium.

vbicunq, terrarum. Cice. vbicunq; terrarum sunt ibi est omne Reipub. præsidium.

VBERtim, id est, copiose.

V E.

Ve, disiunctiua coniūctio, pro aut, sua apud veteres nō caruit venustate. Cicer. Appius ad me ex itinere bis ter'ue literas miserat.

ve geminata postponitur elegāter negatiue. Cic. Peto a te vt id a me, neue in hoc, neue in aliis quæras.

væ interiectio, datiuū vult. In Aandr. væ misero mihi.

Mart. væ tibi causidice.

væ absolutè. Vergil. Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

VEL.

Vel, id proprie significare videtur, quod interrogantes dicimus, quid tibi de hoc videtur? aut quid nūc dices In Men. Dii vestram fidem, vel hic, qui nūc insanit, quã valuit paulo prius. In Heau. vel me hæc deambulatio quã nõ laboriosa ad lãguorẽ dedit. In Hecy. vel hic Pamphilus quoties iurabat Bacchidi.

vel pro aut, disiunctiua. In Mil. vel adest vel non.

vel copulatiua. In Eunu. Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.

vel, etiam. Cic. & occupationum mearum vel hoc signũ erit, q̃ epistola in liberarii manu est. Quinti. Eximia virtus tua efficit, vt te vel maxime diligam. Cicero. vt vel perire maluerit, quã perdere omnia.

vel saltem. Plaut. Si nõ tangendi, vel nobis videndi procul stantibus copia detur. In Phor. Postremo si nullo alio pacto, vel fœnore.

vel etiam. In Men. vtere vel tu, vel tua vxor, vel etiam in oculos compingite.

vel hercle. In Andria. vel hercle eneca, nunquam hinc feres a me.

vel quasi egomet, qui filii caussa cœperam me excruciare animi. In Epid.

VELVT.

Velut, veluti, vti, imaginem rei significant, & exponuntur per verbum sum. tu incedis velut rex, aut veluti vrsus, id est, tãquam esses rex, vel vrsus.

VIRItim, per singula capita. viritim pugnare.

VIX.

Vix difficulter. Amphi. vix incedo inanis, ne ire posse cum onere existimes.

vix, multis modis, vel statim. In Hecyra: vix me illinc

abstraxi

abstraxi. Vix bene. Ouid. xiii.
Vix ægre. In Pœnu. Nam cum sedulo munditer nos habemus, vix ægre amatorculos inuenimus.
Vix dum. In Phor. Vix dū dimidiū dixerā, intellexerat.
Vix tandem. In And. Vix tandem sensi stolidus.
Vix refertur ad tempus. Vergil. Vix è conspectu Siculæ telluris &c.
Vix modo. Ouid. Vix Priamus tanti Troiaq; tota fuit. Ita tamen vix viuimus. In Cistel.
VLterius æquo, id est, plus. Horat.

VLTRO.

Vltro refertur solum ad animata. Terent. Venit Chremes vltro ad me.
Sponte etiam ad inanimata. Hæc herba sponte crescit. Lapis sponte decidit. Quintil. Plusquam imponebatur oneris, sponte suscepit.
Vltro & citro tam ad dicta q̃ ad locum referuntur. Cic. Multis verbis vltro citroq; habitis. De loco. Nō decet Christianum in templis vltro citroq; commeare.

VNDE.

Vnde, ex quo loco. Vnde es? Vnde is? In Adel. Tot res repente circumuallant, vnde emergi non potest.
Vnde, ex quibus rebus. In Eunu. Est diis gratia, & vnde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
Puer hic vnde est? id est, ex quo? Vnde id scis? Terent.
Vnde, a quo. In Epi. Nūq̃ hominē ſquēquā cōueni, vnde abierim lubētiꝰ. Ver. Genꝰ vnde Latinū? vnde, ad qd. Quint. vnde hūc illi animū? Hor. vnde mihi lapidē.
Vnde gentiū. In Epid. Vnde hęc igitur gentiū est? vnde vnde, vndecunq; idem. Vnde vis, vndelibet idem.
VNquam, aliquo tēpore. In Heaut. Caue postquā (si me amas) vnquam istuc verbum ex te audiam.
Vnquam hodie. In Amphitr. Neq; ego hunc hominem hodie ad ædes has sinam vnquam accedere.
VSP Iam inepte, in aliquo loco significat. In Adelph.

Si absis vspiam. In Casi. Num me expertus vspiam? Cice. vtrum consistere vspiam velit.

VSQuam, in loco & ad locum significat. In And. Neque istic, neq; alibi tibi vsquam erit in me mora.

vsquam gentium. In Hecyr. An quisquam vsquam gentium est æque miser?

VSQVE.

Vsque, ad locum, de loco, & de tempore dicitur. In Adel. Miletum vsque obsecro? Iungitur autem pulcherrime cum præpositionibus a, ab, ad, ante, ex, in. Item cum aduerbiis pridie, postridie, dum, istinc.

vsq; ad necem. In Andr. vsque ad pridie nonas Maias. Ci. vsque de tempore. vsque sub obscurum noctis.

vsque ante diem: quinto calendas Maias. Liu. In nostrã vsque ætatem. Quintil.

Ad vsque. Decolor extremo qua cingitur India Gange. Ouid. vsque a cunabulis. In Pseud. vsq; a pueris. In And. vsque a principio omnia. In Aulu. Sol semper est hic vsq; a mane ad vesperum. In Most.

vsq; a Romulo. Cicer. vsq; a proauis. Vergili. Longe vsq; a campis vltimis. In Rud. A prandio vsque. A pueritia vsq; honestissime vixit.

vsque postposita suo casui elegantiam spirat. Ad nauseam vsque. Ad prodigium vsque doctus.

vsque ad radicibus. In Aulu. vsque ab stirpe. In Trin.

vsque ab auo atq; attauo. In Phor. vsq; in flumen. vsq; è Persia. Plaut. in Persa.

Ex Aethiopia est vsque hæc. In Eunu.

vsq; dum, id est, donec, vsquequo, vel quoad. In Men. vsq; dum regnum obtinebit Iuppiter. Ponitur interdum aliquid inter vsq; & dum. In Persa: vsq; domi ero, dum excoxero lenoni malum.

vsque donec. In Mili. Ibo adorans quasi venaticus. vsq; donec persequntus vulpem ero.

vsque adhuc. in Mili. vsque adhuc actum est probe. in Men.

Men. Optime vsque adhuc conueniunt signa.
vsque affatim. in Pœnu. Edas de alieno quantum velis vsque affatim.
vsque adeo, plus habet vehementię quàm adeo Persi⁹.
vsque adeo ne. Scire tuum nihil est, nisi te scire hoc sciat alter. (lit.
vsq, adeo donec. Suadere, orare, vsq; adeo donec ppu-
vsque adeo, dum. in Eunu. vsque adeo illius ferre possum ineptias, & magnifica verba, verba dum sint.
vsque eo, id est, tamdiu. Cice. vsque eo premere eorum capita mordicus, dum captum amitterent. ibidem: Sed vsque eo quod arguas non habes.
vsque istinc. Cice. Eos vsque istinc exauditos putem.
vsq; sine casu, significat diu aut multū, vel valde. I Adel. Ego vapulādo, ille verberādo vsq;, ambo defessi sum⁹. vsq,, assidue semp. Ci. Mihi curę vsq; erit qd agas
vsque ne valuisti? in Merc. Teren. Qui vsque vna asfuerim. Horat. Defendit æstatem capellis vsque meis.
vsque opperiar. in Epid. Perreptaui vsque omne oppidum. in Adelphis.
vsque auget sententiam. in Adel. Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam vsque occidit. idem. Mulctauit vsque ad mortem.
V Squequaq;, passim, assidue. in Pœn. Mari terraq; vsq; quaq; quęritat. In Bacch. Mihi vsquequaq; loqr. Pli. Cur eni nō vsquequaq; Homericis versib⁹ agā tecū?
V Squequo, fere semper interrogatiue accipitur.

V T.

Vt & q̄ differunt. Vt, vti, quo, significat caussam finalē. Quod & quia caussam efficientē. Non castigo te quod odio habeam, sed quo meliorem efficiam. Cura vt conualescas. Da operam vt doctior euadas.
Vt, idē q̄ quo. Vt corp⁹ redimas, ferrū patieris & ignes
Vt, pro quomodo, sed cum quadam admiratione interrogat venuste. in Rud. Vt te amplector libens.
Vt,

Vt, quomodo, cũ iterrogatiõe Vt vales? Verg. Vt vidi vt perii, vt me mal9 abstulit error? Vt res se hñt tuæ?
Vt qui, id est, quippe vel quia. Quintilia. Nec ignoro quos transeo, nec vtique damno, vt qui dixerim esse in omnibus vtilitatis aliquid, id est, quia dixi. Senes nemini fidunt, vt quibus omnia suspecta sunt.
Vt, sicut. Fab. Quod vt longe optimum, ita difficillimum. Cice. Pueri in quibus vt in speculis natura cernitur. Vt animus, est eloquar. Plaut.
Vt, quamuis. Idem: Vt istud periculum, ingens sit, me tamen non interfecit.
Vt, caussalis. Horat. Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones.
Vt postquam. Cice. Equidem vt veni ad vrbem, non destiti omnia & sentire, & dicere, & facere, quæ ad concordiam pertinent. Vergilius: Vt ventum ad sedes.
Vt, ne, non. Cicer. Vereor vt possim. In And. Dies hic, vt mihi sit satis vereor ad agendum.
Vt ne, pro ne, frequentissimum est & elegãtissimum. In Eunuch. Vlciscar, vt ne impune in nos illuseris. Cice. Velim vt ne quid properes. Vt ne quid nimis.
vt, secundum quod. In Phor. Vt est ille bonus vir. Idẽ: Vt alia tua facta sunt. Idem: Vt nunc sunt homines. Vt nunc sunt mores.
Vt, quam. Cicer. Vt honestum illud Solonis, quod ait versiculo quodam.
Vt male, precãtis, p vtinã. Vt illũ dii deęq; oẽs perdãt. Vt te magnus perdat Iuppiter. Vt dii deæq; omnes me pessimis exemplis interficiant.
Vt iũctũ cũ metuo, vereor, timeo, significat dubitationẽ quo loco multi inepte ponũt. ne Terẽ. Metuo vt substet hospes i An. Dies mihi vt sit satis vereor ad agẽ
Vt, pro licet, vel posito, vel dato. Cic. Quis locus (dũ. erit tutus, vt placatis vtamur fluctibus.
Vt cum maxime. in Hecy Amabat vt cum maxime tum
Pam-

Pamphilus.i.amabat ficut vnquã, vel nunquã magis.
Vt ita dicam, parenthesis fere est in oratione. Cum quid per similitudinem, aut a vulgari phrasi abhorrens, præmunitionis locum habet. Ci. Impedit enim consilium voluptas, rationi inimica, ac mentis (vt ita dicam) perstringit oculos.

Vtut, pro qualitercunque, Inepte, taliter, qualiter. Terẽ. Vtut erat, mansum tamen oportuit.

Vt repetitũ, p quomodo. Ci. Qui aut dicit testimoniũ ex nostris hominibus, vt seipse sustẽtat, vt omnia verba moderatur, vt timet vt quid cupide, nequid iracunde, ne quid plus minus'ue, quàm sit necessariũ dicit.

Vt, pro quemadmodum. Cice. Sed omitto vt sit factus vterq; nostrũ. Ouid. Aspice demissis vt eat miserabilis alis. Horat. Viden vt geminæ stent vertice cristæ?

Vt elegantiæ caussa positum. Cice. Inuitus feci: vt, Caium Flaminiũ de senatu eiicerem, id est, inuitus eieci.

Vt, q. Terẽ. Nihil do, vt etiã impuratus ille me irrideat.

Vt voles esse me, ita ero, id est, talis qualis. In Pseud.

Vt tute es, item omnes censes esse, In Rud.

Ita vt. Cice. Ita sunt dulces, vt non legantur modo, sed etiam ediscantur.

Vt, vbi supprimitur ita. In And. Tum illa, vt consuetum amorem facile cerneres, reiecit se in eum.

Vt ad pauca redeam. In Hecyr. Vt ne addam. In Phor.

VTCVNQVE.

Vtcunq;, quomodocunq;. In Amph. Vtcunque animo collubitum est meo.

Vtcunque ventus est, id est, secundum quod. In Epid.

Vtcũq; opus sit verbis vide. i. qũo sit loquẽdũ. In And.

Vtrumq;, erit, id est, quomodocunq;. Liui.

VTRINQVE.

Vtrinque, ex vtraque parte. In Amph. Postquam vtrinque exitum est maxima copia.

Vtrinq; est grauida, & ex vino & ex summo Ioue. i. bifariam.

Vtroq;

VTROQVE.

Vtroq;;ad vtrunq; locum. In Stich. Per ortum vtroque commeatus continet.

Vtroq; versum. In Capt. Vtrunq; versum rectum est ingenium meum, ad te atq; ad illum.

VTRVM.

Vtrum, aliquando interrogandi. In Amphit. Vtrum sit, an non voltis?

Vtrum dubitantis aliquando. In Phor. Vtrum stultitia facere ego hunc, an malitia dicam. In Aulula. quid tu curas, vtrum crudum, an coctum edam?

VVLgo, passim. Teré. Vulgo quod dici solet. Plinius. quod vulgo dicitur. Idem: quód creditur vulgò.

ELEGANTIAE
PRAEPOSITIONVM.

Præpositio suis interposita casibus, maxime in, sub, cũ, ad, ab, præ, ex, & si quæ plures, elegantiam habent. Verg. Multo cum murmure. Idem. Fronte sub aduersa. Idem: Magno in populo. Tuis in literis &c.

A.

A præpositio iungitur omnibus consonantibus.

A pro post.

A tergo. Oui. Sol erat a tergo. barb. a retro.

A puppi. Verg. iii. Proseqtur fugiẽs a puppi vẽtꝰẽtes.

A prandio, cœna, ludo.

A pricipio. In An. A prio. Vel absolute pricipio prio.

A pedibus vsq; ad caput. Aristoph.

A capite vsq; ad calcem.

A fronte atq; a tergo, est diligenter inspicere.

A puero paruulo. In Mercat.

A paruulo. In And. A paruis. Ibidem.

A puero. In Adel. A pueris. In Heaut.

A cunabulis. Plaut. A pueritia. In Heaut.
A pusillo puero. In Sticho.
A prima adolescentia. Cice.
A prima ætate. Cicero. A secretis.
A consiliis, secretarius est.
A literis, Cancellarius est.
A concionibus, orator. A negotiis, nuntius est.
A cubiculis, Cubicularius est. A libellis, notarius.
A poculis, id est, pocillator.
A thesauris thesaurarius.
A scriniis, scriniorum præfectus. A responsis.
A manu puer. A pedibus seruus. Cice.
A pedibus, cacula, celer, Idem.
A manu, scribæ quorũ manu ad literas scribendas principes vti solent.
A facetiis, fabulis, congerro est.
A teneris vnguiculis. Horati. A teneris. Vergili. Atque adeo a teneris assuescere multum est.
A primis annis.
A crepundiis. A dextra læuaq; dies. Ouidi.
A dextris atque a sinistris.
A pede ad verticem vsque te noui.
A vertice ad imos talos pulcher. Horat.
A vertice vsque ad extremum vnguem. Hierony.
A calce ad caput recurrere.
A carceribus ad metam. A meta ad carceres.
A linea incipere, id est, ab ipso rei exordio.
A limine salutare, prouerbium est rei experientiam non satis tenere.
A prima fronte, aut facie noscere, superiori simile est.
A facie ad faciem, germanismus est.
A singulari beneuolentia.
A consuetudine, amicitia, beneficiis, meritis, studiis literarum est mihi cognitus.
A fortuna, germanismus est, A maiore.

A minore,& similibus:sunt artificia Rhetorica.
A Roma venit. Cicer. Nunciatum est nobis a Varrone, venisse tum a Roma pridie vesperi.
A legione remissus. In Epid. A legione omnes remissi sunt domum.
A cœna non rediit. In Adelph. Non rediit hac nocte a cœna Aeschinus?
A me sentit, id est, mecum. In Rud. Omnia isthæc ego facile patior, dum hic hinc a me sentiat.
A senatu stat, id est, cum senatu sentit. Cice. Talis tribunus plebis fuit, vt nemo contra ciuium perditorum, popularem turbulentamq; demẽtiam a senatu,& bonorum caussa steterit constantius.
A ientaculo, id est, post. In Curcul.
A funere.i. post celebratas exequias. Suet. Plebs statim a funere ad domũ Bruti & Cassii cũ fascibus tetẽdit.
A facundia multum potest. In Prolo. Heauton. Sed hic actor tantum potuit a facundia, quantum ille potuit cogitare commode.
a me pudica est. A se integra, id est, intacta. Terent.
a sententia moueri, sententiam mutare.
a me dabo chlamydem, id est, de meo. In Pseud.
a me nescio, quis exit, id est, meis ædibus. In Heauton.
a lenone illam asserito manu, è lenonis manibus liberato. In Persa.
a portu excitauit me, id est, abegit. In Amphit.
a fundamento vsque nouisti, id est, funditus, ab imo. Plaut. In Ruden.
a summo cadus plenus, vsq; ad summum. In Mil.
a sũmo cõmittere ludos, de itegro icipe. Plau. in Merc.
a mane vsq; ad vesperum. In Mil.
a morbo valui, pristinæ restitutus sum sanitati. Plautus in Epid.
a cæteris silentium, de rebus aliis siletur. Cic. de Orato.
a senibus otium vix habeo ad potandum, vix tempus mihi

mihi dant ſenes. Terent.
a trapezita dabo tibi viaticum, per trapezitæ manus. In Capti.
a queſtore numerauit. i. a quæſtore acceptam. Cic.
amores eius hic tertius annus. Idem:
a matre pulli, id eſt, recentes a nido accepti. Colum.
a gente, de gente. Sueton.
a terra ad cœlum percontari, omnia perquirere. Plaut. In Perſa.
a cœlo ad terram, idem. A ſtudiis alicui eſſe. Sueton.
a voluptatibus, q officiũ habent inueniendi voluptates.
a conditione, a perſona, a ſtatu diſcedere, eſt immutare conditionem, perſonam, ſtatum.
a culpa vacuus, rectius quàm vacuus culpa. Saluſtius. Quod ſi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius liber inciderat, quotidiano vſu, &c.
a periculo vacuus. Cic. Sin eris ab iſto periculo vacuus.
a turba vacuus. Idem: Quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet.

A B.

A B præponitur, l, r, & i, conſonanti.
ab legatis. Ab rege. Ab Ioue
ab Epheſo profectus. Cice.
ab Roma abduxerat. Liui.
ab epiſtolis, eſt ſcriba. Suetonius.
ab initio, vel abſolute, initio. Idem.
ab ipſo lare incipe, id eſt, a domeſticis ac familiaribus initium ſumito.
ab ouo vſq; ad mala. Adagiũ, ꝓ a pricipio vſq; ad finẽ.
ab ipſo exordiri capite.
ab oriente ad occaſum. Liuius.
ab animo æger fui, id eſt, mœſtus. In Epid.
ab vnguiculis vſq; ad ſummum capillum, id eſt, totum hominum noſco, Adagium.
ab equis ad aſinos tranſcendere, ex bona conditione in peiorem

in peiorem ruere.

Ab asinis ad boues. est ex humiliori conditione ad di-tiorum partes transire. ab infantia. ab vberibus.
ab vtero. Ab incunabulis.
ab ineunte adolescentia. In Trin.
ab adolescentia. In Adelph. ab adolescentulo. Cice.
ab iuuentute. In Pœnul. ab initio ætatis, Cice. ab auo est quod idem dictum superfert, antiquum est. Plautus in Trucul.
Ab re diuina, id est, peractis sacris. In Pœnu. Iam ab re diuina credo apparebunt domi.
a labore, post. In And. Ita vt ingenium est omnium hominum, a labore procliue ad libidinem.
ab hoc, post hoc. Colum. Post hæc quæ diximus, ouillum, & ab hoc caprinum est.
ab re consulit, consilium inutile dat. In Trin.
ab re ne quid ores. In Capt. Quod inutile sit.
ab re tua, id est, a tuis negotiis. In Heauton. Tantum ne est ab re otii tibi, aliena vt cures, eaq́. nihil quæ ad te attinent.
ab re vel abs re moueri, irasci, stomachari, id est, præter negotium.
ab re, præter rem, præter rationem & propositum, sine caussa. Sueto. Non ab re fuerit subtexere, Cicer. Liui. Haud ab re duxi, verbis quoq; ipsis, vt tradita nuncupataq́; sunt, referre. Non abs re factum, id est, sine caussa.
ab se cantat, cuia sit, ipsa vltro dicit ad quem spectet. In Ruden.
ab infimo. In Mostel. Amabo ab infimo terram secant.
ab Andria est, simpliciter, idem quod Andriæ fauet.
ab illo est, illi fauet.
ab illo est, illius factionis, ordinis. In Curcul.
ab ea egressus, id est, eius ædibus. In Andr. Sed Mysis ab ea egreditur.

ab nobis

ab nobis hinc domo, id eſt, a noſtris ædibus. Plaut. In Ciſtell.
ab animo perit, animo deficit. In Trucul.
ab re atq; animo perit, deiicitur animo & corpore. Ibid.
ab oculis doleo. ab animo doleo.
ab ægritudine doleo. In Ciſtell.
ab animo otioſus, qui ſecurus viuit. In Phorm.
ab ingenio improbus, natura malus. In Trucul.
ab amico alicunde argentum rogare. In Trin.
ab tranſenna, per tranſennam (Eſt autem tranſenna per quam aſpectus tranſire poteſt, vt habent circumforanei argentarii) in Bacch.
ab aurora. In Pœnu. Vſq; ab aurora ad hoc quod eſt, diei, non ceſſauimus.
ab oſtio omnia ego iſtæc auſcultaui. In Mer. Hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli. In Ciſtel. ab læua. In Men.
ab ſe me reliquit. in Truc. Vbi illa obſecro, quæ me hic abreliquit ab ſe, id eſt, excluſit me.
ſe illum amiſit, id eſt, a ſe abegit. in Phor. Tum autẽ Antiphonem video ab ſeſe amittere inuitum eam.
ab omni parte. Suet. ab omni parte auxerũt Grãmatica.
ab ſeculo ad ſeculum, id eſt, perpetuũ. in Mil. Quin. mille annorum perpetuo viuunt ab ſeculo ad ſeculũ.
ab trapezita, vel ab amico ſoluere, eſt per manus trapezitæ ſoluere. in Curc. Ego quidem pro iſtac rem ſolui ab trapezita meo. Cicer. Frater laborat, vt quod debet ab Agnatio ſoluat.
ab oratoribus ſolitudo in foro, hoc eſt, forum erat vacuum, quantum ad oratores attinet. Cicer. de Orat.
ab exercitu paratus, id eſt, paratum habet exercitũ. Cælius: Ego qdem præcipuũ metũ, quod ad te pertinet habui, qui ſcirem quàm paratus ab exercitus eſſes.
ab equitatu firmiſſimus, quantum ad equites, optime inſtructus. Eſt Cic. Eoq; magis quòd ab equitatu Antonius firmiſſimus eſſe dicebatur.

ab vno, pro a quodam. Sueto. Rapta ab vno turba pro siluit ad flumen.
ab aure. Ouid. 2. Dextra libratum fulmen ab aure Misit in aurigam. Sic ab oculo, ab ore.
ab ortu solis, id est, post. Ouid.
ab omni parte. Horat. Nihil est ab omni parte beatum.
abhinc trienniũ, biẽnũ, biduũ, triduũ, die ab hinc octauo id est, ante hac. In Hecy. abhinc menses decem fere.
Ab his, id est, post hæc. Ouid. Surgit ab his solio.
ab ore alicuius quisquam discere, audire.
ab ore pendere, est studiose auscultare. Ouid. Narrantis coniunx pendet ab ore viri.
abusque. Vergil. 7. Dardaniã Syculo prospexit abusq; Pachinno.

ABS.

Abs præponitur dictionibus incipientibus ab t & q. In Adel. abs quiuis homine, quum est opus, beneficium accipere gaudeas. Hoc abs te peto.
abs te hoc est ortum. In And. Vel hoc quis non credat qui norit te, abs te esse ortum?
abs te abiit. In Phor. Vt abii abs te, fit forte obuiam mi hi Phormio.
abs te domo afferto. Aulul. Si quid vti voles, domo abs te afferto, ne operam perdas poscere.
abs te mutuum nobis da, id est, de tuo. In Sticho.
Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior. In Eunu.
abs te inde. Plaut. in Pseud. Minæ viginti sanæ ac saluæ sunt tibi hodie, quas abs te inde est instipulatus.
abs te stat, tibi refragatur. In Rud. Nunc. abs te stat verum hinc tibi testimonium.

ABSQVE.

Absq; me. In Pers. Nam hercle si absq; me fores, &c.
absq; te. In Men. Nã si absq; te fuissem hodie, nunquã ad solis occasum viuerem.
absq; eleganter ponitur loco præter. In Hecy. Quàm fortunatus

fortunatus cæteris sum rebus, absq; vna hæc foret.
absq; foret te, id est, nisi per te staret. In Tri. Nã absq; fo ret te, sat scio in alto distraxissent.
Si absq; te foret. Idẽ: Exædificauisset me ex his ædibus, si absque te foret.
absque te esset. In Bacch. Nam absq; te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.
absque eo esset. In Phor. Is nunc retinet me. Nam absq; eo esset, recte ego mihi vidissem.

A D.

Ad cum accusatiuo, personã & locũ significat. In And. Ad te ibam.
ad ditem datur ea in seruitutem. In Phorm.
ad me respice. Ibid. Ad Mutinam profectus est. Cicer.
ad, iuxta. Q. Curtius: Erat ad ripam fluminis ingens arbor.
ad Dianæ, subaudi: ædem vel templum. In Adelph.
ad focum sedere. ad colum anus recitant fabulas.
ad librum sedere. ad domum profecti. Cic.
ad me, id est, ad meas ædes. In Eunu. Eamus ad me.
ad me domum. In Merc. Interea tamẽ huc intro ad me visam domum. Ad me Vibonem venias. Cice.
ad me fuit. Idẽ: Quũ ad me bene mane Dionysius fuit
ad breuissimum tempus. Plin.
ad id tempus, id est, vsque. Sueton.
ad nuptias venimus coctum. In Aul.
argentum dabitur ei ad nuptias. In Heaut.
Opus est sumptu ad nuptias. In Phor.
ad ætatem agendam. In Trin.
Ius viri suum ad mulieres haud obtinere queunt. Plau. in Casin.
ad, comparationem aliquando significat.
ad sapientiam huius nimius nugator fuit. Plaut. in Capt.
Sed nihil ad nostram. In Eunuch.

Nihil ad Persium hoc dictum.
Ad istanc capitis albi tudinē alterū quęro. Plau. in Trin.
Ad illam faciem, ita vt illa est, vt emerem sibi, mandauit mihi. In Mercat.
ad istā faciē est morbus, qui me macerat. Plau. in Casin.
ad portum audiui. In Capt.
Mihi quoq; etiam est ad portum negotiū. Plau. in Mer.
Quæ illi ad legionē facta sunt, memorat, id est, in exercitu. In Amphi.
ad villam partim studiis, partim desidia fruor. Pli.
ea quæ nunc est ad vxorem tuam, id est, quæ tuæ vxori inseruit. In Heaut.
ad patrem, in libertate est in patria, apud patrem. Plau. in Capt.
ad cyathos stare dicuntur pincernæ, qui regibus quod bibant, porrigunt. Sueton.
Fidus ad limina custos, id est, ianitor. Verg. 6.
Ad limina seruus. Apuleius.
ad manum seruus, qui alteri subseruit scribendo. Cicer. Licinium seruum sibi Gracchus habuit ad manum.
ad pedes, celer. Mart. Lagenam ad pedes replet.
ad manum, in prōptu. Vitruuius: alia enim ad manum species esse videtur, alia in excelso. Cicer. Ad manus nuntios non habebam.
ad manus venire, est ad dimicandum vel ad arma venire. Cicer. Nonnunquam etiam ea res ad manum atq; ad pugnam veniebat.
ad numerum salire aut ducere choros. Ouid. 14.
Ad summum. Cice. Biduo ad summum triduo.
ad pedes & genua prouolui, procumbere, iacere eleganter dicitur.
ad pedes desilire, est equo descendere. Cæs. Consuetudine sua ad pedes desilierunt.
ad fratrem modo captiuos inuiso meos. In Capt.
ad sororem tibi iam esse intelligo. In Heaut.

Decem

Decem fiscos ad senatorem quendam relictos. Cicer.
ad senatum deprehensus cum ferro. Idem.
ad vrbem esse. Cice. Ad vrbem quum esse, audiuit, &c.
ad prætorem ilico arabo vt, &c. In Mercat.
ad inferos etiam parricidii luent. Cice.
ad meridiem, id est, vsq,. In Most. Hic manebo potius ad meridiem. ad meridiem versus. Liui.
ad septentrionem. ad hanc manum. ad læuam. Liui.
ad sinistram. ad dexteram. In Heaut.
ad læuam manum. In Menœch.
ad solis occasum non viuerem. Ibidem.
ad multum noctem produximus cœnam. Cice.
ad vesperam domum reductus est a patribus. Idem.
ad vesperũ viuere. Cic. Exploratum non habet quomodo sese habiturum sit corpus ad vesperã. Ad annum.
ad diem. Ineptè, ad præfixam & ordinatam diem. Cic. Quin ad diem decedam. Idem: Non ad diem dedit. ad diem adesse. Idem.
ad diem, id est, vsq; ad Liui. Victoriam quantam nemo ad eam diem pepererat.
at tempus venisti, opportune. Ter. ad tempus redire.
ad tempus adesse. Cic. ad tempus consilium capiam.
ad tempus amare, vsq; ad temporis spatium. Cic.
ad omnia alia ætate sapimus rectius. In Adel.
ad exemplum vel exemplar, id est, ad similitudinem. In Hec. Ad exemplũ ambarum, mores earũ existimas.
ad hoc exemplum amaui nunquam, id est, hoc pacto. In Mercat.
ad hoc exemplum amittit ornatum, domum. In Rud.
ad hoc exemplum te exornaui ego. In Persa.
Quod ad exemplum est, cõiectura si perire possumus. In Trin.
ad hoc exemplum experior. In Pseud.
ad hunc modũ. In Rud. Nã qd habebũt sibi igit impũ posthac, si ad hũc modũ inoxiis ẽ honor apud vos?

Ad eum modum. In Menæch.
Ad exemplum ambarũ mores earũ existimãs. In Hecy.
Ad istorum normam. Cic. de Amic.
Ad eã rẽ magistrũ cepit improbũ, id est, super. In And.
Ad rationem loci & temporis facere, id est, pro vel secundum. Plin.
Adhoc, vel adhæc, idem quòd præterea. Plin.
Ad hoc, propter hoc. Horat. Missus ad hoc.
Ad extremum. Plini. Eumq; ad extremum reuoluisse. Cic. Illud te ad extremum & oro & hortor.
Ad postremum, postremum. In Aulul. Ibi ad postremũ sedit miles, æs petit.
Ad summam, summatim. Cicer. Ad summam ne agam de singulis.
Ad summum. Cic. Vnus aut ad summum duo inuenti.
Ad verbum resistere.
Ad verbũ, Inepte, de verbo ad verbũ. Cic. Fabellas Latinas ad verbum de Græcis expressas, non legunt.
Ad vnũ omnes, nullo dépto. Liui. Ad vnũ oẽs occidit.
Omnes ad vnum idem sentiunt. Cicer. de Amici.
Ad assem impendium reddes, ad extremum vsque teruncium solues, quæ impendisti. Plin.
Ad quindecim talenta coëgi. In Heaut.
Ad tria milia nũmerum philippeũ dabo. Plaut. in Trin.
Ad annos sedecim In Rud.
Ad rauim poscere. In Aul.
Adusque terræ limties, melius sonat quã vsque ad.
Adusque languorem. In Pseu. Ad vocem currere.
Ad præconem & tibicinam immolare. Cice.
Ad vnguem, exquisita diligentia, atque exactissima cura. Horat.
Ad præsens.
Ad vnguem factus homo, optime compositus.
Ad obiurgandum satis caussæ. In And.
Ad votum succedere, ex animi sententia.

Ad tuam

Ad tuam formam illa vna digna est, illa tuæ formæ con firmanda. In Mil.
Ad faciem quum aspicies eorum, haud videntur mali, ex aspectu videntur boni. In Pseu.
Ad, pro circa, Cice. Ad vndecimum Calendas Iunias legatus tuus mihi præsto fuit.
Ad mandata es claudus, vbi quid ageret iussus es nihil te posse fingis. In Mercat.
Ad istoc non dedi, id est, in hunc vsum. Plaut. in Persa.
Ad carnificē te dabo, vulgo, tortori te tradā. In Capt.
Ad aliud ne te occupes negotium. In Pseu.
Ad restim res rediit. i. ad desperationem. Ter. In Phor.
Ad rastros res abiit. i. ad summam inopiam.
Ad virtutem sunt hæc omnia. In Heaut.
Ad rem suam sapere, id est, suo cōmodo. In Truc.
Ad portam præstolabatur eam. In Epid.
Quā ad rem istuc refert, ad qd, cui vsui. Plaut. In Casi.
Ad vxores vbi ventum est. In Phorm.
Ad saturitatem vsque. Ad nauseam vsque.
Ad tædiū vsq;. Lucianus. Ad tædiū vsq, libris incūbis.
Ad prodigium vsque doctus. Ad miraculum.
Ad lucem vsque dormire, vigilare. Terent.
Ad collum vsque steti in gurgite.
Ad verticem vsque. Vsque ad aras amicus. Adag.
Ad mortem vsq; ægrotare. Ad fundum vsq;.
Ad extremam egestatem redactus.
Ad incitas redactus, idem. In Trin. Ad amussim.
Ad perpendiculum, est perfecte, exacte.
ad vtrumuis paratus.
Ad cœlum ferre, multum laudare. Horati.
Ad Græcas calendas, pro nunquam. Adag.
Ad rem nihil, parum, multum facit vel pertinet, Ineptè, ad propositum:
Ad supremam insaniem, stultitiam, superbiam, auaritiā, contemptum deuenit.

ad extremum tentare manere,&c.
ad myrtū canere,iubentur indocti.ad viuā cutē.ad viuū resecare,est rem exactius quam sat est excutere.Cice. Neq; ad viuū reseco,vt ii,qui hęc subtilius disserunt.
ad vmbilicum ducere,est librum finire atq; absoluere.
ad coronidem vsque quum extremū finem rei cuiuspiā significamus.
asinus ad lyram,in rudes indocilesq; dicitur.
ad nouercæ tumulum flere est tristitiam simulare.
ad vmbram trepidare. Iuuenal. Admotæ trepidabis arundinis vmbram.
ad senem surgere,vel assurgere seni.
ad lyram cytharam canere.Hora.
ad aurem fari.Verg.3.Fidam sic fatur ad aurem.
ad aurem obgānire,exprobrare, expostulare.In Phor. Habet hæc ei,quod dū viuat, vsq; ad aurē obgāniat.
ad calcem. ad finem.
ad coruos,id est,in malam rem vel crucem.
ad tympanum & fistulam salire.
ad fastigium venit impietas,superbia,tyrannis,&c. vbi crudelior & excellentior fieri nequit.
ad ictum canere.
ad solem sedere,exponere,tergere,siccare,pendere vestes,chartam,&c.
ad solē vertere. Narcissus,solsequiū se vertit ad solem.
ad rogatū respondere:Vulgo,respondere,ad ꝓpositū. Cicero.Nunquam nobis ad rogatum respondent.

ADVERSVM vel Aduersus.

Aduersum,contra. In Trin. aduersum legem accepisti plurimis pecuniam,id est,contra,præter.
aduersus animi sententiam ne litiges.In Merca.
aduersum hunc loqui.In Andr.Cum hoc colloqui. Mirum quin te aduersus dicat,tibi loquatur.In Amphi.
aduersum,pro erga.In And. Et id gratum fuisse aduersum te,habeo gratiam.

aduerſus edictum tuum facere eſſe auſam. In Heaut.
aduerſus cliuum agitabo quadrupedem. In Aſina.
Quæ inſcitia eſt aduerſus ſtimulum, calces. Terent. In Phormio.
aduerſus ſolem ne loquitor, id eſt, manifeſtis ne repugnare, Adagium.

ANTE.

Ante hunc diem. Plau. Neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem.
ante hoc factum, hunc ſum arbitratus ſemper ſeruum peſſimum. Plautus.
ante lucem. Plaut. ante lucem ire ſi occipias.
ante pedes. Terentius. Iſthuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt, videre, ſed etiã illa quæ futura ſunt, proſpicere.
ante veſperum. Plaut. Ego iuſiurandum verbis cõceptis dedi, daturum, id me hodie mulieri ante veſperum.
ante diem. Colu. Cicer. Proficitur. Roma egreditur ante diem quartum Calendarum Februarii.
ante oculos. Cice. Sed loquamur de iis amicis, qui ante oculos ſunt, quos videmus, aut de quibus memoriã accepimus.
ante omnes. Plautus: Scito illum ante omnes minimi mortales pretii.
ante alios. Plautus. atque Neptune tibi ante alios deus gratias ago atque habeo ſummas.

APVD.

Apud, verbis quietis iungitur. Plau. Herilis noſter filius apud veſtram perit. Terent. apud nos hic mane.
apud me domi eſt. Terent.
apud ſe habere. Plaut. Quũ apud te exemplum experiendi habeas, nõ eges foris. Sum apud te primus. Ter.
apud aliquem ſedere. Cicero.
apud aliquem mentiri mendaciũ alicui obtrudere. Plau. Cur ego apud te mentiar. Idem: Non habeo vllam

lam occasionem vt apud te falsa fabuler.
apud nos imperium tuum est, id est, mandata in memoria habemus.
apud animum meum, id est, mecum. Salust. Equidem ego sic apud animum meum statuo.
apud ꝓ, in. Ter. apud forũ modo ẽ Dauo. audiui Plaut. Quod apud hasce ędes negotiũ est tibi. Ter. Si apud forum est, conueniam. Plaut. apud orcum te videbo.
apud aliquem euomere virtus suum. Cicero.
apud maiores nostros. i. maiorũ nostrorũ tempore. Ci.
apud se esse, apud se non esse. Terẽ. Vix sum apud me. Idem: Præ iracundia Menedeme non sum apud me. Idem: Tu face apud te vt sies.

CIRCA.

Circa locum & tempus notat. Circa forum. Apul. Circa tertiam vigiliam conniueo.
Circa pro circiter, Liui. Quum omnium circa finitimorum societate ac fœderibus iunxisset animos.
Hinc quocirca & circũcirca. Seru. Sulp. Ex Asia rediẽs, cœpi regiones circumcirca prospicere.
Circiter ad tẽpꝰ numerumq; refertur. Vide in aduerbiis.
Circum, in circuitu. Terent. Capillus, passus, prolixus, circum caput reiectus negligenter.
Cis, antiqua prępositio est, idem quod ex ista parte. Li. Cis montes castra Ligurunt erant.
Cis paucos dies, intra. In Truc. Hæreditas nulla faxim cis paucos dies siet, id est, omnem hæreditatem consumpsero intra paucos dies.
Cis paucas tempestates, intra breue tempus. Plaut. In Most. Cis Rhenum. Cis Tyberim. i. vltra.
Citra, idem quod cis, opponitur vltra. Cęsar: Qui sunt circa Rhenum.
Citra, pro sine. Sueton. Citra senatus populiq; autoritatem. Plinius: Citra fastibium nominentur. Seneca: Ede citra cruditatem, bibe citra ebrietatem.

Citra

Citra ante. Sueton. Solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumq; cognitu.
Citra ius fasq;. Citra praemeditationem.
Citra fines. Hor. Citra risum. Citra consuetudinem.

C L A M.

Clam, occultè, ablatiuum postulat.
Hæc clam me omnia, id est, me inscio. In Heaut.
Non clam me est, id est, non ignoro. In Hecy.
Nec clam te est, bene scis. In Andr.
Clam iis eam vidi. Cicero.
Clam cum accusatiuo in Casi. Bona multa faciam clam meam hanc vxorem.
Clam omnes. In Aulul. Thesaurum auri clam omnes in medio loco defodit.
Clam vos. Cicero: Itaque timens ne facinora eius clam vos essent.
Clam alter alterum, id est, altero alterius facta nesciẽte. In Casin. Nunc sibi vterq; contra legiones parat, pater filiusq; clam alter alterum.
Clam aduerbialiter. In Adelph. Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.

C O N T R A.

Cõtra, in malã partẽ capitur. Et in hoc differt ab erga.
Contra Neptunum & Veneremq;, contra Mineruam. Verg. Contra disciplinam meam te gessisti. Plaut.
Cõtra me. Plau. In Persa: Quis hic est, q ꝯtra me astat?
Carthago Italiam contra, id est, e regione. Verg.
Contra ius fasq;.
Contra stimulum calces, est repugnare iis, quos vincere nequeas.

C O R A M.

Coram vult ablatiuũ. Coram senatu orationẽ habui.
Te coram, id est, te præsente.
Coram, pro præsens, presto. Verg. I. Coram quem quæritis adsum. Horat. Vt veni coram, singultim pauca loquutus.

loquutus. In And. Illum huc coram adducam.

Coram præsens. In Pseudo. Tu ipsus coram præsens præsentem vides.

Coram ante oculos. In Eunu. Rogitas, quæ mihi ante oculos amatorem coram adduxisti tuum.

Coram nos. In Adelph. Vereor coram in os laudare amplius.

Coram, pro hic, vel hoc loco. In Phor. Ferme eadem omnia, quæ tute dudum coram me incusaueras.

C V M.

Cum præpositio, comitem significat, aut modum actionis, non instrumentum. Scribo calamo, non cum calamo. Pulsauit me pugno.

Dignus es cum tua religione odio. Terent.

Summo cum honore me excepti, summa cum lætitia, id est, læte, non lætitia tanquam instrumento.

Cum istoc animo. In Phor. Multis modis cum istoc animo es vituperandus.

Cum animo reputare. Salust. Facinus suum cum animo reputans. Cum catenis esse. In Captiuis: At non pudet, quia cum catenis sumus.

Cum clamore. In Amphi Equites parant citi, ob dextera maximo cum clamore inuolant, impetu alteri foedant. Cum cura gerere rem. In Persa: Face hanc rem cum cura geras.

Cum cura curare aliquem. In Men. Ita ego eum cum cura magna curabo tibi.

Cum dictio. Apuleius.

Cum diluculo abiit. In Amphit. Ego ne abs te abii hinc hodie cum diluculo?

Cum prima luce. In Adel. Cæterum rus cum filio cum prima luce ibo hinc.

Cum magna fide vir. In Trinum.

Cum potestate esse. Cic. Fœlix an infœlix, priuatus an cum potestate sit.

Cum

Cum publico imperio legatus. In Trucul.
Cum imperio esse. Cicer. Neq; enim solum honore antecedentibus, sed iis etiam qui cum imperio sunt.
Cum sua licentia. In Ruden. Hercules istum infœliciter cum sua licentia.
Cum malo quiescere. Ibidem. Qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Cum machæra quid hic volt? In Pseu. Lubet scire, quid hic velit cum machæra, & hic quam rem agat.
Cum re præsenti deliberare. Quintilian. Occasionibus vtendum, & cum re præsenti deliberandum.
Cum stimulis & flagris insidiari. In Pseud.
Cum telo esse. Salust. Præsidiis caussa cum telis erant.
Cum praua natura esse te percipio pater. In Persa.
Cum periculo capitis. Cice.
Cum onere moram offert mihi. In Pœnu.
Cum periculo. In Andr. Ad flammam accessit imprudentius satis cum periculo.
Cum primis. In Trucul. Eradicare est certum cum primis patrem.
Cum probro. In And. Tamen hāc habere studeat cum summo probro.
Cum querimonia. In Men. Quoties tandem edixi tibi, vt caueres, neuter ad me iretis cum querimonia?
Cum bona spe adolescentes. Salu. Multi præterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiæ mactati sunt.
Quod cum salute eius fiat. In Adel.
Cū veste hac. In Eun. Nolo me ivia cū hac veste videat.
Cum silentio animaduertere. In prolo. Eun. Date operam, & cum silentio animaduertite.

D E.

De, non minoris elegantiæ pars est.
De more. Verg. iiii. Mactant lectas de more bibentes.
Meo, tuo, suo, nostro, vestro more, noie verbis, facere, dicere. Salust. Id adeò videbat suo more facere Had.

De no-

De nocte, aut media de nocte, multa de nocte. Horati. Potores bibuli media de nocte falerni. Idem: Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.
De nocte abiit. In Rud. De nocte vigilare. Cicer. Nam vt de nocte multa impigreq; exurrexi, lucrum præposui sopori & quieti. In Rud.
Dedit. Ter. Apparare de die conuiuium. In Asin. Ergo vna orationis pars de die dabitur mihi.
De die in diem. De luce in lucem.
De die viuere. Idem: Ci. Cum perditissimis latronibus, non solum de die, sed etiam in diem viuere.
De medio excedere, est aut mori, aut separari. Terent. Cum de medio excessit, vt hæc suscepta est tibi.
De, pro propter: vt, Magnis de rebus aut causis. Hora. Missi magnis de rebus vterq;. His de causis. Contrariis de causis. Variis de causis.
De symbolis esse. In Eunu. Vt de symbolis essemus.
De nihilo esse, germanismus est. In Hecy. Nõ hoc de nihilo est, quod Laches nunc me cõuentũ esse expetit.
De industria quicquam agere, est data opera. Ter.
De improuiso. In Adel. Interuenit homo de iprouiso.
De via, platea clamare. In And.
De plebe aliquis, est vulgaris. Ouid. vi.
De meo his præceptis nihil nouum apposui. Plaut.
De tuo istuc addis. In Menę. Ecquid audes de tuo istuc addere? Plin. De tuo das congiarium.
De meo obsonas, potat, olet vnguenta. In Adel.
De nostra sæpe edunt, quod sartores faciunt. Plaut.
De mea sententia fecit quod peccauit. Idem: Si quid peccatum fecit, fecisse dicas de mea sententia.
De sua sententia commenti sunt. In Capt.
De prandio, id est, post prandium: In Mostel. Non bonus est somnus homini de prandio.
De, quantum ad. In Trin. De istoc quod dixisti modo, si ante voluisses, esses: nunc sero cupis. In Hecy. De

reducenda &c. Ibidem. De te quidem peccando detrimenti nihil fieri potest.
De il is verbis caue tibi. In Mænech.
De imperio decertatur, id est, propter. Cice.
Alii de vita, alii de gloria & beneuolentia ciuium in discrimen vocantur. Cice.
De lanificio neminē metuo, vna ętate quæ sit. In Merc.
De manu in manum. Cicer. Totum denique hominem tibi trado, de manu (vt aiunt) in manum.
De summo loco adolescens. In Aulula.
De summo loco summoq; genere filius. In Capt.
De summo loco diues. In Pœnu.
Adii te de filia, id est, propter. In Hecy.
Adortus sum iurgio fratrem de istac psaltria. Terent. in Adelphis.
Aedificet de meo exemplo, id est, ad similitudinē meā. In Mostel.
Aegritudo de filio. In Heaut.
Agere de aliqua re. In Truc. Agere de aliquo. In Heau.
Amo te de istas. In Eunu.
De maioribus natu ista audiui. Cice.
De parente meo audiui hoc. Idem.
Auferre præmium de aliquo. In Pseud.
Capere prædam de prædonibus. In Trucul.
Comperi hoc de amore. In Andr.
Condoluit mihi misere caput de vento. In Trucul.
Conducere de. Cice. Redemptor ille qui columnam illam de Cotta & de Torquato coxerat faciendam.
Deiiciam araneas de foribus. In Sticho.
Demere aliquid de magnis diuitiis. In Trin.
Detrahere annulum de digito. In Heauton.
Dictum vnum de melioribus. In Capt.
Dicis de fallacia? In Heau. De prādio tu dicis. In Pœn.
Dicere contumeliam de nihilo. In Curcul.
Dicere de peccatis alicuius. In prolog. Heaut.

Dicere de se primo aliquid. In Trucul.
De illo quod dudum? Dictum ac factum. In Heauton.
Dici de stultitia tua non potest, vt dignum est. Terent.
Dicam de dictis melioribus. In Sticho.
Da tu mihi de tuis delitiis summis, quicquid pauxillu-lum. In Trucul.
Dabo eam tibi de genere summo. In Ruden.
Edere de alieno affatim. In Pœnu.
Eligunt de asinis. Varro: De asinis quenq; amplissimum & formosissimum quem possunt eligunt.
Emet illum de te. In Epid. Emit hosce de præda. Ambos de quæstoribus emit. In Capt. Quod de Crasso demum emissem. Cicero.
De foro ad lenones aperto capite eunt. In Capt.
Facere aliquid de suo consilio. Cicero.
Facio gratiam tibi de cœna. In Mostel.
Peccandi ipse quũ de se furem non fecit. In prol. Phor.
Fecisti me ludos de illa fidicina, id est, lusisti mecũ propter illam. In Epid.
Factus est rhetor de oratore. Plinius.
Fessus de via. Cicero.
Fiunt sordidæ de illius ore. In Epid.
Fieri doctum de aliis. In Persa: Sed te de aliis, quã alios de te suauius est fieri doctos.
Habes de patre meo agrum colendum. In Phor.
Habetote sic de me. Cicero.
Insidiæ sũt ei paratę de auro & de seruo meo. In Pœn
Inspectauit de tegulis. In Mili.
Largitor de te puer. In Adel.
Mercatus est te de lenone. In Epid.
Meretur male de mendico. In Trin.
Metuo abs te de verbis tuis. In Menæch.
Missus equitatus de media nocte. Cæsar.
Mitis deos in consilium de te. Plin.
Misit ad me. Cn. Magium de pace. Cæsar.

Ad Cæsarem de pace miserunt. Idem.
Nonnulli de notissimus. Sueto. Noui eum de forma.
De forma non queo nouisse. In Curcul.
Noui eũ de facie. Cic. Eũ de dominis periturũ. Plinius.
Peto de te vxor clarissima Papinianus.
Petere aliquid de summo. In Menæch.
Profectus de tertia vigilia. Cæsar.
Pronuntiare de sententia consilii Cicero.
Pugnare de loco. In prol. Hecy. De Pompeio quæsiuit. Cicero:
Quæro de te arbitreris'ne. Liuius.
Quærere de deo. Cicer. Et eum admiratum quæsisse de deo. Quæri in dominos de seruis. Cicero.
Quicquid est de me. In Mili.
Recitare de sententia consilii Cicer.
Regredere de via in semitam. In Casina.
Surripuisti te mihi de foro. In Menæch.
Scit de odore me adesse. In Curcul.
Scire poteris de Antiocho. Cicero.
Scire certum de cognitione. In Eun. Siletur de iurgio. In Phorm.
Solus de sodalitate datus sum orator. In Mostel.
Solus is super sit de stultitia mea. In Trin. Venio in dubiũ de sorte. In Adel. videbimus de istoc quid opus sit. In Heaut.
Videat de dote quid possit. In Trin.
De cõpacto. In Capt. Sciui exẽplo rẽ de cõpacto geri.
De integro. In Heau. Ratio de integro ineũda est mihi. In Adel. Ecce autẽ de integro omnia, id est, de nouo
De ꝓcul. In Persa: Illuc aspice de procul in conspectũ.
De repente. In Hecy. Ita corripuit de repente tacitus sese ad filiam.
De subito. In Sticho. Namq; ædepol, quamuis de subito, vel cadus vorti potest.
Desuper. Pli. Lapidibus & tegulis desuper interfectus.

De meliore nota commendare aliquem alicui.
De sententia. Cice. Nihil nisi de sententia tua.
De sententia deducere. Cicero. Me aliquo præmio de sententia esse deductum.
De cælo tágere, fulminare. Vergil. De cœlo tactas memini prædicere quercus. De grege illo est.
De filo vel pilo pendet, de re vehemente periculosa. Adag. De fumo disceptare. De lana caprina.

E

E iungitur sæpe dictionibus ab ricœptis, non ex.
E seruo libertus. In And.
E medio abiit, id est, mortem obiit. In Phorm.
E proximo aspicere. Plin. E prædonibus audiui. Ter. E vestigio exiliuit. Plin.
E rubigine non è ferro fabrefactum hoc est. In Rud.
F conspectu fugere. In Hecy. E Pamphilo grauida est. Terent.
E via languere. Cic. E dolore laborare. In And.
E renibus laborare. Cic. id est, pati morbum renum.
E stomacho laborare, est pati morbum stomachi.
E meo quidem animo, aliquanto rectius facias. In Aul.
E me ne quidem metuas. in Mostell.
Nunc tempus est è malis nos peiores fieri. in Mil.
Peperit e Pamphilo. in And.
E flamma cibum petere, est quibus cibi caussa pati & facere. Adag. in Eunu.
E re nata melius fieri haud potuit, quam factum est. in Adelphis.
E regione, ex aduerso, ex opposito. E regione Boreæ flat Auster.
E Republica. Salust. Certe scio quæ studio dixerit e Repub. dixisse, idest commodo Reipublicæ, vel pro Repub. auferre.
E vita tollere. Cice. Solem è mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt.

E lecto surrexit.in Adel.E proximo vicinus.in Aulula.
E tua dignitate.i.pro tua dignitate.
E re mea,id est,ad vtilitatem meam. E re tua. E re nostra. E re tua erit si quid labores.
E contrario,siue è diuerso siue contra.Ineptè, econtra.
Erga sępius in bonam partem capitur,rarissime in malā.

E X.

Ex melle resinā votato.i.cū melle,sic spongia cum aceto.Hic loquendi modus apud Plin.frequens est.
Ex aduersum,id est,ex opposito.In Adel.Ex aduersum fabrica est.
Ex aduorso.In Phor. Ea sita erat ex aduorso.
Abiit ex matrimonio.in Merc. Quasi istius causa amoris ex hoc matrimonio abierim.
Ex æquo,id est,pariter,simul.Ouid.4.
Ex æquo & bono facere. in Adel. id non fieri ex vero vita,neq; adeo ex æquo & bono, sed ex assentando, indulgendo & largiendo. Ex arbitrio.
Ex animo amicus,votum,seruus, dolore.Hor. Et faciunt prope plura dolentibus ex animo ex aio est. In Epid.ex animo miser fit.i.cupit miser fieri.in Trin.
Ex animo solicitus.in Trucul. Vt miseræ matres soliciteq; ex animo sunt,cruciantq;.
Ex animo facere.In Adelph.Ille quem beneficio adiuti gas,ex animo facit.
Ex animo quicquam vt fert natura facere,est syncere facere.Terent.
Ex animo dicere.In Eunu.Vtinam isthuc verbū ex animo ac vere diceres.Cic.Ego dicā ex aio qd sentio.
Ex animo volo.In Heaut.Tibi bene ex animo volo.
Ex animo amare.Cicero.Te autem alienum hominem ament ex animo. Ex animi conditione.Sa uit.
Ex Aethiopia est vsque hæc.In Eunuc.Ex Attica hinc abreptam.ibidem.Ex Gallia libertus.Suetonius.Rogo,Philocratem ex Aulide ecquis omnium nouerit.in

Capt. Ex ante diem. Cice. De Quintio fratre nuntii nobis tristes, nec varii venerant, ex ante diem Nonarum Iuniarum, vsq; ad pridie Cal. Septemb.

Ex alto. Salust. Mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promptu sit.

Astat ex pictura. In Sticho: At hoc vide, vt facere atq; ex pictura hic astitit. i. vt picturam spectare putes.

Audiui te ex hoc. In Mil. Nescio tu me ex hoc audieris an non.

Audiui ex. In Epid. Audiui illico ex meo seruo illā esse captā Pli. Ex Quinti. ꝑceptore meo audisse memini

Ex insidiis aucupari, est clanculum resistere. Plaut. in Asin. Aucupemus ex insidiis clāculū quā rē generāt.

Ex autoritate pontificum. Plin.

Ex bono & æquo. Iulianus: In iis alter alteri aligatur, de eo quod alterū alter ex bono & æquo prestare oportet. Ex composito secūdum ordinem datum. Liuius. Tum ex composito orta vis.

Hic ex adolescente optimo corruptus est. In Most.

Er amore corruptus. In Asina.

Ex ægritudine coniicitur ipse in morbū. Plau. in Pœnu.

Ex consuetudine. Plin. Hunc rogo ex consuetudine tua & legas, & relegas, & emendes. Salust.

Ex incōmodis alterius sua cōparare cōmoda. In Andr.

Ex copia piscaria consulere licebit quod emam, id est, pro vel secundū copiā pisciū deliberabo. In Casina.

Ex eo nunc misera quem capit dolorem. Ter. in And.

Ex equo pugnare. i. sedentem in equo pugnare. Liui.

Sæpe ex huiusmodi re quapiam, & ex malo principio, magna familiaritas conflata est, Ter. in Eunu.

Ex inuidia condemnatus ab omnibus. Plin.

Illis satisfacere minime ex disciplina quiui ego. Plaut. in Pseud.

Ex diuerso. plin. Quamuis ex diuerso, non tamen omnino dissimile.

Bonus

Bonus volo iam ex hoc die esse. In Persa.
Ex insidiis verba dare. In Aul. Ex itinere.
Ex itinere decertare. Plutar. in Pau. Aemi. Multa me experientia vetat aduersus instructam aciem ex itinere decertare.
Memini me aduocatum ex iudicibus datum. Plin.
Adeò ne est demus ex peregrina. In And.
Ex piculo discrimẽ adire. Plin. Gratulare mihi, gratulare etiã literis ipsius, quæ ex periculo eius tãtũ discrimen adierũt, quantum ex salute gloriæ cõsequentur.
Ex dignitate. Ciceronis: Facis ex tua dignitate, & ex Rep. Excedere ex pueris. Idem: Vt primũ ex pueris excessit Archias, ad scribendi studium se contulit.
Excedere ex ephebis. In And. Nam is postquam excessit ex ephebis. Ex aqua euasit. Plaut. in Rud.
Ex ea re. In Hecy. Tum matrem ex ea re, aut me vxorẽ in culpa inuenturum arbitror.
Ex eo die. Plin. Athletæ ea deberi sibi putant statim ex eo die quo sunt coronati.
Ex eo fit. Cice. Ex eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarum præsidia quærant, quàm viri.
Ex obsidione in tuũ duxi manipulares meos. Plaut. in Most. Ex memoria vobis. Quirites quid senatus cẽsuerit exponam
Ex reis eximere. Cic. Quo tempore omnis illa mea festinatio fuit cum periculo capitis, ob eam caussam ne tu ex rei eximere, si ego non adfuissem ad diem.
Exire ex vrbe. Idem.
Ex oratore orator factus est. Cicer.
Ex isulso salsum facere. in Rud. Bonũ est quod habeas gratiã merito mihi, q te ex isulso salsã feci opa mea.
Ex ignorantia, id est, incuria.
Ex more. Vergili. 5. Cunctis ex more vocatis, Ex more facere. Plin.
Ex aliorum more. Salust. Ne id tempus ex aliorum more

re quieti aut luxuriæ concedit.

Ex necessitate facere. Plin.

Ex necessitate dolore. Idem.

Ex vera vita fit. In Adelph.

Ex gratulando. In Capt. Vix iam miser ex gratulando emi nebam. Ex ædibus herus. In Amphit.

Hæres ex besse. Plin. Reliquit hæredes, ex besse nepotem, ex tertia parte neptem.

Ex hac re. In Eunu. Non dubium est, quin mihi magnũ ex hac re sit malũ. Ex hoc misera solicita est. In And.

Ex aliorum ingeniis nunc me indicet. In Eunu.

Ex annulo imago. In Pseud. Miles hic reliquit symbolum expressum in cæra ex annulo suam imaginem.

Ex iure manu consertũ, id est, per iustitiã. Cic. Istic non ex iure manu cõsertũ, sed ferro magis rem repetunt.

Ex inopinato. Salust. in Iugurtha.

Ex improuiso. Plaut. In Rud. Ex improuiso filiam inueni.

Ex industria, est studiose. in Pœn. Nunquam cessauimus ex industria ambæ lauari atq; fricari.

Ex studio, data opera, vltrò, prudens consilio. Salust.

Ex obuio, in promptu, vbiuis. Quinti. lib. 2. cap. 7. Ex obuio ferè victus, vbi de animalibus.

Ex insperato. Liui. Cum clamore, quali ex insperato fauentium solet, Romani adiuuãt militem suum.

Ex iniuriã insanire. In Adel. Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria. Ex integro agere. Plin.

Ex illo, subaudi: tempore. Vergil. Ex illo fluere ac retro sublapsa referri.

Ex pedibus laborare. Cicero.

Ego lar sum familiaris ex hac familia. in Aulu.

Ex ægritudine matrem ipsa immors consequuta est. In Phorm.

Ex amore miser. In Casin. Miseriorem ego amore, quã te, vidi neminem.

Ex

Ex amore tantum est homini incendium. in Asina.
Ex homine natus. in Eunucho: Alterum ex homine hunc natum dicas.
Ex me atque ex fratre, cuiuis facere est noscere. Teren. in Adelph.
Vnus ex omnibus, id est, inter omnes. in Stich. Crucior patrem tuum, qui vnus ciuibus ex omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi viri officio vti.
Ex omnibus seculis. Cice. Ex omnibus vix tria aut quatuor numerantur paria amicorum.
Ex me, ex te ortum. in Adelph. Ex te adeo est ortum in Eunu. Hoc putāt quicquid factū est ex te esse ortū.
Ex me. Parentes ex me saluta, id est, meo nomine.
Ex professo, est palam, ingenue.
Ex confesso, idem. Quintil. lib. 3. cap. 5.
Ex merito Ouidius: Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum est.
Ex media virtute, phylosophia, ratione, pro summa, ex acutissima. Cic. li. 2. Offic.
Ex medio, vel è medio excedere.
Ex omni occasione. Pli. Ais quosdam apud te reprehēdisse, q amicos meos ex omni occasione vltra modū laudem. Idē: Ex occasione omni quæris triumphos.
Ex ordine Verg. 4. Georg. Septem illam totos perhibent ex ordine menses Fleuisse. Idem: Videt Iliacas ex ordine pugnas.
Ex suo ingenio alium iudicare Terent.
Ex ingenio tuo mores alienos probas. in Persa.
Ex ingenio habere. Quint. Nihil habere ex ingenio videre.
Ex pœnitentia. Sueton.
Ex occultos. Terē. In Eunuch. Fundam tibi nunc nimis vellem dari, vt tu illos procul hinc ex occulto cędes.
Ex paupertat ex neque eillo quisquam est alter hodie parcior. in Aulul. Ex pari gratia.

Ex parte, id est, imperfecte. In Trucul. Magna ex parte. Inepte pro magna parte. Ex proximo. Plin.
Ex quo, pro postquam sæpius non vtimur sed ex quo scilicet tempore in vsu est.
Ex quo fit vt animosior etiam senectus sit, quàm adolescentia & fortior. Cic. Plin. Ex quo manifestũ est, &c.
Amor, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam coniungendam.
Ex qbus, pro ꝓpter q̄ Salust. In exod. Iugurth. Quæ fiunt ex eo placeret ne iudices a prætore legi. Cicer.
Ex re, pro in rem, ad vtilitatem. Ex re omni erit studere Reipub. commodis.
Ex re tua fuerit. In Capt. Ex tua re feceris.
Ex fide. Cicer. Statues vt ex fide, fama, req; mea videbitur.
Ex Republica. Cice. Facis ex tua dignitate, & ex Republica.
Ex ipsa re mihi incidit suspitio. In And.
Ex aliquo nasci. Natus est ex me, ex te, &c. Terent. Conuinces facile ex te natum.
Ex te natum est hoc mali.
Ex te nata est hæc sententia.
Scire ex. Terent. In Heaut. Ex me vt sciat sibi filium redisse.
Ex sententia, id est, ad votum. In Hecyr. Spero hanc rem euenturam nobis ex sententia. In Merca. Nocte hac quieui non satis ex sententia.
Ex animi sentẽtia. Sal. Me quidem ex animi sentẽtia nulla oratio lædere potest. Ter. Isthuc tibi ex sententia obtigisse lætor. Idem: Pisces ex sentẽtia nactus sum.
Ex sententia non satis sum hero .i. non perplaceo. In Persa.
Ex sententia seruire hero. In Aulu.
Ex sententia seruus. In Cap.
Ex sententia amborum fiet. In Trucul.

Ex summis opibus viribusq; experiri, niti. Plautus. In Mercat.
Ex se exhibere negotium In Pœn.
Ex se hunc reliquit filium. In Aulu.
Ex sese aliud magnus habet & maius. In And.
Ex fuga literas dare, vel ex tempore, est subito, repente veloci calamo, citra otium scribere.
Ex tempore datum, pro celeri calamo scriptum.
Ex tempore viuere, est præsentibus rebus contentum viuere.
Ex tempore. Plin. Dicit semper ex tempore, sed tanquam diu scripserit, id est, impræmeditate.
Ex tempore, ex temporis conditione. Cice. Vnius generis quæstiones sunt hæ omnes in quibus officium ex tempore quæritur. Ex illo tempore. Inepte, ex tunc.
Extemplo, statim. In Amph. Se exercitum extemplo domum reducturum.
Ex vultu cognoscere. Cice. Non solum ex oratione sed & ex vultu & oculis, & fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perspicere potuisses.
Ex gratia in inuidiam venire. Plin.
Ex iure hesterno panem atrum vorent. In Eunuch.
Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas. In Epid.
Ex vero nomine vocor Ioannes. In Sticho.
Ex vinculis caussam dicere, id est, alligatum.
Ex voto rem succedere, idem quod ex sententia: Inepte, ad votum. Ex voto viuere.
Ex vsu, id est, ad vtilitatem. In Pers. Ex tuo inquam vsu est, eme hanc. In Merc. Non ex vsu nostro est. Terē. In Hecy. Ex vsu quod est, id persequar. Cæs. Vtrum prælium committi ex vsu sit.
Ex vsu quicquam discere. Terent. Scitum est periculum ex aliis facere tibi quod ex vsu siet.
Ex vtilitate. Cicer. Legem (vt æquum est) ex vtilitate

Reipub.

Reipub. considerate.
Ex vnis geminas mihi conficies nuptias. In And.
Ex vtero. In Truc. Quid illi ex vtero exitio est, prius quam poterat ire in prælium.

EXTRA.

Extra numerum esse. In Menæch. Quid ergo extra numerum es mihi?
Extra numerum quippiam facere, est præter modum, ratius, id est, quin es cum aliis?
Extra ostium. in Phor. Sed me cẽsem potuisse omnia intelligere extra ostium, intus quæ inter se ipsi egerint? extra pretium est. Plau. in Pœn.
Extra tẽ vnum, id est præter. in Phorm. Neq; cognatus extra vnam aniculam, quisquam aderat. in Amphit. Nemo extra vnum te est.
Extra iocum, id est, serio. Cice. Sed me hercle, extra iocum homo bellus est.
Extra turbam. in Amphit. Extra turbam ordinum colloquuntur simul.
Extra noxam. i. culpam. in Hecy. Sum extra noxam.
Extra ordinem, pro ex ordine.
Extra omnem aleam positus Adagium.

IN.

In, cum verbis in compositione positum augere magis videtur, quàm negare. Cum participiis verò, contra. interpositum suo casui. Cice. Quo in genere, &c. Vergil. Ac veluti magno in populo.
in ære meo est, id est, mihi obstrictus est.
in es incisæ sunt literæ, leges, non in ære.
in ægritudine has ædes emit. i. pœnitet, dolet emisse. in Mostell.
in aere piscari. In mari venari, frustra laborare.
in ætate. in Trin. Nam & stulte facere, & stultè fabulari, vtrunque in ætate haud bonum est.
in aqua scribis, id est, nihil agis.

In

In æternum. Plin. Quos quidem, nō in præsens tantū, sed in æternum repressisti.

in agendo. in Prol. Adel. in agendo partem ostendent.

in apparando consumunt diem. in Adel.

in aliquo referre gratiam. in Rud.

in ambiguo est in Trin. Et si admodum in ambiguo est etiam nunc quid de hac re fiat.

in amicitiā esse. Ci. Ab exteris nationibus quæ in amicitiam Po. Ro. ditionemq́, essent, iniurias propulsare.

in animis nostris es. Plin. Eras in animis, in iudiciis nostris.

in annum: Ineptè, pro anno vno. Cato: Si quid desit, in annū vt comparetur. Liui. Designati cōsules in eum annū fuerant. Idem: Magistratibus in annum creatis.

in singulos annos.

in ante diem. Cicer. Dixi ego idem in senatu cædem te optimam contulisse in ante diem quintum Calendarum Nouembris.

in apertum proferre, id est, in publicum vulgare. Cicer. Hoc tamen opus vt in apertum proferas. Horat. in apertum proferet ætas.

in bonis, inter bonos. Cice. Sed hoc primum sentio nisi in bonis amicitiam esse non posse.

in calce operis. i. in estremo literarum tuarum calce.

In cœnam. in Andr. Olera & pisciculos minutos ferre obolo in cœnam seni.

in cōmune loqui. Pli. De huius, nequitia, sanguinariisq́; sentētiis, in cōmune omnes super cœnā loquebātur.

in cōmune cōsulere. in And. Id oro te, in cōmune vt cōsulas.

in comune metuo. in Asin.

in cogitādo. in Stich. Atq; in cogitādo mœrore angor.

in concubinatum dare sororem. in Trin.

in conspectum aspicere. in Persa: Age, illuc aspice de procul in conspectum.

in crastinum vos vocabo, vulgò, pro crastino. in Pseud.

Nunquam

Nunquam me viuum quisquam in crastinum prospiciet diem. In Stiicho.

In culpa inuenire aliquem. In Hecy. Tum matrem ex ea re, aut me vxorem in culpa inuenturum arbitror.

In culpa esse. Cic. Vt is in culpa sit qui faciat, nō q patiatur iniuriam.

In delitiis. In Asina. Vxori meæ surripiam in delitiis pallam quam habet, atq; ad te deferam.

In denegando. In Andr. Id genus hominum est pessimum in denegando modo quis pudor est paululum.

In qua die. In Eunu. Postremo & qua in die parua perisset soror.

In codicem & in tabulas referre dicebant vel nomina, vel pecunias, aut res alias, quum per ordinem describebant. Vide Hadria.

In cœlo esse, supra modū fortunatū esse, ac gloriosum.

In diem viuere, est sine prouidentia vel sine solicitudine crastini, id est, futuri. Cic. Nos in diem viuimus. Liui. In diem rapto viuit. Plini. Qui voluptatibus dediti quasi in diem viuunt, viuendi caussas quotidie finiūt.

In diem abire, est differri, aut auferri. In Phor. Præsens quod fuerat malum, in diem abiit.

In diem, in horam, id est, in spatium vnius tantum diei, vnius horæ. Ouidi. Currus petit ille paternos Inq; diem alipedum ius & moderamen equorum.

In hunc diem, pro hoc die. In Stich. I modo, alium conuiuam quærito in hunc diem tibi. In Pseu. Da in hūc diem operam quæso mihi. In Sticho: Nam illi beri me vocauerant in hunc diem.

In primam diem vel horam, id est, vsq; ad.

In hunc diem, id est, vsq; ad hunc diem. In Pseud. Eum circuire in hunc diem, &c.

In hanc horam, id est, pro hac hora.

In eum diem. In Casin.

In hunc annum, pro hoc anno. In eum annum.

In vnum

In vnum annum, &c. In qntum annum, pro qnto anno.

Indies, subinde, per singulos dies, sed quodã incremen to. Liui. Qui senescit indies. Cice. Quum id malum serperet indies magis.

In diem tertium. Liuius. Naues in diem tertium expe- diri iubet.

In dies singulos. Cicero. Illa in dies singulos magis ma- gisq. opinio hominum confirmatur. Idem: Crescit in dies singulos hostium numerus.

In his diebus In Capt. Nam illum confido domum in his diebus me reconciliascere.

In dieb9 paucis vel pauculis. In And. Ferè in dieb9 pau- cis qbus hæc acta sunt, Chrysis vicina hæc moritur.

In duos menses, pro duobus mensibus.

In domo, pro domi. Quintil. In domo furtum factum ab eo qui domi non fuit.

In disciplinam traditus, pro docendus. Sueto. Anneoq; Senecæ iam tunc senatori in disciplinam traditus.

In digito habere annulum. Terent.

Lupus est in fabula, Adag. quum interuenit is, de quo mentio fit. In Adelph.

In diuitias adoptauit. in Pœnu. Is in diuitias homo ado ptauit hunc, quum diem obit suum.

In diuitiis esse. in Capt.

In dubio est. in Andr. Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.

In eodem hæsitas luto, id est, negotio implicaris.

In eadem es naui, id est, in communi periculo.

In expectatione esse. In Mil. Vide ne sis in expectatio- ne, ne illam animi excrucies.

In equo sedere.

In faciem, id est, coram. Horat. In faciem permulta lo- quutus, vocatus.

In fabulis esse, pro traduci sermone hominum. Sueton. Cœna quoq; eius secretior in fabulis fuit.

In fo-

In foribus adesse, id est, instat, in proximo est, In futurum. Plinius.

In gratiam redire, est in pristinam amicitiam redire. Ci.

In genua astat. In Casin. Continuo in genua astanti pectus mihi pedibus percutit.

in isthac. In Adelph. Sino, habeat, in isthac finem faciat.

in hoc sumus sapiētes, quòd naturam optimam ducem tanquam deum sequimur. Cicero.

in honore hominum Plini. Sunt in honore hominum, & in honore famæ magna nomina, &c.

in horam viuere, est sine cura. In vna hora. In Pseud.

in horas, id est, per singulas horas. Horat. Mutatur in horam. Idem: Quod quisq; vitet nunquam homini satis cautum est in horas.

in ingressu. Plini. Hæc tibi domine, in ipso ingressu meo scripsi.

in insidiis esse. In Pseud. Ingredere in viam dolis & ego hic in insidiis ero.

in incerto res. Plaut. in Capt. Mihi res omnis in incerto sita est.

in ius ire. Terent. In ius eamus.

in re incipienda. In Phorm.

in infinitum. Plin. In infinitum epistolam extendam, si gaudio meo indulgeam.

in itinere. In Heaut. Hoc ipsa in itinere alteræ dum narrat, forte audiui.

in iureiurando. In Curcul. Qui tibi in auxilio in iureiurando fuit.

in loco fratris amare. In And. Si te in germani fratris dilexi loco.

in limine offendere. In portu impingere, id est, statim in ipso operis ingressu peccare.

in loco, id est, opportune, data occasione. In Adelph. Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum. Horat. Dulce est desipere in loco.

in loco

in loco posita. Cice. Vt hæc ipsa ædilitas, recte collocata, & iudicio populi in loco posita esse videatur.
in lucro & in lucris ponere dicitur, quum aliquid præter spem euenit.
in manibus est, id est, paratum, & in promptu est. Cice. Res est in manibus. Idem. Ex his libris quos in manus habeo. Idem: Quæ in manibus habemus.
in manum esse. Salust. in Iugurth.
in manu est, id est, in potestate. In Merca. Illi suam rem esse æquũ ẽ in manu. In Hecy. Tibi in mãu est ne fiat.
in manu vel manus dare. In Phor. Dic quid velis dari tibi in manum, vt herus desistat litibus.
in manus incidere, venire, est pœnis obnoxium fieri.
in manum conuenire. Vide Had.
in me. In Funu. In me planè dii potestatem suam omnem ostendere.
in medio cursu subsistere, est rẽ in media opa reliquere.
in medio cursu literarum resistere.
in medio esse. In Adel. Mater virginis in medio est ipsa, virgo, res ipsa.
in medio relinquere, est ex industria prætermittere ali censendum.
in memoriam redire & regredi. In Capt. Nunc demum in memoriam redeo, quum mecum cogito.
in memoria habere.
in, pro propter. Vergil. 4 Aut hæc in fædera vim.
in mente esse, pro scire. Ter. Nihil ne in mente est?
in mente est mihi. In Amphit. Qui isthuc in mente est tibi, mi vir, percontarier? In Bacchi. Magis vnum in mente est mihi nunc satis vt commode pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.
in mentem venire cum infinitiuo. Cicer. Hoc mihi nunc primum in mentem venit dicere.
In mentem venire cum genitiuo.
in mentem venire illius temporis. Cicero. Quum illius temporis

temporis mihi venit in mentem. Idem: Facite vt vobis triennii totius veniat in mētem. idem: Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentem.
In metu esse. in Pseud. Nunc in metu sum maximo. in Heaut. in metu esse hūc illi vtile. in Phor. Nescis quo in metu, & quanto in periculo sim.
in militem, pro quolibet milite. Liui. Singularis in militem tunicis imperatis.
in capita singula, pro singulis capitibus. Cæs. in capita singula seruorum ac liberorum tributum imponebatur. Liui. Quod prælium in capita statuisset.
in singulas ciuitates, id est, pro. Cic. Describebat censores binos in singulas ciuitates boum.
in centum sues, decem Verres satis esse putant. Varro: Ne minus habeamus in cētenas oues singulos homines. idem: Congei olei in viros singulos dati. Liuius. Prorogatum in annum imperium est. idem.
in more est. Plini. Ludos ineunti, semper assurgi etiam ab senatu in more est.
in morem, id est, secundū consuetudinem. Verg. 5. & 8.
in modum perpetuum perii. in Mostel. Nunc ego perii planè in perpetuum modum.
in modum peregrinorum. in Trin. is modo exornetur graphice in peregrinum modum.
in modum amici. Sueton. Cui quum se gratum & acceptum in modum amici videret, &c.
in monendo. in Bacchid. Metuo, in monendo ne mihi deficiat oratio.
in morte. in Menæ. Quin in morte regnum Hieroni tradidit.
in noctes singulas. in Truc. In noctem. Vergil.
in noxia est. in Phor. Haud ita est, hic in noxia est.
in numerum redigere, est ordine ponere.
in numerum ludere, id est, saltare. Vergil. Tum vero in numerum Faunosq; ferasq; videres. Ludere.

In numerato

In numerato habere,i.in prõptu. Quintil. De actore fa cile dicent ex tempore, dictum est ingenium cum in numerato habere.
in occulto. Plaut. Nihil ego in occulto agere soleo.
In odiis resident mores pristini. In Trucul.
in oculis habitare, est ita frequentem & assiduum esse, vt quasi in oculis habitetur. Cice.
in ore est omni popolo. In Adel. id est, vulgo fertur.
in oculis ferre, diligere. In oculis esse, diligi. Cicero: Balbũ in oculis fero. Idẽ: Publicanis in oculis sum⁹.
in opere faciundo consumere operam. In Heaut.
in os, in faciem laudare. in Adelph.
in ordine. Plaut. Omnem in ordine rem facere.
in ordinem redigi, vel cogi, inter viles vel abiectos numerari. Liu. Tribuni plebis in ordinem redacti, id est, contemptui habiti.
in pariũdo. in And. i pariũdo aliquot. inaffuerũt liberę.
in parte caussæ. Pli. Nitebamur nos in parte caussæ, sententia Meti & Modesti optimi viri.
in parte. in Asin. Viginti minas ei det in parte hac amãti vt liceat potirier.
in eam partem accipere, ea lege. Terent.
in partem, particula iuncta cum atq;. Cæs. in partem iuris, atq; ipsi erant, receperunt.
in paucos dies, pro paucis diebus. Liu. Obsidio in loco nudo atq; inopi, vix in paucos dies tollerabilis erat.
in pedes. in Eu. Vbi vidi, ago me in pedes. quãtũ queo.
in pedem, pro vnoquoq; pede. Cic. is se ternis nummis in pedem tecum transegisse dicebat.
in perendinũ: inepte. properendino. in Trin. Tu in perẽdinum paratus sis, vt dicas.
in perpetuum. in Heaut. Non ego in perpetuum dicebã vt illam illi dares, verum vt simulares.
in posterũ. Quinti. Multa linguę vitia, nisi primis eximãtur annis, inemendabili in posterũ prauitate durãtur.

In poteſtatem eſſe. Cic. Veſtros portus in prædonum fuiſſe poteſtatem ſciatis.
In portu nauigare, extra periculum eſſe.
In potiūdo. In Heau. Tuum eſſe in potiūdo periculum non vis.
In pſ̄entia. In Adel. Mallē auferre potius in pſ̄entia. In Heaut. Suauia quæ eſſent in pręſentia, prima habere.
In præſens. Plin. Quos quidem non in præſens tantū, ſed in æternum repreſſiſti.
In præſenti. Ci. Hęc ad te in præſenti ſcripſi.
In primis, ante omnes vel omnia. Saluſt. In primis arduum videtur, res geſtas ſcribere. Idem: Id facinus ego in primis memorabile exiſtimo.
In principio. In Phor. Quid ceſſas hominem adire, & blande in principio alloqui?
In principio eſſe. In periculo.
In probro eſſe. In Phor. Sin patefit, in probro ſiem.
In procliui. In Andr. Id faciam, in procliui quod eſt, id eſt, factu facile.
In promptu. In Pſeud. Iſthæc inſipientia eſt, iram, in promptu gerere. In propatulo. Plinius.
In proximo. In Heaut. Agrum in proximo hic mercatus eſt.
In proximum differre. Plin. Dilata res eſt in proximum ſenatum.
In publico. In Moſt. In publico omnes porticus commenſi ſumus.
In punctum, pro in ſingula puncta. Sueto. Quadragenis in punctum. HS. alea luſit.
In querelis mens eorum. In Menæch.
In re præſenti eſſe. Plin. In re præſenti optime deliberabis & conſtitues.
In rē præſentem, nō tēpus, ſed locū ſignificat. Cic. Si cōſtitueris cuipiam te in rem præſentem eſſe vēturum.
In rem preſentem excurrere. Plin. Nunc videor commodiſſime

modiſſime poſſe in rem præſentem excurrere.
In rem præſentem perducere. Plin. Non potui te magis rem præſentem perducere, id eſt, non potui planius omnia vt acta ſunt, ſcribere, vt perinde omnia teneres, atq; ſi præſens fuiſſes.
In re præſenti. Plin. Sed ego in re præſenti inueniſſe videor, quemadmodum huic periculo occurrerem.
In rem eſſe, id eſt, vtilitatem. In Pſeud. Quaſi quid in rem ſit poſſimus noſcere.
In re mea eſt. In Trucul.
In re ipſa. In Hecy. Noſtras mulieres ſuſpectas fuiſſe falſo nobis, in re ipſa inuenimus
In rem meam, tuam, ſuam, noſtram, veſtram eſſe.
In rem noſtram eſt. In perſa: Age, vt rem eſſe in noſtrā putas, Terent. in Andr. Si in rem eſt vtriq;, vt fiant, accerſi iube.
In Phorm. Ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias.
In rerum natura. Cicero. Quæ in rerum natura, totoq; mundo conſtarent.
In reditum, Ineptè, vſq; ad reuiſum.
In ridiculo haberi. In Pœn. in ridiculo eſſe. in Caſina. in ſaginam ſe conijcere, lautitias ſectari. in Trin. in ſaginam herus ſe coniecit meus.
in ſaltu vno. in Caſin. iam ego vno ſaltu lepide apros capiam duos.
in ſalute alicuius ſaluere. in Trucul. Aegrotare malim, quàm eſſe tua in ſalute ſanior.
in ſententia eſſe, manere. Cice. Quam omnia eſſent in ſententia, ſic nobis animus &c.
in ſententijs poſitus. in Epid. Qui in tantis poſitus ſum ſententijs.
in ſenecta. in Mil. Eam'ne pudet tibi in ſenecta obijcere ſolicitudinem?
in ſeruitute habere in Pœn. in ſeruitute hic habuit duas filias tuas.

In ferum,id eſt,in veſperum.Sueton. In ſerum dimica-
tione protracta.
in ſingulis ſtipendiis. In Epid. in ſingulis ſtipendiis ad
hoſtes exuuias dabit.
in ſodalibus illis es, id eſt,ex illis,ex illorum ordine in
Perſa. In ſolatio eſſe.in Amphi.
in ſomnis,id eſt,inter dormiendum.Ibid.
in ſpeciem.Liui.Ducetos paucos in ſpeciem captiuos.
in ſpem venire.Cicero. in ſpem venio aduentum tuum
appropinquare.
in ſumma,id eſt,ſummatim. Plinius.in ſumma,noſti fa-
cetis hominis.
in ſuſpenſo relinquere.i.in dubio.Plinius.
in ſinu gaudere, eſt tacite ſuaq́; fortuna contentum vi-
uere.Ouid. Qui ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.
in ſententia ire,Inepte,cõſentire in ſententiam. Liuius.
Omnes in eam ſententiam ierant.
in ſententia manere.Cice. Plane hoc mihi explices ve-
lim,imprimis maneas ne ſententia, vt mittam ad eũ
quæ ſcripſi,an nihil neceſſe putes.
in tam breui ſpatio.in Heaut.Ita ne tandem &c.
in tantum honorem.in Eunu. Ille vbi videt me eſſe in
tantum honorem.
in talibus viris.Cicer. Nam hoc quidem in talibus viris
quid attinet dicere?in te eſt mihi ſalus,aut tibi in me.
in Pſeud.
in te.in Trin.Hęc quũ audio in te dici, excrucior miſer.
in tẽpore,opportune.in Capt. Optime mihi in tẽpore
aduenis.in tẽpore adire,id eſt,tẽpeſtiue,opportune.
in tẽpore ipſo. in Andria.in tẽpore ipſo mihi aduenis.
in Hecy.Opportune te mihi in ipſo tẽpore oſtẽdis.
in tempus.Plin. Studebat in cœnæ tempus. Horat.Et
præſens in tempus omittas.
in tormentis eſſe.Plinius. in tantis tormentis eram quũ
ſcriberem hæc.
in tran-

In tranquillo res est, dum nihil timetnr periculi. Teren. Gaudeo amorem esse omnem in tranquillo.
in triduo hoc. in Persa. Quos continuo reponã tibi in hoc triduo, aut q̃triduo in tunicis albis venerũt. Pli.
in tussiendo. in Asin. Ne sic tussiat, vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. in tuto res est. in Merc.
in tutum eduxit legiones. in Most.
in vesperum parata. Plaut. in Most. parata res mala est in vesperum huic seni.
in via Men. Ne vxor cognoscat te habere si in via con spexerit.
in verba iurare, est promissa iuramento seruare. Horatius. in verba iurabis mea. Idem: Nullius addictus iurare in verba magistri.
in vniuersum, vulgo, in genere. Quintil. Verũ anteq̃ de singulis loquar, pauca ĩ vniuersũ de varietate opinionũ dicẽda sunt. in vado hęrere. in aqua hęrere. Adag.
in vado. Terent. Oĩs res in vado est. i. extra periculum.
in vices canere, loqui, nugari, scribere, id est, per vices, aut vicissim.
in vtramuis aurem dormire, est nihil periculi timere in Heauton.

INTER.

Prepositio inter, per se simplex & perspicua est. Cæterum composita variat. Terent. Age inepte, quasi nõ norimus nos inter nos.
inter alias Pœn. Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine.
inter conuentum, pro in conuentu. Sueton. inter conuẽtum matrimonium correpta iurgio.
inter cœnam, tempore cœnæ. Cic. Si hoc tibi inter cœnam, in illis immanibus poculis tuis accidisset.

Inter cum gerundio constructum.

Inter cœnandum audiui, id est, dum cœnarem.
inter legendum, scribendum, i. dum lego aut legitur.

Inter eundem. Inter agendũ. i. dũ ages. Vergi. Inter scyphos. Cic. Illuseras heri iter scyphos quod dixerim.

Inter tot dies. In Trucul. Inter tot dies quidem hercle iam actum aliquid oportuit.

Inter initia. Plin. Videor ergo summam voti mei consequutus, quum inter initia fœlicissimi principatus tui probaueris me.

Inter ista. Plin. Integrum, probum, industrium, atq; inter ista reuerendissimum mei expertus.

Inter moras. Plin. Inter moras, consul citatis nominibus & peracta discessione, mittit senatum.

Inter manus arripere, est collatis simul manibus aliquẽ sublimem ferre. In Most. Arripite hunc intro actutũ inter manus. Liuius. Inter manus domum allatus.

In manus esse, id est, in potestate esse. Verg. Ante oculos, interq; manus sunt omnia vestras.

Intr manus versari, est in vsu esse. Põponius. Nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum

Inter nos cõcertatio fuit. Itn Adel. Nunquã vidi iniquius certationẽ cõparatã, quã quę hodie inter nos fuit.

Inter nos dictum hoc fuit. In Adelph. Vin bona dicam fide, quod hrc inter nos liceat.

Inter nos ludamus. In Sticho: Nos volo tamen ludere inter nos.

Inter nos sordemus alteri, id est, alter alteri displicet. In Trucul.

Inter opus, id est, dum operatur. Tibul. Crura sonant ferro, sed canit inter opus. Inter pœnam Sueton.

Inter pcipua sæculi ornaméta numerãdus. Plin. Vir est optim⁹, & inter pcipua sæculi ornaméta numerãdus.

Inter rem agendam. In Cist. Sed inter rem agendã istã heræ huic respondi quod rogat.

Inter sese fabulantur. In Epid. Occœpere alię mulieres duæ post me fabulari inter sese.

Inter se amplexari. Plaut. Postquã exierint porta nihil cessatum

cessatum illico osculari, atque amplexari inter se.
Inter se loqui. in Pœnu Quid illi loquuti sunt inter se? dic mihi.
inter trienniũ cõtinuũ. in Sticho: Quot potiones mulsi, quot autẽ prandia, quæ inter cõtinuũ pdidi trienniũ.
inter vias. in Eunu. Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias.
inter se. Terent. in Andria. Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam.
inter vos bene dicatis. in Mil. Bene quæso inter vos dicatis, & mihi absenti tamen.
inter se in vicem. Vergil. Conuersiq; oculos inter se atque ora ferebant.
inter, in medio. Multa cadunt inter os & offam. Adag. Multum differt inter noctuam & aquilam.
inter calicem supremaq; labra.
inter, postpositum suo casui. Cicero. Quæ si quos inter societas aut est, aut fuit, aut futura est &c.
Bonis inter bonas necessaria beneuolentia. Cic.

INTRA, INFRA.

intra, tempus: vt, Veniam intra horam, non infra.
intra Calend. Intra ferias. In Trucul. intra viginti dies. Intra vndecim dies. Plin.
intra hos proximos decem annos. idem.
Iliacos muros peccatur & extra. Horat.
infra, locum: vt, infra tectum. Refertur etiam ad dignitatem & personam. in Eunu. Tace tu, quem ego esse puto infra omnes infimos homines.
infra dignitatem tuam est, id est, minus quã dignitatem tuam deceat.
Nihil infra se putabat, nisi quod infra cõsulẽ esset. Plin.
intra modum, id est, citra modũ Cic. Modice hoc faciã aut etiam intra modum, id est, minus quàm modice.
intra famam. Quintil. Hortensii scripta tamen intra famam sunt.

intra, diē mortis, vt aliquid fiat, si quis dixerit, ipse quo que dies, in quo quis mortuꝰ fuerit, numeratur. Vlpia.

IVXTA.

Iuxta apud. Vergil. Humilis volat æquora iuxta. Plaut. iuxta te sum.

iuxta, simul. Varro: Cum interea lucubrando faceret iuxta ancillas lanam, id est, vna cum ancillis.

OB.

Ob, propter. In Andr. Ego pretium ob stultitiam fero.

Ob nullam noxiam. In Pœn. Sine te verberem item, vt tu mihi fecisti ob nullam noxiam.

Ob decem minas ager oppositus est pignori. Terent.

Ob rem. in Phorm. Non pudet vanitatis? D. Minime, dum ob rem.

Ob industriam. In Casi. Illa autem quasi ob industriam mihi aduorsator.

Ob, ante. Ob oculos. Cicer. Ob oculos versabatur. In Truc. Scortorum ob oculos adducent. In Mili. Nunc demum experior ob oculos caliginem penitus mihi obtigisse. Liui. Vt mors ob oculos omnium esset.

Ob, pro ad. Ennius. Ob Romā noctu legiones ducere.

Ob, pro circum in compositione, vt obambulare, obsidere vrbem, id est, circumsedere.

Obire prouinciam, fundos, terras, sacra, munus, munia, legationes. Ob, pro contra in compositione. In Sticho: Si rex obstabit, regem peruertito ipsum. Ibid. Si tibi nulla ægritudo est animo obuiam.

PALAM.

Palam coram, omnibus, manifeste. Liui. Rem creditori palam populo soluit. Ouid. Et fleuit populo Cæsar, vtrumq. palam.

Palam sæpius est aduerbium. In Pseud. Res palam cognoscitur. In Capt. Omnis res palam est. In Eun. Sin falsum, aut vanum aut fictum est, cōtinuo palam est.

Palam beatus. In Phorm. Quod habes, ita vt voluisti,

sti, vxorem sine mala fama, palam beatus.

Palam mentiri. In Truc. Si illud quod volumus dicitur, pa lam commentiuntur.

PENES.

Penes, plerunque potestatem significat, aut locum, cum accessio est laudis, vituperii, commodi vel incõmodi. Ouid. Me penes est vnum vasti custodia mundi. In Pœn. Iuppiter quem penes spes vitęq; sunt omnium hominum. Varo: Seruorum cura penes dominos si.

Penes quos laus adhuc fuit. Cice. Penes eosdẽ pericula belli, penes quos pręmia essēt. Liu. Oia adsunt bona, quẽ penes ẽ virt⁹. In Amph. Fides penes autores sit.

Penes te potestas. In Trin. Cum penes te potestas omnis quidem foret meæ vitæ.

Penes, pro apud. In Adelph. Quid? isthæc iam penes vos psaltria est? Penes scenam, id est, apud.

PER.

Per, refertur ad locum. Per forum. Vergil. 6 Longæ lateq; per vrbes. In Epid. Per omnem vrbem quem sum defessus quærere. Per vices. Per domos.

Per adoptionẽ pater. Pli. Auũculus me⁹, idemq; p adoptationẽ pater, historias & qdẽ religiosissime scripsit

Per ætatem. In Adelph. Sineres nunc facere, dum per ætatem licet.

Per caussam, significat per simulatam caussam. Liui. Vt cum appropinquaret ianuę rex, per caussam aliquam in angustiis sustineret a tergo agmen.

Per speciem, sub prætextu vel specie. Liui. Nocte per speciem venandi vrbe egressi.

Per, iurantis. per Iouem. per deum iuro. per deos. in Andr. per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere.

per hanc dexteram. in And. Quod ego per hanc te dexteram oro. per fidem Ibid.

per tuam fidem perq; huius solitudinem te obtestor.

Per ego te hæc genua obtestor. In Menæch.

Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud perfice. Cicero.

Per ego vobis deos atque homines dico. In Menæch.

Per, ad tempus refertur. Plin. per septem dies sydus crinitum apparuit. per dies. per annos. per secula. Verg. 6. Aeternumq́. tenet per secula nomen.

Per obtestantis. Vergil. per connubia nostra, per incertos hymeneos.

Per lachrymas oro. Verg. 6. per amorem obtestor.

Per veterem amicitiam rogo. per alios frui honore. Pli.

Per alium ostendere suam sententiam. In Heaut.

Per alium dare aliquid. Ibid.

Per amicitiam & gratiam impetraui a fratre. In Mil.

Per annorum curam natus. In Sticho: Per anni tempus. Hircius: Neq; per anni tempus in mari classes sine periculo vagari poterant.

Per cœnam hanc tibi incœnato esse licet. In Sticho.

Per comitatem omnia disperdidit. In Trin.

Per deridiculum dedit mihi verba. In Pseud.

Per ridiculum. In Trucul.

Per iocum promittere. Ibidem.

Per ludum & iocum occursum & rapinis. Plin.

Per Dionysia mater pompam me specitatum duxit, pro spectatum. In Cistell.

Per abnegātis est in cōpositione, vt perfidus, periurus.

Per fidem deceptus sum, in Mostell.

Per focum prunas trahere.

Per figuram offerre iusiurandum. Sueton.

Per flagitium famam perdere. in Trin.

Per herbas fundi, vel fusus est sparsi in gramina iacere.

Per gratiā abire. In Mil. Per gratiā bonā abeat abs te.

Per hyemem niues cadere, non grandinem.

Per vna literam scriptum cognomen animaduerto. Suetonius.

Per hostes, per tela, per ignem euadere. Horat. per mare, pauperiem fugiens, per saxa, per ignem.
Per illos licet in Pœnu.
Per me. Cice. Quod per me certior fias.
Per me, per te, per illum stat. Cæsar: Vti cognouit per Afraniũ stare, quò minus prælio dimicaretur.
Per me sibi habeat licet, id est, habere sino.
Per murũ aufugere, per hunc nulla est mora. In Andr.
Per me percontatus sum, sineq; iudice aliquo. i. solus.
Per metum mussare. Plin.
Per manus tradita est disciplina, vel historia dicitur, quę nõ monumẽtis literarũ, sed verbo tãtum tradit, & a maiorib⁹ ad posteros sine literis transmittit. Per manus quicquam tradere: Ineptè, de manu in manũ, vel de manu vnius in manu alterius. Liui. Disciplina militaris tradita per manus iam inde ab initiis vrbis. Cæsar: Nonnullæ de muris per manus demissæ.
Per meridiem æstate arcus non cernuntur. Plin.
Per significat vsq. ad finem, vt perlegere, perferre.
Per momenta. Plin. Ita est aliquid, quod huius fontis excursum per momenta repercutiat.
Per nebulam scire. In Pseud. Quæ quasi per nebulam nosmet scimus atq; audiuimus.
Per nos. In Mercat. per nos quidem hercle egebit qui suum prodegerit.
Per, propter. Salust. Incedunt ora vestra magnificet.
Per ora virorũ volare, est celerẽ fieri. Vergi. In Georg.
Per ordinem fungi honoribus. Plin.
Per pacem liceat. In Amphit. Obsecro vt per pacem liceat alloqui, vt ne vapulem. per partes emẽdare. Pli.
Per partes facere. Idem.
Per quod effectum est vt te consulerem. Idem.
Per se. Cicer. Amicitia per se & propter se expetenda.
Per seipsa. Salust. Parum tuta per seipsa probitas est.
Per silentium adesse æquo animo. In Phorm.

Per silentiũ nunq̃ agere mihi licitũ est. In prolo. Hecy.
per longissimum spatium hoc receptaculo vtetur. Plin.
per plures successiones traditæ.
per, pro nimis, vehementer, vt pertinax. i. nimis tenax.
per te stetit quo minus has fierent nuptiæ. Teren.
per tempus, id est, opportune. Idem.
per tẽpus aduenis. In Hecyr. p tempus egredi. In Truc.
per tempus subuenire alicui.
per omne tempus quo fuimus vnà. Plin.
per viam. In Pseud. Cor mihi nunc per viam est. In Cistel. per viam fabulantur.
per vices, id est, vicissim. Plin. per visum. Cice.
per vnum exortum dissidium. In Mili.
per vim consules creantur. Plin.
per vim vitium oblatum virgini. In Adel.
per vim lata lex. Plin. per, syllabica adiectio significat p tẽ pus, vt paulisper, aliquantisper, parumper, tãtisper.
per, iũctum noibus adiectiuis, aduerbiis, siue verbis, vehementiam significat. Perplacet, valde placet, perbenignus, perpulchre, perbelle. per valetudinem. Cice.
per vicarium, per legatum rem perficere.

P O N E.

Pone, post. In Curc. pone ædẽ. In Pœnu. pone nos recede.

P O S T.

Post. Hor. Quęrẽda pecunia primũ. Virt⁹ post nũmos.
post aliquos aristas, id est, annos. Poëticum est. Vergil.
post montem oppositum.
post hominum memoriam, ab hominum recordatione. Cice. Instant post hominum memoriam paratissimi, magnificentissimiq; ludi. Idem: Quod nemo vnquã post hominum memoriam fecit. Ibidem. Nemo vnquam post hominum memoriam paratior, vigilantior, copiosior.
post hominum ætatem. Nostra memoria. Patrum memoria non est factum simile: inepte, hominum recor

datione

datione, nostro tempore, patrum tempore.
post homines natos. Cice. Optimus longe post homines natos. Idem: Vnus post homines natos fortissimi viri. Idem: Longe autem post homines natos improbissimus.
post hunc diem. In Rud. Nunquam hercle iterum defraudabis me post hunc diem.
post tempus. In Capt. Sero post tempus venis.
post id locorum. i. postea. In Truc. Eradicare est certum cum primis patrem, post id locorum matrem.
post, id est, secundum deum veritatem colendum. Adagium Pythagoræ.
post principia. Teren. Ego hic ero post principia, id est, retro.

PRAE.

Præ, ante. Liui. Præ se armentum agens.
præ, absolute positum. Terent. I præ, sequar.
præ cum datiuo posuit. Plaut. in Pœn. Trecentos nummos philippeos portas præ sibi.
præ, comparationem aliquando inducit elegantissime. præ nobis beatus videris. i. plus nobis. In Epid. Atq; me minoris factum præ illo.
præ, ad comparationem. Cicer. Non tu quidem vacuus molestiis, sed præ nobis beatus.
Hic ego illum contempsi præ me. In Eunu.
Omnia sibi postputant præ meo commodo. Terent.
Te postputasse omnes res præ parente intelligo. Idem.
Paruam Albam præ ea quæ conderetur fore. Liui.
Sanus si sim, præ te medicum mihi expetam. In Merca.
Præ quod. In Sticho: Imo res omnes relictas habeo, præ quod tu velis.
præ quam. In Amphi. Parua res est voluptatem in vita præ quam quod molestum est.
præ vt. In Menæch. Modestior nunc quidem est de verbis præ vt dudum fuit.

Prę, ꝑpter, ꝓ amore exclusit hũc foras. In Eun. Neq; mi ser me cõmouere possũ prę formidine. In Heaut. præ gaudio, vbi sim, nescio. ꝓ iracũdia ñ sũ apud me. Ter.
Præ furore, præ mœrore, præ dolore, præ lachrymis, præ timore, præ angustia nescio quid agam.
Præ pudore rubescit.
Præ manibus, id est, in promptu. In Bacch. Reddidi patri omne aurum, quod mihi fuit præ manibus.
præ manu dare, est ad vsum ante omnia, vulgo ante manum dare. In Adelph. Atque huic paululum aliquid præ manu dederis, vnde vtatur.
Præ, me fero, præ se fert, id est vultu & gestu ostendit & confitetur.

PRAETER.

Præter excipiendi vim habet. In Amph. Nec nobis prę ter me alius quisquam est seruus. Ibidem. Nunc quidem præter nos nemo est.
Præter hæc. i. vltra, præter ea. Quint. Multa erant præter hæc quę obiici merito potuissent. Ter. In Amph. præter omnes illum amo. Præter consilium facere.
Præter cætera. i. plus quam cętera. In And. Horum ille nihil egregie præter cætera studebat. In Adelp. Erat forma præter cæteras honesta ac liberali.
Præter decorum rex induit rusticum. præter expectationem. præter æquum & ętatem meam. In Hecy. Meo labori haud parcens præter æquum atque ætatem meam. Præter ætatem doctus, sapiens.
Præter æquum & bonum. In Adel. Nimium ipse durus est, præter æquumq. & bonum.
Præter ætatem. Puer præter ætatem sapit. In Epid prę ter ætatem & virtutem stultus est. In Heau. Mihi videre præter ætatem tuam facere. Præter ius fasq..
Præter libidinem. In Hecy. Fortasse aliquanto iniquior erat præter eius libidinem.
Præter modum. Cice. 2. Offic. pro maxime.

Præter

Præter morē. In And. Præter ciuiū morem atq; legē.
Præter naturam. Cice. Multa autē impendere videbantur præter naturam etiam præterq; fatum.
Præter opinionem. In Hecy. Te esse præter nostram opinionem comperi. Cic. 2 Offic.
Præter optatum. Cice. Illud etiam accipit præter optatum meum.
Præter risum, iocum. Præter rationem.
Preter sententiam. In Merc. Omnia mihi hodie eueniunt præter sententiam, id est, cōtra voluntatem, opinionem, desiderium. Præter solitum Horat.
Præter spem. In And. Præter spem euenit. In Merc. Præter spem saluæ sumus.
Præter hæc. In Rud. Si præter hæc tu verbum faxis hodie, ego comminuam caput.
Præter, ante. Cic. præter oculos Læli hæc oia ferebāt.

PRO.

Pro, neq; hæc in fine elegantiæ particula. Tres minas pro istis duobus præter vecturam dedi. In Most.
Pro peccatis. In And. An vt pro huius peccatis, ego supplicum sufferram? Pro seruitio. In Andr. Hoc tibi pro seruitio debeo. Pro facultate.
Pro caussa, vel ꝓpter. Plin. Hæc tibi pro amore mutuo scripsi. in Eunuch. Ego te pro istis dictis & factis vlciscar. In Amphit Tametsi pro imperio vobis quod dictum foret, scibat factutos.
Pro, propter. In Hecy. Pueri inter sese quàm pro leuibus noxis iras gerūt. pro veritate affiici pœnis.
Pro iustitia. pro libertate dimicandum est.
Pro patria mori dulce & decorum est. Horat.
Pro virtute vincere duros casus.
Pro liberis exponi periculis.
Pro amicis, Sal. in Capt. pro Milone. pro Archia, id est seu ob defensionem Archiæ.
Pro bonis studiis defendendis.

Pro.i.loco. In Eun. Pro illo te ducam. In Most. Continuo pro imbre amor aduenit. In Merc. Qui amat, si quod amat habet, id satis habet sibi pro cibo videre, amplecti.
Pro me, id est, loco meo. pro nobis. Pro Ioanne.
Pro ancilla habere. In Persa: Verum tu pro ancilla me habes, an pro filia.
Pro, aliquando rationem vel proportionem quandam indicat rei, cui præponitur. In Adel. Eduxi a paruulo habui, amaui pro meo. In Cap. Pro ignoto me asper natis. In Mer. Ita istas, vrges, quasi ꝓ noxio. In Cap.
Pro rota me vti licet, vel ego huc, vel illuc vortar, quo imperabitis. Salust. Hisq; permissum est, vti pro tempore atq; periculo exercitum compararet, id est, pro ratione temporis & periculi.
Pro, secundum. In Phorm. Nemo satis pro merito gratiam regi refert. Pro sapientia. In Adel. Sedulo moneo quæ possum pro mea sapientia.
Pro imperio. In Phor. Satis pro imperio, quisquis es.
Pro sano loq̄ris, q̄ me meo appellas nōie. Plau. i Men.
Pro stercore aliquid habere, vili facere. In Trucul. Bona sua pro stercore habet.
Pro, ante. Salu. Qui nisi maturasset, pro curia sociis signum dare. Pro templo. pro foribus. pro castris.
Pro, in. Plin. Sedeo pro tribunali. Idem: Tibi maximus honor excubare pro templis.
Pro virgine dari nuptum non potest. In Adel. Pro aliquo stare. i. defendere. Ter. Nisi hæc ita essent, pro illo haud stares. Vergi. pro turribus astant.
Pro eo ac. Seru. Sulp. Sanè quam pro eo ac debui, grauiter molesteq; tuli, id est, ita vt debui.
Pro eo ac si. Vlpia. pro eo est ac si adhibitus non esset.
Pro eo atq; si. Idem: Pro eo habendum, atq; si nullo iure factum esset.
Pro certo habere. In Adel. Pro certo ne tu istæc dicis?
Cice.

Ci. Neq; nuntiabat quicquã q̃ pro certo haberem.
pro iure meo imperitabam. In Capt. Quod ante hac pro iure imperitabam meo, te oro nunc per precem, per fortunam incertam, pro tuo iure oras. In Rud.
Pro suo iure agere. in Adel. Non necesse habeo omnia pro meo iure agere. i. pro autoritate aut merito.
Pro me facit, id est, vtile est.
pro parte mea. Pli. Offcio pro mea parte tantundem. In Rud. Sine me mea pro parte loqui.
pro mea parte, id est, pro virili. Cicer. Vt ita fieret, pro mea parte adiuui.
pro ridiculo putare aliquem. in Heau. Qui sibi me pro ridiculo ac delectamento putat. i. pro fatuo habet.
pro se quisque, id est, quisque pro virili, de singulis, vel pluribus dicitur. in Heaut. pro se quisq; sedulo faciebat. Cicer. pro se quisque manus affert. Vergil. pro se quisque viri. in Amphi. pro se quisque id quod potest & valet, edit, ferit. Ouid. pro se quisque timet.
pro vterque. Horat. Missi magnis de rebus vterque.
pro se dicere. in prolo. Hecy. Ne ille pro se dictum existimet. Idem: Vt pro se diceret.
pro se quisque sedulo faciebat, id est, quisq; suum fecit officium.
pro tempore, pro re. pro loco: Inepta, pro qualitate tẽporis, rei, loci. Cæs. Consilium pro tempore & pro re caperet. Sal. ipse pro re ac loco paulatim ꝓcedere. Satis, pro tempore. Verg. pro re pauca loquar. Terent. pro re nostra.
pro opibus. Salust. Quod singuli pro opibus quisque quam plurimas vxores, denas alii plures habeant.
pro opibus facere mœnia, est sumptus pro quæstu facere Adagium.
pro virili parte. Liu. plus sibi quàm pro virili parte annitendum esse. Cice. Tum me eius beneficio plusquam ꝓ virili parte obligatũ puto: Inepte, pro posse meo.

pro rata parte.pro virili.pro viribus,idem.Cic.Omnia ista perinde vt data sunt, pro rata parte a vita, longa aut breuia dicuntur.
Pro portione.Cato:ro portione omnia ea facito.
pro copiis.Saluſt.ipſe pedes pro loco atque copiis inſtruit exercitum.pro occaſione.
pro materia dolere.Plus doles quã pro materia.Ouid. Nec pro materia fertur doluiſſe.pro neceſſitate.
pro meipſo.Cice.Antequam pro L.Murena dicere incipio,pro meipſo pauca dicam.
pro moribus conſulere.Saluſt. Sibi quiſq.pro moribus conſulat.pro more facere,dicere,viuere.
pro animis hominũ & moribus,ſe gerere. ꝓ ingenio.
pro mea,tua,dignitate,condiitione.pro ſua libidine.
pro merito.in Phor.Non poteſt ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.
pro,in compoſitione nunc corripitur,nunc producitur. Vergi.9 procul hinc,procul,eſſe prophani. Ouidi. promittas facito.
propola,præemptor,qui vendit iam ſtatim empta.
prò,tono graui notata,interiectio indignantis. Græcæ,præ nobis ſignat, vt πρὸ.i.præbibo.

PROPE.

Prope,iuxta.in Rud.prope me hinc neſcio quis loquitur.Curti.Quũ ꝓpe id oppidũ copias cõſtituiſſent.

PROPTER.

Propter,alicuius cauſſa.In Phor. Qui ſæpe propter inuidiam adimunt dimitti.in Eunu. Scin turbam hanc propter te eſſe factam?
propter,pro pope.in Adelph. Nimium iſtoc abiſti hic propter hac aſſiſte.Cicero:Quid illæ ſibi ſtatuæ volunt propter ædem,Vulcani?
prop ter,ſine caſu.in Adel.ibi angiportum propter eſt.

SECVNDVM.

Secundũ,pro,iuxta,ꝓpe.Serui.Sulp.Duo vulnena accepiſſe,

pisse, vnũ in stomacho, alterũ in capite secũdũ aurẽ.
Secundum, post. In Cap. Nam secundum patrem tu es, pater proximus. Cice. Proxime autem & secundum deos, hoies hominibus maxime vtiles esse possunt.
Secundum, pro vel iuxta. Sueto. Absentibus secundum præsentes dabat. Cic. De absente secundum præsentem iudicare. i. ꝓ absente iudicare ac si pręsens esset.
Secundum, in Sueton. Adfirmabat ipsum esse cuius imago secundum quietem obuersata sit.
Ferre sententiam secundum testamentum, id est, pro testamento, vel in fauorem testamenti.
Secundum te ille mihi ita est, vt sit pene par. Cice. id est, secundo loco aut proxime.
Secundum te nihil est mihi amicius solitudine. Cicer.
Secundum, super. Salusti. Secundum ea vti deliberetis.
Secundum facta & virtutes aliquem collaudare. i. pro factis. In Eunu. Ordinem dicendi secundum vires ingenii dabant, id est, pro viribus ingenii. Fab.
Secundum Platonem. i. iuxta sententiam Platonis.

SECVS.

Secus, prope. Secus decursus quarum feruntur salices.

SINE.

Sine, absq;. In Heaut. Sine auro tum ornatam.
Sine capite fabula, diciturr imperfecta. Adag.

SVB.

Sub, cum ablatiuo. In Epi. Sub vestimentis secum habebant retia.
Sub conditione. Sueto. Sub ea tamen conditione ne cuĩ fidem meam obstringam.
Sub exemplo. Plin. Dispice an tu quoq; sub hoc exemplo somnium istud in bonum vertas.
Sub exitu, pro sub exitum. Sueton. Sub exitu quidem vitæ palàm vouerat.
Sub vrbe est agelli paululum. In Adel.
Sub manu tabellarios habere. i. in promptu & in ꝓximo.

Sub prope. Verg. Quo deinde sub ipso. Ecce volat.

Sub cum accusatiuo, pro circa. Sub idem tēpus. Liuius: Vtrinque legati ferè sub idem tempus ad res repetundas missi.

Sub horam pugnæ tam arcto repente somno deuictus, vt ad dandum signum ab amicis excitaretur. Sueton.

Sub, statim post. Cic. Sub eas autem redditæ sunt.

Sub, ante. Vergi. Postesq; sub ipsos Nituntur gradibus.

Sub manus succedere, est non ægre, apposite, expedite, prompte cōtingere. In Mil. Lepide hoc succedit sub manus negotiū. Ibid. Bono animo es, negotiū omne iam succedit sub manus. i. bene & optatum cōtingit.

Sub vesperum. Cæs. Sub vesperum Cæsar portas claudi, militesq; ex oppido exire iussit.

Sub imperio alicuius esse. In Heaut. Locus, occasio, ætas, mater, sub imperio cuius est, mala.

Sub pœna capitis. Sueton. Sub mortis pœna.

Sub pœna perpetuæ seruitutis. Idem:

Sub, in compositione datiuum aliquando exigit: vt, subscribere caussæ, subesse imperio, subuenire egeno vel calamitoso, &c.

Sub terra esse, latere. Horat. Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas.

Sub dio, id est, sub cœlo, aut in agros, ruri. Horat.

Sub dium, motum significat, id est, in publicum. Horat. lib. 1. Ode. 18.

Sub his, pro post hæc. Verg & Cice.

Sub prādio, cœna, somno, nocte, tecto, &c. id est, inter prandendum, in nocte & cæt.

Sub prādium, cœnam, somnum, noctem, tectum, vesperum, occasum solis, oculos, dies festos, galli cantum, hoc tempus, ipsam lucem, id est, ante prandium, &c.

Sub sole, aut sub cœlo, id est, vbiuis terrarum, in mundo, aut in vniuerso orbe. Nemo hoc homine sub sole est doctior. Hoc facto sub cœlo nihil est molestius.

Sub iu-

Sub iudice lis est. Horat. Grammatici certant, & adhuc sub iudice lis est.

SVBTER.

Subter, ferè semper accusatiuum habet, siue quies fuerit, siue motus. Statius: Desilit in campos qui subter mœnia nudos Asseruat manes.

Subter, poëticæ ablatiuum habet. Vergi. Quum tamen omnes. Ferre libet subter densa testudine casus.

SVPER SVPRA.

Super relatiuum habet subter.

Super cum accusatiuo pro vltra. Vergi. Super Garamantas & Indos Proferet imperium.

Super filiam. In Aulular. Iuxta rem mecum tenes super Euclionis filiam, id est, de.

Super cœnam. Plini. De huius nequitia, sanguinariisq; sentẽtiis in cõmune omnes super cœnã loquebãtur.

Super hæc, aut super his, præter hæc. Plin. Vir grauissimus, doctissim⁹, disertissim⁹, sup hæc occupatissim⁹.

Aliæ epistolæ super alias. Plin. Gratias aliis super alias epistolis egit.

Super cum ablatiuo, pro de, vbi de re aliqua mẽtionem facimus. Ver. Multa super Priamo rogitans sup Hectore multa. Cic. Hac super re scribam ad te. In Amphi. Teneo quid animi vestri super hac re fiet.

Super, pro vltra. Vergil. Nocte super media.

Super, pro in. Vergil. Hic tamen hac mecum poteris requiescere nocte Fronde super viridi.

Super, pro pro, vel propter. Vergil. Nec super ipse sua molitur laude laborem.

Super, contiguitatem dicit. sedet super lapidem, non supra.

Supra non dicit contiguitatem. supra nos volat aquila, non super. supra relatiuum habet infra.

Supra caput, modus est loquendi, rem quæ valde vrgeat & immineat, significans. Cice. Ecce supra caput

homo leuis ac sordibus. Salustius. Dux hostium cum exercitu supra caput est.

Supra numerum. Pli. Hoc in caussa fuit, quo minus statim reuocādos putarem, quos habet supra numerū.

Supra morem. Vergil. ii. Georgi. Rara sit an supra morem sit densa requiras.

Supra, absolutè. In And. Et vultu adeò modesto, adeò venusto, vt nihil supra.

TENVS.

TEnus, vsq; ad, exigit vel ablatiuum singularem, vt hactenus, eatenus, aliquatenus, nullatenus, quaten⁹, verbo tenus, pube tenus, ore, collo tenus, titulo tenus, capulo tenus. Vel genitiuum pluralem more Græco. Vergili. Crurum tenus a mento palearia pendent. Aurium tenus.

Tenus quodam. Horat. Est quondam prodire tenus, si non datur vltra.

Tenus cum accusatiuo. Flaccus: Et Tanaim tenus, immēso descendit ab Euro.

VERSVS.

Versus vt plurimum suo accusatiuo postponitur. Plaut. Ego portum versus pergam.

Quaqua versus, in vtranq. partem.

Vtroq; versus, in quamcunq; partem.

Versns habet quandoq; adiunctam præpositionē. Liui. Ad meridiē versus. Sic ad occidentem versus. Cic. Is primo in forum versus instituit agere cum populo.

Versus vel versum aliquādo aduerbium, vt sursum versus, de cuius compositis latius ibidem inuenies.

VLTRA.

Vltra excessum notat. Quin. Nihil peius est iis qui paulum aliquid vltra primas literas progressi falsam sibi scientiæ persuasionem induerunt. In Merc. Sed amori accedunt etiam vltra hæc quæ diximus.

Vltra sine casu, aduerbium. In Sticho: Nunc vltra hoc depor-

deportem?

Vltra citraq;. Hor. Est modus in rebus, sunt certi deniq; fines, Quos vltra citraq; nequit consistere rectum.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB CCC DDD EEE FFF.

Omnes sunt quaterniones, præter FFF duernionem.

Venetis per Bartholomæum cognomento Imperatorem. Anno Domini. M. D. L.

